
SELECTAE
IVRIS CANONICI
INTERPRETATIONES
ADDENDAE COLLECTANEIS
DOCTORVM
SVPER QVINQVE PRIORES
DECRETALIVM LIBROS,

In quibus difficiliores Textus, & Gloſſæ iuxta Magiſtrales reſolutiones in inclyta Conimbricenſi Academia præſtari ſolitas, breui methodo declarantur, concordanturque.

AVCTORE
AVGVSTINO BARBOSA I. V. D. LVSITANO,
& Prothonotario Apoſtolico.

CVM PRIVILEGIIS.



ROMAE,
Ex Typographia Franciſci Corbelletti. MDCXXVI.
SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI

FRANCISCO BARBERINO

S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO, IN REGNIS HISPANIARVM LEGATO A LATERE.

AVGVSTINVS BARBOSA LVSITANVS.

DOCTORVM vniuerſi Iuris Collectaneorum, illuſtriſsime Princeps, iamdiu mihi elaboratorum, voluminibus duobus ſub optatiſsimo S. D. N. Vrbani VIII. Illuſtriſsimæ Amplitudinis Tuæ Patrui auſpicio iam emiſsis, dum tertium ad totius Canonici complementum adorno, ecce quaſi ex illorum latere, & nihil me tale cogitante, paruus hic libellus repentino dixerim eiectu potius quàm partu expullulauit, Selectiores ſanctioris ipſius Iuris ad ſcabriora loca interpretationes proferens, quas inter producendum Collectanea, ex eorundem Doctorum diſceptationibus excerptas, ſeorſim ponebam, poſt operis integri abſolutionem vnà cum eiuſdem argumenti ad Ius item Cæſareum excerptionibus editurus. Cuius hic moræ impatiens ſubclamare ad aures videbatur, in longum nimis emiſsionem me ipſius protrahere, ſuffugiturum ſe niſi emitterem. Reprimenti audaciam, & puſillum adhuc eſſe dicenti adeo vt vel errare de via, vel abduci inuitus facile poſſet, neque ita promptum mihi eſſe, cui maxime commendarem, ſub cuius vmbra tutior iret, reſpondebat audacius nugas me illi obtrudere, coram eſſe, cui commendaretur, & ſub cuius Celſitudine humilitatem ſuam deſiderio ipſo tutiorem fore ſperaret. Quid circumſpicis? ait, quin potius intellige agnatum iam mihi Dominum eſſe, & ipſa Iuris neceſsitate cognatum patronum. Qui Collectanea prima Sanctiſsimo Patruo dedicaſti, adhuc neſcis me Ampliſsimo Fratris Filio dedicatum ortum eſſe? dedicatio-

tionem ex vtero mecum tuliſſe? num Collectaneorum quaſi nepos illorum Domini nepoti eripiar? ex horum quaſi latere egreſſus ego, eius omnino ſum, qui ex Sanctiſsimi Patrui Latere ad Chriſtianæ Reip. Reges Legatus cuncta vndique interturbata reperiens, candidam illam, & cunctorum votis expetitam pacem quaſi extra Orbem profugam, & relegatam aſſequutus, glorioſo triumpho non vnquam, ſi Deus aderit, violandam, reducit. An fronte minus lætiore exceptum ab Ampliſsimo Nepote me iri formidas, quàm à Sanctiſsimo Patruo patruos meos exceptos vidiſti? aut in tanta Celſitudine ſua tantam humilitatem deſpectum? Age ne dubites, quin quò eſt Deo ex tanta dignitate proximior eò Deum imitari magis conaturus ſit: qui res quaſcunque non quòd minimæ ſint nunquam negligens, ſed quod ſuæ ſemper fouens, non minorem de formica curam, quàm de elephante, aut de ima terra, quàm de ſummo Cœlo gerit. Plura dixit, ſed mihi plura tacenda, ſatis ſit à minoris audacia maioris teneritudinem deuictam dicere. Tametſi, vt ingenue loquar, non tanti mihi eius audaciola fuit, Ampliſsime Domine, quanti tua ipſius clementia, quæ vel in rebelles benigna eſſe ſolita, deuotis non adeſſe nunquam patietur, ne alijs iuſta ſibi ipſi iniuria fiat. Ita ſanè nam & ſupplici ades, non parum profeciſſe rato mox è Sanctiſsimi D. N. Patrui Tui pedibus ſubreptum, ad Amplitudinis Tuæ genua ſubleuari potuiſſe. Hinc enim animo erigor, ſi in ſuorum numero minimum habere me dignetur, ita poſt eius veſtigia inſpectum ab illius Sanctitate iri poſſe, vt fauor, quo me non minimo non eſt dedignatus in conſpicuam ſit gratiam prorupturus, quin & è ſpe mihi rem facturus per Amplitudinis Tuæ affectum ad me ſicuti Solis radius per vitrum tranſmittendus, & maiore quidem ambitu egreſſus, quàm ingreſſus appariturus. Vale.

VR-

VRBANVS VIII.

SERVVS SERVORVM DEI.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

ROMANVM decet Pontificem perſonas litterarum ſcientijs præditas, ac maximis, longis, immenſiſq; laboribus in componendis, & edendis libris; ex quibus Reſpubl. Chriſtiana incrementum ſuſcipiat, indefeſſas, prærogatiuis, & gratijs ſingularibus cohoneſtare, quò feruentiùs in eiſdem laboribus perſiſtant, atque alij eorum exemplo ad huiuſce generis virtutes peramplius excitentur. Cum itaque, ſicut accepimus, dilectus filius Auguſtinus Barboſa Presbyter Bracharenſis, Iuris vtriuſque Doctor ſpatio plurium annorũ ad Catholicæ Fidei propagationem, Sediſq; Apoſt. exaltationem libellum de dictionibus, & clauſulis; deinde tractatum, cui titulus eſt, Paſtoralis ſolicitudinis, ſiue de officio, & poteſtate Epiſcopi tripartita deſcriptio, & nouiſſimè opus quoddam vniuerſæ Chriſtianæ Reipub. vtile, & neceſſarium nuncupatum, Collectanea Doctorum tàm veterum, &c. ſuper quinque priores Decretalium libros duobus tomis diſtincta ſub noſtris auſpicijs hac in Vrbe in lucem ediderit. Nunc vero alia opera, videlicet Selecta Iuris Canonici interpretationes addendas dictis Collectaneis Doctorum ſuper quinque priores Decretalium libros, necnon additiones quaſdam ad dictum tractatum de officio, & poteſtate Epiſcopi, ac etiam prædictorum Collectaneorum tomum Tertium ſuper Sextum, Clementinas, & Extrauagantes, ac ſelectiora Decreti Capitula, & ſucceſſiue Quartum, Quintum, & Sextum tomos ſuper Ius Ciuile vniuerſum, necnon tractatum de Clauium poteſtate, & denique Canonicarum quæſtionum libros quinque, ad publicam omnium, & præſertim Iuris ſtudioſorum vtilitatem, & commoditatem imprimi facere intendat, in quibus componendis multum laboris, & expenſarum impendit. Verum dubitat ne alij ex alieno labore lucrum quærentes volumina, tractatus, & opera huiuſmodi, tàm edita, quàm edenda imprimere, ſeu reimprimere præſumant in magnum ſui præiuditium. Nos idcircò prædicti Auguſtini indemnitati, vt par eſt, hac in parte prouidere, eumque intuitu, & contemplatione tot laborum ſpecialis gratiæ fauore proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à Iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtat, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harũ ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, MOTV PROPRIO non ad ipſius Auguſtini, vel alterius pro eo ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera voluntate, & certa ſcientia noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine eidem Auguſtino pro ſe, & hæredibus, ac ſucceſſoribus ſuis quibuſcunque, vt ad viginti annos quoad iam edita à data præſentium, quo verò ad alia ſupra expreſſa, dummodo tamen prius iuxta formam Sacri Concilij Tridentini examinata, & approbata fuerint, edenda in lucem opera ab eorum etiàm cum annotationibus, & additionibus impreſſione numerandos, nemo prorſus tàm in Statu Eccleſiaſtico mediate, vel immediate ſubiectus, quàm etiam citra, vel vltra Montes exiſtens prædicta omnia, & ſingula volumina, tractatus, & opera in toto, vel in parte etiam cum additionibus, vel annotationibus, aut aliàs quouis modo ſine ſpeciali dicti Auguſtini, eiuſq; hæredum, & ſucceſſorum eorundem, vel ab eis ius habentium, licentia in ſcriptis habita imprimere, ſeu reimprimere, aut ab alijs imprimi, ſeu reimprimi facere, aut impreſſa, ſeu reimpreſſa vendere, vel venalia habere, proponere, aut aliàs edere, vel euulgare, aut etiam pro vſu proprio habere, vel tenere poſſit auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Inhibentes propterea omnibus, & ſingulis typographis, bibliopolis, & librorum impreſſoribus, alijſq; quibuſuis perſonis quauis auctoritate, licentia, & facultate fulgentibus, tàm in Statu Eccleſiaſtico mediate, vel immediate ſubiectis, quàm etiam citra, & vltra Montes exiſtentibus ſub excommunicationis, à qua contrauenientes niſi à Romano Pontifice præterquàm in mortis articulo conſtituti, abſolui nequeant, & quingentorum Ducatorum auri de Camera, & amiſſionis librorum pœnis, toties quoties contrauentum fuerit, ipſo facto, & abſque declaratione vlla incurrendis pro vna Auguſtino, eiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus prædictis, ac Ius ab eis habentibus huiuſmodi, pro altera vero Cameræ noſtræ Apoſtolicæ applicandis, & irremiſſibiliter exigendis ne durante tẽpore viginti annorum vt ſupra computandorum huiuſmodi tractatus, volumina, ſeu opera, aut eorum quodvis, in toto, vel in parte, etiam cum additionibus, & annotationibus, aut aliàs quouiſmodo, ſeu mutato titulo abſque ſpeciali Auguſtini, eiuſque hæredum, & ſucceſſorum, vel ab eis ius habentium prædictorum licentia in ſcriptis habita imprimere, ſeu reimprimere, vel imprimi, ſeu reimprimi facere, aut venalia habere, proponere, ſeu aliàs edere, vel euulgare, ſeu quouis modo clam, vel palam diſtrahere, aut pro vſu proprio tenere quoquomodo audeant, ſeu præſumant. Mandantes inſuper vniuerſis, atque etiam ſingulis Legatis, & Vicelegatis dictæ Sedis, eiuſque ditionis Gubernatoribus, & alijs Iuſtitiæ miniſtris, Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis vbique exiſtentibus, vt quoties pro Auguſtini, ac hæredum, & ſucceſſorum, iuſque ab eis habentium prædictorum parte requiſiti fuerint, vel eorum aliquis requiſitus fuerit illis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes præmiſſa omnia ad omnem Auguſtini, & hæredum, ac ſucceſſorum, iuſque ab eis habentium prædictorum requiſitione contra inobedientes, & rebelles pœnas prædictas irremiſ-

Digitized by Google

ſibiliter exequantur, implorato, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus quibuſuis conſtitutionibus, ordinationibus, ſtatutis, & ſconſuetudinibus, etiam Iuramentis, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis ſub quibuſcunque tenoribus, & forma, ac cum quibuſcunque clauſulis, & decretis in contrarium forſan quomodolibet conceſſis, approbatis, & innouatis; quibus omnibus, etiamſi pro eorum ſufficienti derogatione de illis, eorumq. totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, indiuidua, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hæc ſeruanda foret, ipſis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe MOTV SIMILI DEROGAMVS, cæterisq. contrarijs quibuſcunque. Et quia difficile foret præſentes litteras ad quælibet loca deferri. Volumus autem, & ſimiliter Apoſtolica Auctoritate decernimus, quod illarum tranſumptis, etiam in ipſis voluminibus, & operibus, ac eorum quouis impreſſis, eadem in iudicio, & extra illud fides vbique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, conceſſionis, indulti, inhibitionis, mandati, & derogationis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſexto, quintodecimo Kalendas Septembris, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

Locus ✠ ſigilli Plumbei.

Regiſtr. lib. 1. fol. 4.

APPROBATIO OPERIS.

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſsimo P. Magiſtro Sacri Palatij Apoſtolici.

A. Epiſc. Hieracen. Viceſg.

Ego Felix Contelorius I.V. & Sacræ Theologiæ Doctor de mandato Reuerendiſſimi P.F. Nicolai Rodulfij Sacri Apoſtolici Palatij Magiſtri perlegi has ſelectas Iuris Canonici Interpretationes addendas Collectaneis Doctorum ſuper quinque priores Decretalium Libros, Auctore Auguſtino Barboſa I. V. D. Luſitano, &c. nihilq. in eis, quod Fidei Catholicæ, aut bonis moribus aduerſetur, inueni, & ideo typis mandari poſſe cenſeo; in quorum fidem me propria manu ſubſcripſi, in Vrbe hac die 4. Iunij 1626.

Felix Contelorius manu propria.

Imprimatur.

Fr. Antoninus Phœbaus Magiſter, & Socius Reuerendiſs. P. Fr. Nicolai Rodulfii Ord. Prædicatorum, Sacri, & Apoſtolici Palatij Magiſtri.

INDEX CAPITVLORVM,

QVAE IN HIS SELECTIS INTERPRETATIONIBVS CONTINENTVR, ET DECLARANTVR.

A.

ACcuſationibus, &c. Lib. 5. Tit. 1.

Cap. Si quis. 2. pag. 153

Adulterijs, & Stupro. Lib. 5. Tit. 16.

Cap. ſi ſeduxerit, 1. pag. 162
Cap. Intelleximus. 6. Ibid.

Ætate, & qualitate, &c. Lib. 1. Tit. 14.

Cap. Ex ratione. 2. 12

Appellationibus, &c. Lib. 2. Tit. 28.

Cap. Ad praſentiam. 16. 86
Cap. Cum parati. 19. ibid.
Cap. Reprehenſibilis. 27. ibid.
Cap. Dilecti. 52. ibid.
Cap. Vt debitus. 59. 87

Arbitris. Lib. 1. Tit. 43.

Cap. Non ſine. 2. 32
Cap. Dilecti. 4. 33

C

Capellis Monachorum. Lib. 3. Tit. 38.

Cap. Dilectus. 2. 116
Cap. Ex parte. 3. 117

Cauſa poſſeſſionis, & proprietatis. Lib. 2. Tit. 12.

Cap. Cum Eccleſia. 3. 36
Cap. Cum ſuper. 4. 37

Celebratione Miſſarum, &c. Lib. 3. Tit. 41.

Cap. Conſuluiſti. 3. 131
Cap. Cum Martha. 6. ibid.
Cap. Litteras. 14. ibid.

Cenſibus, &c. Lib. 3. Tit. 39.

Cap. Sancitum. 1. 127
Cap. Scientes. 3. 128
Cap. Licet. 4. ibid.
Cap. Peruenit. 5. 129
Cap. Cum Apoſtolus. 6. ibid.
Cap. Prohibemus. 7. ibid.
Cap. Innouamus. 10. 130
Cap. Grauis. 15. ibid.

Clandeſtina deſponſat. Lib. 4. Tit. 3.

Cap. Cum inhibitio. 3. 143

Clerico excommunicato miniſtrante. Lib. 5. Tit. 27.

Cap. Latores. 4. 164
Cap. Illud. 5. ibid.
Cap. Apoſtolica. 9. ibid.
Cap. Si celebrat. 10. ibid.

Clericis coniugatis. Lib. 3. Tit. 3.

Cap. Si qui. 1. 87

Clericis non reſidentibus. Lib. 3. Tit. 4.

Cap. Ex geſtis. 2. 88
Cap. Quia nonnulli. 3. ibid.
Cap. Ex parte. 13. ibid.
Cap. Cum ad hoc. 16. ibid.

Conceſsione præbendæ. Lib. 3. Tit. 8.

Cap. Qui in viuorum. 1. 94
Cap. Nulla. 2. 95
Cap. Poſtulaſti. 15. ibid.

Conditionibus appoſitis, &c. Lib. 4. Tit. 5.

Cap. Cum ſit. 2. 143
Cap. Verum. 4. ibid.
Cap. Si conditiones. 7. 144

Conſue-

Digitized by Google

Conſuetudine. Lib. 1. Tit. 4.

Cap. *Conſuetudines*. 1. — 4
Cap. *Cum olim*. 6. — 4
Cap. *Cum venerabilis*. 7. — 5
Cap. *Cum dilectus*. 8. — ibid.
Cap. *Cum conſuetudinis*. 9. — ibid.
Cap. *Ex parte*. 10. — ibid.
Cap. *Cum tanto*. 11. — ibid.

Conſtitutionibus. Lib. 2. Tit. 2.

Cap. *Cognoſcentes*. 2. — 1
Cap. *Cum acceſſiſſet*. 8. — 2
Cap. *Cum M*. 9. — ibid.
Cap. *Eccleſia Sanctæ Mariæ*. 10. — ibid.
Cap. *Ex litteris*. 11. — ibid.

Conuerſione coniugatorum. Lib. 3. Tit. 32.

Cap. *Ex publico*. 7. — 113
Cap. *Mulier*. 21. — ibid.

Conuerſione Infidelium. Lib. 3. Tit. 33.

Cap. *Laudabilem*. 1. — 113
Cap. *Ex litteris*. 2. — 114

Corpore vitiatis, &c. Lib. 1. Tit. 20.

Cap. *Significauit*. 4. — 14

D

Decimis, &c. Lib. 3. Tit. 30.

Cap. *Nouum genus*. 2. — 109
Cap. *Suggeſtum*. 9. — 110
Cap. *Ad audientiam*, 12. — 111
Cap. *Quoniam*. 13. — ibid.
Cap. *De terris*. 16. — ibid.
Cap. *Ad Apoſtolicæ*. 20. — 112
Cap. *Ex parte*. 27. — ibid.
Cap. *Dudum*. 31. — 113

Deſponſatione impuberum. Lib. 4. Tit. 2.

Cap. *Tua nos*. 1. — 142

Diuortijs. Lib. 4 Tit. 19.

Cap. *Porro*. 3. — 150
Cap. *Quanto*. 7. — ibid.
Cap. *Gaudemus*. 8. — ibid.
Cap. *Deus, qui*. 9. — 151

Donationibus. Lib. 3. Tit. 24.

Cap. *Prudentes*. 1. — 104

Cap. *Fraternitatis*. 2. — ibid.
Cap. *Per tuas*. 5. — ibid.
Cap. *Cum dilecti*. 6. — ibid.

Donationibus inter virum, & vxorem. Lib. 4. Tit. 20.

Cap. *De prudentia*. 3. — 151
Cap. *Etſi neceſſe*. 4. — ibid.
Cap. *Nuper*. 6. — 152
Cap. *Per veſtras*. 7. — ibid.

E

Electione, &c. Lib. 1. Tit. 6.

Cap. *Cum in cunctis*. — [illegible]
Cap. *Conſiderauimus*. 10. — 8
Cap. *Cum terra*. 14. — ibid.
Cap. *Tranſmiſſam*. 15. — ibid.
Cap. *Cum nobis*. 19. — ibid.
Cap. *Innotauit*. 20. — ibid.
Cap. *Bona memoriæ*. 25. — ibid.
Cap. *Querelam*. 24. — 9
Cap. *Quod ſicut*. 28. — ibid.
Cap. *Cum in iure*. 33. — ibid.
Cap. *Coram*. 35. — ibid.
Cap. *Officij*. 38. — ibid.
Cap. *Quia propter*. 42. — ibid.
Cap. *Quiſquis* 43. — 10
Cap. *Nihil*. 44. — 11
Cap. *Conſtitutis*. 47. — ibid.
Cap. *Cumana*. 50. — ibid.

Eo, qui duxit in Matrim. &c. Lib. 4. Tit. 7.

Cap. *Propoſitum*. 1. — 145
Cap. *Cum haberet*. 5. — 146
Cap. *Significaſti*. 6. — ibid.

Exceptionibus. Lib. 2. Tit. 25.

Cap. *Denique*. 1. — 59
Cap. *Cum venerabilis*. 6. — 60
Cap. *Aduerſario*. 13. — ibid.

Exceſſibus Prælatorum. Lib. 5. Tit. 31.

Cap. *Peruenit*. 1. — 165

F

Ferijs. Lib. 2. Tit. 9.

Cap. *Omnes dies*. 1. — 35
Cap. *Licet*. 3. — ibid.
Cap. *Conqueſtus*. 3. — ibid.

Feudis

Feudis, Lib. 3. Tit. 20.

Cap. Inſinuatione. 1. 103
Cap. Ex parte. 2. 104

Fide inſtrumentorum, Lib. 2. Tit. 22.

Cap. Scripta. 2. 54
Cap. Inter dilectos. 6. ibid.
Cap. Cum dilectus. 9. ibid.
Cap. Ioannes. 10. ibid.

Frigidis, & maleficiatis, &c. Lib. 4. Tit. 15.

Cap. Accepiſti, 1. 147
Cap. Laudabilem. 5. 148
Cap. Fraternitatis. 4. ibid.

Filijs Presbyterorum, &c. Lib. 1. Tit. 11.

Cap. Vt filij. 1. 12
Cap. Præſentium. 3. 13
Cap. Propoſuit. 6. ibid.
Cap. Ex tua. 9. ibid.
Cap. Quoniam. 10. ibid.
Cap. Ad extirpandas. 11. ibid.
Cap. Litteras. 14. 14

Foro competenti. Lib. 2. Tit. 2.

Cap. Cum ſit generale. 8. 35
Cap. Si diligenti. 12. ibid.
Cap. Cum contingat, 13. ibid.
Cap. Dilecti. 17. ibid.

H

His, quæ fiunt à Prælatis, &c. Lib. 3. Tit. 10.

Cap. Continebatur. 2. 96
Cap. Paſtoralis. 9. ibid.

His, quæ fiunt à maiori parte Capituli. Lib. 3. Tit. 11.

Cap. Ex ore. 3. 96

Homicidio, &c. Lib. 5. Tit. 12.

Cap. Sicut dignum. 6. 161
Cap. Ex litteris. 15. ibid.
Cap. Significaſti. 16. 162
Cap. Significaſti. 18. ibid.
Cap. Sicut. 20. ibid.
Cap. Ioannem. 23. ibid.

I

Ijs, quæ vi, metusve cauſa fiunt. Lib. 1. Tit. 40.

Cap. Sacris, 5. 28

Infantibus expoſitis, &c. Lib. 5. Tit. 11.

Cap. Si à patre. vnic. 161

In integrum reſtitutione. Lib. 1. Tit. 41.

Cap. Requiſiuit, 1. 30
Cap. Cum veniſſent, 2. 31
Cap. Auditis, 3. ibid.
Cap. Ex litteris, 4. 32

Inſtitutionibus. Lib. 3. Tit. 7.

Cap. In Eccleſia. 2. 93
Cap. Ad decorem. 5. 94
Cap. Cum ad noſtram. 7. ibid.

Iudæis, &c. Lib. 5. Tit. 6.

Cap. Multorum. 2. 161
Cap. Ad hæc. 8. ibid.
Cap. Sicut Iudæi. 9. ibid.

Iudicijs, Lib. 2. Tit. 1.

Cap. Decernimus. 2. 33
Cap. Ceterorum. 5. ibid.
Cap. Cauſam, quæ. 9. 34
Cap. Quia V. 11. ibid.
Cap. Cum veniſſent, 12. 35

Iureiurando. Lib. 2. Tit. 24.

Cap. Peruenit. 2. 55
Cap. Peruenit. 3. 56
Cap. Ego N. 4. ibid.
Cap. Ex reſcripto. 9. 57
Cap. Tua 11. ibid.
Cap. Sicut. 13. ibid.
Cap. Veritatis, 14. 58
Cap. Quanto. 18. ibid.
Cap. Quemadmodum, 25. ibid.
Cap. Ex litteris. 32. ibid.
Cap. Intellecto. 33. 59

Iurepatronatus. Lib. 3. Tit. 38.

Cap. Quoniam. 3. 117
Cap. Quod autem. 5. ibid.
Cap. Quia clerici. 6. ibid.
Cap. Ex litteris. 7. 118
Cap. Illud. 8. 120
Cap. Querimoniam. 9. ibid.

Cap. Cura. 11. ibid.
Cap. Cum ſeculum. 13. ibid.
Cap. Ex inſinuatione. 14. 121
Cap. Conſuluit. 15. ibid.
Cap. De iure. 16. ibid.
Cap. Nullus. 17. 122
Cap. Significaſti. 18. ibid.
Cap. Conſultationibus. 19. 123
Cap. Nobis. 25. 124
Cap. Per noſtras. 26. 126
Cap. Cum dilectus. 28. ibid.
Cap. Tranſmiſſa. 31. 127

L

Locato, & conducto. Lib. 3. Tit. 18.

Cap. Propter ſterilitatem. 3. 98
Cap. Potuit, 4. ibid.

M

Maioritate, & obedientia. Lib. 1. Tit. 33.

Cap. Quod ſuper his. 9. 23
Cap. Cum in Eccleſiis. 10. ibid.
Cap. His. quæ 11. 24
Cap. Dilecta. 12. 25
Cap. Dilecti. 13. ibid.
Cap. Statuimus. 15. 26

N

De Sede vacante aliquid innouetur. Lib. 3. Tit. 9.

Cap. Nouit. 1. 95
Cap. Illa. 2. 96
Cap. Conſtitutis. 3. ibid.

O

Obſeruatione ieiuniorum. Lib. 3. Tit. 46.

Cap. Conſilium. 2. 131

Officio Archidiaconi, Lib. 1. Tit. 23.

Cap. Archidiaconis. 5. 14

Officio Primicerij. Lib. 1. Tit. 25.

Cap. Vt Primicerius. vnic. 15

Officio, & poteſtate Iudicis delegati. Lib. 1. Tit. 29.

Cap. Quia quæſitum. 1. 15
Cap. Ex parte. 12. 16
Cap. Super eo. 15. 17
Cap. Prudentiam. 21. 18
Cap. Cum ſuper. 23. ibid.
Cap. Inſinuante. 25. ibid.

Cap. Paſtoralis. 28. ibid.
Cap. Ex litteris. 29. ibid.
Cap. Cum R. 35. 19
Cap. Cum contingat. 36. ibid.
Cap. P, & G, 40. ibid.
Cap. Quoniam. 43. ibid.
Cap. Publicato. 48. 20

Officio Legati. Lib. 1. Tit. 30.

Cap. Dilectos, 6. 20

Officio Iudicis Ordinarij. Lib. 1. Tit. 31.

Cap. Ad Eccleſiarum. 3. 20
Cap. Ad reprimendam. 18. 22
Cap. Irrefragabili. 13. 23
Cap. Dilectus. 18. 22
Cap. His, quibus. 20. ibid.

P

Pactis. Lib. 1. Tit. 35.

Cap. Antigonus, 1. 26

Præbendis, & dignitatibus. Lib. 3. Tit. 5.

Cap. Quia in tantum. 5. 89
Cap. Significatum. 11. ibid.
Cap. De monachis. 12. 90
Cap. Cum ſecundum. 16. ibid.
Cap. Dilectus. 19. ibid.
Cap. De multa. 28. ibid.
Cap. Graue nimis. 29. 93
Cap. Dilectu. 34. ibid.

Præſumptionibus. Lib. 2. Tit. 23.

Cap. Quia veriſimile. 10. 54
Cap. Litteras. 14. 55

Parochijs. Lib. 3. Tit. 29.

Cap. Vt Dominicis. 2. 109
Cap. Super eo. 4. ibid.

Pœnitentijs, &c. Lib. 5. Tit. 38.

Cap. Quod autem. 4. 168
Cap. In noua. 10. ibid.
Cap. Omnis vtriuſque ſexus. 12. 169
Cap. Ne pro dilatione. 16. ibid.

Poſtulatione Prælatorum. Lib. 1. Tit. 5.

Cap. Ad hæc. 1. 6
Cap. Bonæ memoriæ. 3. ibid.

Præſcriptionibus. Lib. 2. Tit. 26.

Cap. Placuit. 1. 61
Cap. Nihil. 2. 63
Cap. Sanctorum. 3. ibid.

Digitized by Google

Cap. *De quarta. 4.* 64
Cap. *Ad aures. 6.* ibid.
Cap. *Cauſam, quæ. 7.* 65
Cap. *Illud. 8.* 66
Cap. *Quia indicante. 9.* 67
Cap. *Ex tranſmiſſa. 10.* ibid.
Cap. *Accedentes. 11.* 68
Cap. *Cum non liceat. 12.* 69
Cap. *Ad audientiam. 13.* ibid.
Cap. *Cum vobis. 14.* 70
Cap. *Auditis. 15.* 71
Cap. *Cum ex officij. 16.* 72
Cap. *Si diligenti. 17.* 74
Cap. *Cum olim. 18.* 75
Cap. *Quoniam. 20.* ibid.

Precarijs. Lib. 3. Tit. 14.

Cap. *Precariæ. 1.* 98

Probationibus. Lib. 2. Tit. 19.

Cap. *Ex epiſtola. 1.* 40
Cap. *Sicut. 2.* ibid.
Cap. *Ex litteris. 3.* ibid.
Cap. *In præſentia. 8.* ibid.
Cap. *Licet cauſam. 9.* ibid.
Cap. *Quoniam contra. 11.* 41
Cap. *Cum cauſam. 13.* 42
Cap. *Cum bonæ. 15.* ibid.

Priuilegijs. &c. Lib. 5. Tit. 30.

Cap. *Porro. 7.*
Cap. *Accedentibus. 15.*
Cap. *Quia circa. 22.*

Q

Qui Clerici, vel vouẽtes, &c. Lib. 4. Tit. 6.

Cap. *Conſuluit. 4.* 145
Cap. *Inſinuante. 7.* ibid.

Qui filij ſint legitimi. Lib. 4. Tit. 17.

Cap *Cum inter. 2.* 149
Cap. *Tanta. 6.* ibid.
Cap. *Peruenit. 11.* ibid.
Cap. *Per venerabilem. 13.* ibid.

Qui Matrimonium accuſare poſſunt. Lib. 4. Tit. 17.

Cap. *Cum in tua. 6.* 150

R

Raptoribus, &c. Lib. 5. Tit. 17.

Cap. *In Archiepiſcopatu. 4.* 163

Religioſis domibus. Lib. 3. Tit. 36.

Cap. *Ad hæc. 4.* 116.

Rerum permutatione. Lib. 3. Tit. 19.

Cap. *Si princeps. 1.* 98
Cap. *Quæſitum. 5.* 99
Cap. *Ad quæſtiones. 6.* 102

Reſcriptis. Lib. 1. Tit. 3.

Cap. *Si quando. 5.* 3
Cap. *Eam te 7.* ibid.
Cap. *Paſtoralis. 14.* ibid.
Cap. *Super litteris. 20.* ibid.
Cap. *Rodulphus. 35.* ibid.
Cap. *Mandatum. 38.* ibid.
Cap. *Ab excommunicato. 41.* ibid.

Reſtitutione ſpoliatorum. Lib. 2. Tit. 13.

Cap. *Licet. 1.* 37
Cap. *Auditæ. 4.* 38
Cap. *Conqueſtus. 7.* ibid.
Cap. *Litteras. 13.* ibid.
Cap. *Cum ad Sedem. 15.* 39

S

Scrutinio in Ordine faciẽdo. Lib. 1. Tit. 12.

Cap. *Ex parte, vnie.* 11

Secundis nuptijs. Lib. 4. Tit. 21.

Cap. *Cum ſecundum. 5.* 153

Sentẽtia excõmunicationis. Lib. 5. Tit. 39.

Cap. *Super eo. 1.* 170
Ca.. *A nobis. 28.* ibid.
Cap. *Cum illorum. 32.* 171
Cap. *Si aliquando. 41.* ibid.
Cap. *Inquiſitioni. 44.* ibid.
Cap. *Sacro. 48.* ibid.

Sententia, & re iudicata. Lib. 2. Tit. 27.

Cap. *Sententia. 1.* 77
Cap. *Iurgantium. 2.* 78
Cap. *Non poteſt. 3.* 79
Cap. *Ea, quæ. 4.* ibid.
Cap. *Cum aliquibus. 5.* 80
Cap. *Lator. 7.* 81
Cap. *Cum cauſa. 8.* 82
Cap. *Tenor. 10.* 83
Cap. *Conſanguinei. 11.* ibid.
Cap. *Cum olim. 12.* 84
Cap. *Cauſam, quæ. 14.* ibid.
Cap. *Quoad conſultationem. 15.* 85
Cap. *Sicut nobis. 16.* ibid.
Cap. *Cum Bertoldus. 18.* ibid.
Cap. *In cauſis. 19.* 86

Simonia. Lib. 5. Tit. 3.

Cap. *Cum in Eccleſia. 9.* 154

Cap. *Nemo. 14.* — *ibid.*
Cap. *Ea, quæ. 16.* — *ibid.*
Cap. *Matthæus. 23.* — *155*
Cap. *Ad aures. 24.* — *ibid.*
Cap. *Dilectus. 28.* — *ibid.*
Cap. *Per tuas. 32.* — *157*
Cap. *Per tuas. 37.* — *ibid.*
Cap. *Conſulere. 38.* — *ibid.*
Cap. *Ad Apoſtolicam. 42.* — *ibid.*
Cap. *Iacobus. 44.* — *159*

Sponſalibus, &c. Lib. 4. Tit. 1.

Cap. *Præterea. 2.* — *132*
Cap. *Iuuenis. 3.* — *133*
Cap. *De illis. 5.* — *134*
Cap. *Ex litteris. 10.* — *ibid.*
Cap. *Commiſſum. 16.* — *135*
Cap. *Requiſiuit. 17.* — *136*
Cap. *In præſentia. 19.* — *ibid.*
Cap. *Tuæ fraternitati. 25.* — *137*
Cap. *Gemma. 29.* — *ibid.*
Cap. *Is, qui fidem, 30.* — *138*

Statu Monachorum. Lib. 3. Tit. 35.

Cap. *Recolentes. 3.* — *116*
Cap. *Cum ad monaſterium. 6.* — *ibid.*

Supplenda negl. Præl. Lib. 1. Tit. 10.

Cap. *Statuimus. 1.* — *11*

T

Teſtamentis. Lib. 3. Tit. 26.

Cap. *Quorundam. 1.* — *105*
Cap. *Indicante. 4.* — *ibid.*
Cap. *Cum eſſes. 10.* — *ibid.*
Cap. *Relatum. 11.* — *107*
Cap. *Cum tibi. 13.* — *ibid.*
Cap. *Requiſiſti. 15.* — *108*
Cap. *Rainuntius. 16.* — *ibid.*

Teſtibus. &c. Lib. 4. Tit. 20.

Cap. *Placuit. 1.* — *43*
Cap. *In nomine. 2.* — *ibid.*
Cap. *Quoniam. 3.* — *44*
Cap. *In omni negotio. 4.* — *ibid.*
Cap. *Inſuper. 6.* — *ibid.*
Cap. *Si qui teſtium. 8.* — *45*
Cap. *Sicut nobis. 9.* — *ibid.*
Cap. *Veniens. 10.* — *46*
Cap. *Cauſam, quæ. 11.* — *47*
Cap. *Cum nuntius. 12.* — *ibid.*
Cap. *De cætero. 14.* — *ibid.*
Cap. *In cauſis. 15.* — *ibid.*
Cap. *Cum tu. 16.* — *48*
Cap. *Fraternitatis. 17.* — *ibid.*
Cap. *Iudæi. 21.* — *49*
Cap. *Super eo. 22.* — *50*
Cap. *Licet vniuerſis. 23* — *ibid.*
Cap. *In litteris. 24.* — *ibid.*
Cap. *Series. 26.* — *ibid.*
Cap. *Præterea. 27.* — *ibid.*
Cap. *De teſtibus. 29.* — *ibid.*
Cap. *Præſentium. 31.* — *51*
Cap. *In noſtra. 32.* — *ibid.*
Cap. *Significauerunt. 36.* — *ibid.*
Cap. *Cum cauſam. 37.* — *ibid.*
Cap. *Veniens. 38.* — *ibid.*
Cap. *Tuis. 39.* — *ibid.*
Cap. *Dilecto. 40.* — *ibid.*
Cap. *Alberteus. 43.* — *52*
Cap. *Præſentata. 50.* — *ibid.*
Cap. *Teſtimonium. 54.* — *ibid.*
Cap. *Non debet. 56.* — *53*

Teſtibus cogendis. Lib. 2. Tit. 21.

Cap. *Cauſam. 1.* — *53*
Cap. *Cum ſuper. 2.* — *ibid.*
Cap. *Super eo. 3.* — *ibid.*
Cap. *Peruenit. 4.* — *ibid.*
Cap. *Cæterum. 6.* — *ibid.*
Cap. *Præterea. 7.* — *54*

Tranſactionibus. Lib. 1. Tit. 36.

Cap. *Statuimus. 2.* — *26*
Cap. *Conſtitutus. 4.* — *ibid.*
Cap. *Contingit. 3.* — *27*
Cap. *Præterea. 4.* — *ibid.*
Cap. *Ex litteris. 6.* — *28*

Translatione Epiſcopi. Lib. 1. Tit. 7.

Cap. *Cum ex illo. 1.* — *11*
Cap. *Inter corporalia. 2.* — *ibid.*

Tregua, & Pace. Lib. 3. Tit. 35.

Cap. *Treugas. 1.* — *26*

V

Verborum ſignificat. Lib. 5. Tit. 40.

Cap. *Olim. 4.* — *172*
Cap. *Quærenti. 20.* — *173*
Cap. *Ex parte. 23.* — *175*
Cap. *Super quibuſdam. 26.* — *ibid.*
Cap. *Tua nobis. 32.* — *ibid.*
Cap. *Tranſmiſſæ. 33.* — *176*

Vita, & honeſtate clericorũ. Lib. 3. Tit. 1.

Cap. *Vt laici. 1.* — *87*
Cap. *Ex litteris. 16.* — *ibid.*

Voto, & voti redempt. Lib. 3. Tit. 24.

Cap. *De peregrinationis. 1.* — *115*
Cap. *Non eſt. 5.* — *ibid.*
Cap. *Magnæ. 7.* — *116*

Vſuris. Lib. 5. Tit. 19.

Cap. *Salubriter. 16.* — *163*

Vt Eccleſiaſt. beneficia, &c. Lib. 3. Tit. 12.

Cap. *Vt noſtrum, vnic.* — *97*

Vt lite pendente, &c. Lib. 2. Tit. 16.

Cap. *A memoria. 1.* — *39*

FINIS.

AD-

ADDITIONES AVGVSTINI BARBOSAE I. V. D. LVSITANI. ET PROTHONOTARII APOST.

Ad Primum, & Secundum Tomum Colle͏ct. ſuper quinque priores Decretalium Libros.

In quibus quamplures Doctorum ad ipſas Decretales ſelectæ interpretationes & in inclyta Conimbricenſi Academia communiter receptæ referuntur, nouaq; methodo declarantur.

Ad Lib. I. Tit. I. De Summa Trinitate, & Fide Catholica.

CAP. FIRMITER. I. *§. vna* poſt *num.* 17. ibi, [*& hoc vtique &c.*] Probat hic tex. in cõceſſione Clauium Apoſtolis à Chriſto Domino facta datam fuiſſe Sacerdotibus poteſtatem cõſecrandi, & conficiendi Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramẽtum, & definit Trid. *ſeſſ.* 5. *de reform. c.* 2. *& ſeſſ.* 23. *c.* 1. multis comprobat Card. Bellar. *tom.* 2. *de Sacramento Euchariſtiæ lib.* 4. *c.* 16. Soar. *tom.* 3. *diſp.* 2. *ſect.* 1. Viuald. *in candelabro aureo de Sacram. Euchariſt. n.* 55. Sed difficultatem facit quia poteſtas Clauium eſt ligandi & ſoluẽdi, vt definiunt Magiſt. *in* 4. *diſt.* 18. quem ſequuntur Scholaſtici omnes, S. Thom. *ad* 3. *p. q.* 17. *art.* 2. originaliter ſumentes ex D. Hieron. *in gloſſ.* 6. *Matth.* 16. & eandem definitionem tradit ſummus Pont. *in Extrauag. quia quorundam, col.* 4. *de verbor. ſignif.* Ioan. xxij. Plane Sacerdos conficiens hoc Sacroſanctum Sacramentum, non ligat, nec ſoluit; ſentiunt difficultatẽ Victor. *de Clauibus n.* 7. Sot. *in* 4. *d.* 20. *q.* 1. *verſ. quo circa*, ex quorum mente aduerte inter nobiliſſimos huius Sacramenti effectus illũ eſſe cõferẽdi gratiã, Cõc. Trid. *ſeſſ.* 13. *de ſanctiſſ. Euchar. Sacram. cap.* 2. *& can.* 5. comprobat ex D. Thom. late Sot. *in* 4. *diſt.* 11. *q.* 2. *art.* 4. *cum ſeqq.* & alij de quibus Viuald. *in candelabro de Sacram. Euchar. n.* 162. Aduerte deinde quod quemadmodum clauis materialis, ita & ſpiritualis actus proprius, & adæquatus eſt aperire, & claudere, remouere, vel ponere impedimentum, vt pateat, vel ne pateat aditus, hæc ita ligandi nomine in clauibus poteſtas claudendi, nomine verò ſoluendi poteſtas aperiendi ſignificatur, idque idiomate Hebraico, quo Chriſtus Dominus vtebatur, eſſe certiſſimũ, & notare omnes Iſaiæ expoſitores ſcribit Bañes *in* 2. 2. *Diui Thomæ q.* 1. *art.* 1. *dub.* 4. *verſic.* 4. *vero partic.* Cum ergo conſtet per Sacramentum hoc aperire Sacerdotem ſumentibus aditum ad gratiam, gloriã, regnumq. cæleſte, at ligare atq; ſoluere ſignificet aditum huiuſmodi aperire, iam meritò ſequitur poteſtatem hanc ſub verbis definitionis Clauium rectè comprehendi. Vnde conſtat impudentiſſimũ eſſe illorum errorem, qui poteſtatem conficiendi huiuſmodi Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentũ cuilibet Chriſtiano non Sacerdoti concedunt, contra quos poſt Vualden. latè ſcribit Sot. *in* 4. *diſt.* 13. *quæſt.* 1. *art.* 1. & alij de quibus Viual. *vbi ſup. n.* 55. latè Card. Bellar. & Suar. *citatis loc.* Illud tamen non eſt omittendum quòd licèt conficere ſolius ſit Sacerdotis, miniſtrare tamen Sanguinem ex officio, Panem verò certis caſibus ad Diaconum pertinere notat gloſ. *in cap. Diacono* 93. *diſt.* recepta ex Victor. *de Sacramentis n.* 89. Sot. *in* 4. *diſt.* 1. *quæſt.* 2. *art.* 3. ex D. Thoma Duran. & alijs comprobant Viual. *n.* 89. Bellarmin. & Soar. *dictis locis*.

Ad Lib. I. Tit. II. de Conſtitut.

CAP. COGNOSCENTES. II. *n.* 2. ibi, Cened. *ad Decretal. collect.* 1. *num.* 1. adde Cardin. Tuſch. *lit. L. concluſ* 264. *cum ſeq.* Alderan. Maſcard. *de interp. ſtatut. q. vlt.* Farin. *fragm. crim. p.* 2. *lit. L. n.* 25. *cum multis ſeqq.* Magon. Lucenſi *deciſ.* 88. Ruin. *conſ.* 76. *n.* 10. *vol.* 5. nouiſſimè Octau. Glorit. *reſp.* 7. *n.* 26. *&* 27. vbi cũ Magon. *d. deciſ.* 88. *n.* 3. dicit legem non extendi ad præterita iam perfecta, & non expectãtia perfectionem de futuro, quod quidẽ ampliat cum Menoch. *conſ.* 240. *n.* 2. *&* 4. *& conſ.* 499. *n.* 21. etiamſi effectus actus præteriti adhuc pendeat, licet aliàs ſecus quando actus de præterito expectat perfectionem de futuro, ad notata per gloſ. *verbo poſſeſſum in Clem.* 2. *de ætate, & qualit.* Felin. *in cap. vlt. n.* 11. *in* 5. *fallent. inf. hoc tit.* Magon. *d. deciſ.* 88. *n.* 12. Hieron. Gabr. *conſ.* 42. *vol.* 2. Honded. *conſ.* 16. *n.* 19. *& ſeq. vol.* 1.

Ibid. *n.* 3. in fine, adde Alderan. Maſcard. *de generali ſtatut. interp. concl.* 13. *n.* 41. Cardin. Tuſch. *d. lit. L. concl.* 264. *n.* 45. *& concl.* 265. *n.* 4 late Farin. *d. lit. L. n.* 51. *cum multis ſeqq.* vbi concluſionem fir-

mat quod lex, conſtitutio, ſeu ſtatutum Iuris antiqui declaratoria trahitur nō ſolum ad futura, ſed etiā ad præterita, & *à n. 52.* quadrupliciter limitat.

CAP. CVM ACCESSISSENT. VIII. De Perſonatu quod ſit beneficium vide Hoied. *de incompatibil. benefic. p. 1. c. 9. n. 2. verſ. ex quo*, nouiſſime D. Ioan. Anton. Maſſobr. *in ſua praxi habendi concurſum ad parochiales Eccleſias vacantes, prælud. 6. n. 16. ſecundum Romanam impreſ.*

Ibid. *n. 5. in fine.* Priuilegia namque ob non vſum amitti tenēt Felin. *in præſenti n. 25.* Capic. *decis. 134.* Dec. *conſ. 638. n. 14.* Soccin. *conſ. 164. n. 21, vol. 2.* Decian. *conſ. 25. n. 106. vol. 1.* Tap. *in l. fin. p. 2. cap. 1. nu. 5. ff. de conſtit. Princip.* niſi ob benemerita ſint conceſſa, Tap. *vbi prox. n. 8.* Hieron. Gabr. *conſ. 151. n. 11. vol. 2.* Surd. *conſ. 419. n. 30.* Beret. *conſ. 13. n. 10.* Bardel. *conſ. 22. n. 38.*

Ibid. *n. 7.* ibi, *Clem. 2. de iud.* Renunciatio enim priuilegij eſt ſtricti Iuris, & ideo ſolū trahitur ad expreſſa, Alex. *conſ. 115. n. 1. vol. 5.* Surd. *conſ. 262. n. 72.*

CAP. CVM M. IX. *n. 10.* ibi, *quæſt. 1.* & nouiſſime Ioan. Anton. Maſſob. *in ſua praxi habendi concurſum prel. 19. ſecundum Romanam impreſ.* vbi quid ſit præbēda, & quotuplex ſit oſtendit, & *dub. 1.* quod Canonia, & præbenda differunt origine, & effectu, *& dub. 2.* quod Canonicus ante adeptā præbendā dr̄ canonicus in herba, ſeu in aere, & quod tā̄ recipit diſtributiones quotidianas, & vocem habet in Capitulo, poteſtq. eligere, & eſſe delegatus Papæ.

Ibid. *n. 3. in fine.* Nomen enim, prouentus, generale eſt ad omnem redditum vndecunque obuenientem *l. annonam ff. de extraordin. crimin.* Monet. *de decimis cap. 9. n. 98.* etiam ex facto hominis, vt funeralia, oblationes, vel quæ ex ſigillo, aut ſimilibus obueniunt Boer. *d. deciſ. 224. n. 5.* Gutier. *conſ. 8. n. 3.* quia nomen redditus, & prouentus idem importāt Rip. *in præſenti. n. 14.* Molign. *tract. de appell. verb. ſignif. n. 943.* quicquid aliud tenuerint Rebuff. *ad l. frugem, verſ. prouentus, ff. de verb. ſignif.* Surd. *conſ. 162. n. 1.* & ideo prouentuum Eccleſiaſticorum nomine abſolute & ſimpliciter prolato veniunt diſtributiones quotidianæ, vt aperte decidit Bonif. VIII. *in Extrauag. vnic. de decimis inter communes*, at nomine prouentuum beneficij quotidianæ diſtributiones non cōtinentur, quia immediate à beneficio non proueniūt, ſed ratione laboris, & operæ in Eccleſiæ ſeruitio impēſæ, vt per Rip. *hic n. 16.* Molign. *d. n. 943.* Monet. *de diſtribut. quotid. par. 1. q. 7. n. 7.*

Ibid. *n. 16. in fine.* An autem diſtributiones quotidianæ debeantur Canonicis ſupranumerarijs non leuis eſt controuerſia, pro qua ſedanda plures caſus diſtinguit Menoch. *conſ. 1179. n. 7.* & regulam cum limitationibus ponit Monet. *de diſtrib. quotid. p. 2. quæſt. 1. n. 4. concl. 3.* Breuiter tamē (circūſcripta conſuetudine cuiusq. Eccleſiæ, quæ primas in hac re ſibi vendicat partes Franc. Marc. qui alios cumulat, *deciſ. 1045. n. 4. p. 1.* Felin. *in præſ. n. 23. in fine*, Monet. *d. q. 1. n. 10.*) diſtinguēdum eſt, aut receptio ſoluit numerum, & hoc caſu debentur, aut non ſoluit, & non debentur, nam ſicut primo caſu receptus ex ea receptione conſequitur omnem commoditatem in Collegio, & ita commoditatem lucrandi diſtributiones ex rationibus bene pōderatis per Caſtren. *conſ. 170. n. 1. lib. 1.* ita in ſecundo caſu nullam commoditatem conſequitur, habetq. tantum ius quoddam ventoſum, & hoc eſt totū illud, quod docuit Abb. *in cap. dilectus, n. 10. præbend.* vbi clarius Anch. *n. 6. & 7.* Intelligitur autem ſolui, vel non ſolui numerus, cum id verbis, vel facto declaratur, ſi enim verba deficiant nō eſt exiſtimandū receptionem factam eſſe animo ſoluendi numerum, & ſic cæteris iam receptis præiudicandi, Caſtren. *d. conſ. 170. ſub n. 2. in vlt. col. verſ. præterea non videtur.* Ad coniecturam ergo facti recurrendum eſt, quæ in aſſignatione loci in choro, & in ſtallatione in Capitulo conſiſtit, tunc enim demū habetur pro Canonico, etiam quoad diſtributiones quotidianas, nec aliter reputatur poſſeſſor, ita eleganter conſuluit Caſtr. *conſ. 365. n. 3. lib. 1.* niſi forte in eo etiā actu declaraſſet Capitulum ſe non intendere frangere numerum, ſed eum tanquam ſimplicem ſupranumerarium habere, quia tunc cenſeretur illi dumtaxat conſtituere quoddam ius extraordinarium, Abb. *in præſenti ſub n. 31. verſ. aut Canonici*, quem ſequitur Felin *hic n. 23. verſ. hanc concluſionem limita*; & idem dicendum eſt, in recepto de mandato Papæ, niſi viſum fuiſſet recipi cum plenitudine Iuris Canonicalis, vt Abb. & Felin. docuerunt locis proximè citatis, & Butr. *hic ſub nu. 66. verſ. ergo autem*, Franc. Marc. *deciſ. 1045. n. 8.* & ideo inoleuit ſtylus ſemper hanc clauſulam apponendi, prout aduertit Staphil. *de expectat. ſub n. 38. verſ. & quod dictum eſt de diſtributionibus.*

CAP. ECCLESIA S. MARIAE. X. *n. 11. in fine.* adde. Valet enim conſuetudo ſecundū aliquos per quam in certo caſu clericus ſubijcitur foro Iudicis laici, Cou. *d. cap. 31. ſub n. 5.* Clar. *q. 36. n. 2.* Aufrer. *de poteſt. Iudic. laici reg. 1. fallent. 12.* Decian. *tract. crimin. tom. 1. lib. 4. c. 9. n. 139. cū ſeq.* Farin. *in praxi crimin. q. 8. ſub n. 3. in fine*, Carol. de Graſſis *de effect. ib. clerical. effectu 1. n. 388.* Io. Frāc. à Ponte *deciſ. 9. n. 4.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. c. 340. n. 39.* Cened. *practic. & canon. q. lib. 1. q. 4. n. 3.*

Ibid. *n. 19.* ibi, Farin. *in praxi crimin. q. 8. n. 2.* adde Vant. *de nullitat. tit. ex defectu citat. num. 101.* Ambroſin. *de immunit. Eccleſ. c. 10. num. 4.* Maſtril. *deciſ. 159.* Burg. *in tract. de laudem. in 3. p. inſpect. 1. n. 4. & in tract. de modo procedendi ex abrupto ſent. 1. q. 65. n. 55.* Carol. de Graſsis *dicto effectu 1. n. 2. cum ſeq.* Cened. *d. q. 4. in princip.*

Ibid. *n. 36.* ibi, *fol. 150.* adde Pariſ. *conſ. 89. nu. 58. vol. 1.* Dec. *conſ. 403. n. 19.* Vant. *de nullitat. tit. ex defectu poteſtat. n. 36.* Capic. *deciſ. 69. n. 35.* nouiſsime Octan. Glorit. *reſp. 6. n. 96.*

CAP. EX LITTERIS. XI. *n. 3. in princip.* Et ſtylus, ſeu vſus Sacri Apoſt. Palatij legis vim obtinet, Rot. *deciſ. 2. de appellat. in nouis*, & *deciſ. 16. de conſuet. in antiq.* Mandoſ. ad *reg. de annali q. 65. ſub n. 2. ad med. verſ. & licet Rota, & q. 67. ad fin.* Sanctarel. *var. reſolut. q. 42. n. 9.* niſi aliud particularis conſuetudo, aut lex loci ſuadeat, vt declarat Menoch. *conſ. 51. n. 36.* cuius rei ea eſt ratio qđ ſtylus huiuſmodi perpetuò innititur Iuri cōi, vt tradit Specul. *de appell. §. 3. n. 3.* & ideo in opinionū conflictu ipſa Rota eā opinionē ſequi cōſueuit, quā aliàs ſemel Curia fuit amplexa, vt *in rec. p. 2. dec. 656. n. 2*

Ad

Digitized by Google

Ad Lib. I. Tit. III. de Reſcriptis.

CAP. SI QVANDO. V. *poſt n.*2.in tex.ibi [*rationabilē cauſā &c.*] Collige ex tex.executorē ſuperſedentē in executione alicuius rei teneri reſcribere ad illū, à quo executio delegata eſt, eidēq. oſtendere rationem propter quam in executione non procedit; idem colligitur ex *auth. de mandatis Principum §.deinde competens,collat.* 1. *& in auth. vt nulli Iudicum §.& hoc,collat.*9. facit tex. *in cap. paſtoralis.*8. *de fide inſtrumentorum*,tradunt omnes in præsēti,*et in c.cū teneamur,infra de prabēdis,gl. vlt.in c.*2.*de filijs presbyterorum*,poſt alios Palat. *de beneficijs in Curia vacan.§.*4. *cū ſeqq.* Silueſt. *verbo obedientia.n.*5.Soar. *alleg.*12.*n.*50.Couar.*practicarum.c.*35.*n final.& in reg.peccatū p.*1.*in prin. n.*5. Padil.*in l.cauſas n.* 4. *C. de tranſactionibus*,Cened. *in Decretal. collect.*3.Nec obſtat tex. *in c. de cætero de ſententia , & re iudicata*,quia reſpondetur quod licet in illius ſpecie ab executore, de quo ibi, referātur exceptiones à parte oppoſitæ ad ipſum delegantem vt per eūdem terminentur, id tñ non tollit quominus poſſit & teneatur conſiderās rem reſcribere delegāti ſi intelligat in executione ſibi cōmiſſa dari iniuſtitiā, imminere ſcandalū, vel malū aliquod contrà bonū publicū, exponendo eidem cauſam rationabilem, per quam mouetur delegantem certiorem reddere, vt ille vel malū reuocet, vel per ſecundam iuſſionem iubeat fieri executionem. Nec etiā obſtat ꝙ tex.in præſenti agere videtur de mādato in quo aliquid ſuppreſſum, aut expreſſum non fuit, patet ex fine illius, ibi, praua inſinuatione ſuggeſtum, idq. in ſpecie apertè ſupponit Gloſ. & omnes in præſenti, conſtat autem executorem, ad quem dirigitur reſcriptū ſubreptitiū,poſſe,& debere pronunciare illud eſſe omnino irritum, & in totū reijcere, nec teneri cauſam ob quam nō exequitur, exprimere,ſeu reddere delegāti,vt probat *tex. in c. reſcripta* 22.*q.*2. *& in c.ſuper litteris* 20. *in fin. hoc tit.*quia reſpondetur quod verba illa huius tex. ibi, praua inſinuatione ſuggeſtum,non euincūt tex.agere de reſcripto ſubreptitio, quod ad partis petitionem emanare ſolet,iuxtà reg.tex. *in d.c.ſuper litteris*,eo quod tex.hic loquitur abſolutè de reſcripto, patet ex principio, ibi, ſi quando aliqua, &c. quin in initio tex.neceſſario ſupponit validitatem reſcripti de quo agit, & ſuper quo vult vt reſcribatur, prout manifeſtè colligitur ex fine illius,ibi,patienter ſuſtinebimus,&c.Quæ quidem patientia neceſſariò ſupponit mandatum mero iure validum, aliàs enim diceretur ſimpliciter ne mandatum exequeretur,iuxta tex.*in c.ad aures,infra hoc tit.* Ad eundem modum intelligendus eſt tex. in dicto *c. cū teneamur* ibi, niſi forte &c. iūctis inferioribus verbis ibi,æquanimiter ſuſtinemus,&c.vt procedat in terminis habilibus, & ita agat de mandato valido ſecundum Iuris rigorem, veluti quia abſque partis petitione vel licèt cum illa valida tñ, & ſine ſubreptione ꝑꝑ aliquam clauſulam,vel modum legitimū per quā ſecundum Iuris ſubreptio tollitur, Pōtifex mandauit cōferri beneficiū habenti aliud ſufficiēs, de quo mentio facta non eſt, cui tñ ſine ſcādalo prouideri nō poterat:iuxta quæ explicabis tex.in præſenti locū habere ſiue ad partis petitionē,ſiue abſq. illa motu proprio mandatū exequi iubeatur, ſiquidem in vtroque caſu procedit ratio ſupradicta.

Ibid *poſt n.* 3.In tex.ibi.[*quæ animum tuū exaſperare videntur.*] Hæc verba nō ſatis verificātur in ſola iniuſtitia mandati, quā ordinarius ex priuata ſcīa cognouerit, ſed videntur requirere, & præſupponere graue aliquod ſcandalū, vt *in d.c. cū teneamur, de prabēdis*,vel notabile malū,præſertim publicum,ita ut maius damnū timeatur ex mandati executione,quā ſit bonum ex ea prætenſum,idq. nō ita contingere videtur in terminis *c. paſtoralis §. quia vero,de officio delegati*,vbi ſola proponitur iniuſtitia quā Ordinarius ex priuata ſcīa nouerat.Deinde dici pōt tex.*in d.§.quia vero* nō cogere Ordinariū,vt præciſe exequatur,nec excludere,qn potius admittere reſcribendi facultatē cōceſſam in hoc tex.idq. ſatis colligitur ex vlt.verbis *d.§. quia vero*,ibi, niſi apud eū, &c.nā dū Ordinarius in hoc tex.reſcribit, & ſuperiorē certiorem reddit,conatur,& prætendit apud illum eximere ſe ab hm̄odi executionis onere.

Ibid.in eod. tex.ibi [*quare adimplere non poſſis.*] Dubium eſt verū reſcribens, & differens executionem mandati incurrat pœnā, vel cenſurā in eodem mandato appoſitā? Pro parte affirmatiua faciunt verba huius tex.dū dicunt poſſe ſuſpendi executionem qn̄ reſcriptum eſt ſubreptitium,patet ibi,quia patienter ſuſtinebimus ſi non feceris, quod praua nobis fuerit inſinuatione ſuggeſtum, quibus verbis Pōtifex ita ſolum admittit impunitatem ſi cōſtiterit reſcriptum ſubreptitium fuiſſe, ac proinde aliò caſu, licet iuſta cauſa differendi executionem proponatur,pœna incurretur ſi executio mādati retardetur.In contrariū eſt tex.*in c.cū teneamur,de praben.lib.*6.ibi, aut ſi non pōt &c. quæ verba alternatiue prolata reſpectu præcedentium procedunt in mandato de prouidendo,quod ſubreptitium nō eſt, & tū tex.impunitatem concedit,patet ibi, æquanimiter ſuſtinemus,& ita hanc opinionē tenuit Abb. *n.*2.Zabar.*q.*1.Rip.*n.*17.& alij in præſenti,Marant. *diſp.*1.*n.*19. Pro quibus facit quia reſcribēs procedit legis auctoritate ex *d.c.cū teneamur*,ac ſubinde ſuccedit reg.tex.*in c.qui peccat* 23.*q.*4.inſuper licet nō exequatur nihilominus tñ dr̄ obtēperare reſcribēdo,prout aduertit Perez *l.*1.*tit.*12. *lib.*3.*Ordin.*

CAP. EAM TE. VII. *n.*7.ibi,*n.*4.Filliuc.*to.*3. *tract.*41.*c.*1.*n.*18.*verſ.ſextum.*

Ibid.ibi,deciſionem, adde Filliuc.*d.tract.*41.*c.*6. *n.*53.Monet.*de diſtribut.quotid.p.*2.*q.*4.*à nu.*6.vbi *n.*16.poſt Bald.Card.Dec.Viui.Duen. Cou. contra Roch. de Curte reſoluit indubitatum omnino eſſe, quod vbi adſit hac de re conſuetudo,is,qui obtinet dignitatem, & canonicatū ex diſpenſatione in vna, & eadem Eccleſia,duplices habebit diſtributiones, & *n.*18.tenet ad inducendam hanc conſuetudinem, cum non ſit contra Ius, ſed ſolum præter, requiri dumtaxat ſpatium decem annorum.

CAP. CVM ADEO. XVII. *n.* 7. *in fine*, adde nouiſſime Io.Ant.Maſſob.*in ſua praxi habendi concurſum prælud.*20.*ſecundum Roman. impreſ.*

Ibid.*n.*14.ibi,*alleg.*19. *n.*13. adde Filliuc. *tom.*3. *tract.*41.*cap.*7.*n.*19.

CAP. PASTORALIS. XIV. *poſt nu.* 4.

Digitized by Google

In tex. ibi [*ſuper nõ expreſſis, &c.*] Hæc verba, iunctis alijs ibi (ante perſonarũ, vel rerũ expreſſionẽ) aperte probant deciſionem huius *§. in verſ. nos igitur*, ac ſubinde reg. *tex in c. 1. ſup. hoc tit. & regulã generi, de regulis Iuris lib. 6.* nõ procedere poſtquã virtute generalis mandati facta eſt expreſſio perſonarum, & rerum per quam generalitas illa ſpecificatur, & ad certas ſpecies redigitur, & perinde eſt ac ſi ſuper eiſdẽ perſonis, & rebus expreſſis reſcripta ſpecialiter emanarent, arg. *l. cum incertus 13. de legat. 1.* notat *gloſ. verbo chorum verſ. contrarium in c. 2. hoc tit. lib. 6.* idq. ſatis obſeruãt omnes in præſenti, *gloſ. vlt.* in princ. ibi, ita tamen &c. Dec. *n. 5. in fine*, Beroi. *45. ad fi.* Rip. *61. cum ſeq.* & alij *in d. c. 1.* Butr. *notab. 2.* Imol. *in princ. per tex. ibi in c. cum dilecta inf. eod.* ex quorum mente reg. *d. c. 1.* & ſimiliũ tantummodo locum habet vbi proponitur mandatum generale ſub quo plura comprehenduntur, nõ vero vbi multa inſimul in eodẽ mãdato ſpecialiter exprimũtur, vt ſatis innuit tex. in præſenti, iuuat *l. 2. ff. de legatis 2. & l. ſcire debemus 29. ff. de verborũ.*

CAP. SVPER LITTERIS. XX. *nu. 19. in fine.* Et quia dolus regulariter non præſumitur, ideo allegantem oportet illum probare *l. quoties §. qui dolo ff. de probat. l. dolum* C. *de dolo*, Grammat. *deci. 60. n. 6.* Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 2. tit. 7. n. 1.* Maſc. *de probat. concl. 532.* Menoch. *de præſumpt. lib. 5. præſ. 3. n. 14.* Honded. *conſ. 100. n. 32. vol. 2.*

CAP. RODVLPHVS. XXXV. in tex. ibi [*& quoſdam alios Sagien diœceſis*] Per hæc verba tenebat olim D. Michael à Coſta in lectura Salamantina ſuæ Cathedræ Veſpertinæ, prout eũ refert Nicol. Garc. *de benef. p. 1. c. vlt. nu. 79.* appellatione diœceſis non venire homines ciuitatis, non quia reſcriptũ ad lites eſſet odioſum, & reſtringendũ (vt ſupra præſupponebatur) ſed quia præceſſerat in eodẽ reſcripto mẽtio ciuitatis, per illa verba, cõtra Epiſcopum Sagien, & proinde in dictis verbis generalibus poſtea ſequutis nõ potuit iterum includi ciuitas *ad l. doli cauſa ff. de verb. oblig. & l. ſanctio legum ff. de pœnis*. Sed his non obſtantibus verior eſt cõis ſupra relata *n. 5.* nam iſta D. Michaelis Coſtæ ratio ſolum cõuincebat, quod per clauſulã generalem non poſſit conueniri alius Ep̃s Sagien, de quo ſpecialis mentio præceſſerat, non tñ quod nõ poſſint conueniri alij ciuitatis, cũ de eis nõ eſſet facta ſpecialis mentio, & hic mẽtio facta de ciuitate, & diœceſi eſt indirecta, & in obliquo, ita Nicol. Garc. loco citato, qui in *addit.* aſſerit ſibi non placere intellectum D. Sahag. *in c. ſuper litteris n. 29. ſup. hoc tit.* dicentis ex illo indiuiduo, Ep̃i Sagien. in reſcripto expreſſi non poſſe conueniri alium Sagien præter Ep̃um iuxta *l. hæres 98. §. 1. ff. de legatis 3. & l. 1. §. item ſi dua ff. de auro & arg. legato* vbi probatur quod ſi nominentur aliqua indiuidua ſpeciei cõtentæ ſub genere ad alia, in eadem ſpecie contenta nõ porrigitur illud genus, quem etiã intellectum videtur idem Sahag. tradere *in c. 1. de offic. deleg. nu. 24.* Conuincitur enim iſte intellectus qm̃ in *d. l. hæres §. 1. & in d. l. 1. §. item ſi dua*, ideo in legato facto alicui de duabus ſtatuis marmoreis, & de omni marmore non comprehenduntur aliæ ſtatuæ marmoreæ præter duas, quia vt inquit Iureconſ. *in d. §. 1.* duas ſtatuas legando poteſt videri non putaſſe in marmore ſe ſtatuas legaſſe, quæ ratio ceſſat in caſu huius tex. vbi fuit nominatus Ep̃s Sagien in litteris & commiſſione, quia contra eum in particulari fuerunt impetratæ, & ideo dicta nominatio, & expreſſio non erat ſuperflua, ſi reſcriptũ fuiſſet impetratum contra eum, & quoſdam alios Sagien ciuitatis, maxime quod Epiſcopus propter ſuam dignitatem, & præeminentiam non videretur venire in clauſula generali, arg. *cap. ſedes, hoc tit.*

CAP. MANDATVM. XXXVIII. *n. 5.* ibi, *n. 1.* Mens enim Principis debet attendi, cui verba ipſa reſcripti, ſeu mandati cedunt, Bald. *in cap. 2. col. fin. ſup. hoc tit* Soccin. *conſ. 59. n. 4. vol. 1.* Becc. *conſ. 74.* Surd. *decis. 268. in fine.*

CAP. AB EXCOMMVNICATO. XLI. *nu. 2.* ibi, *reg. 219.* adde Sfor. Odd. *de in integ. reſt. p. 1. q. 8. n. 61.* Maſcard. *de prob. concl. 637. n. 3. & concl. 879. n. 40.* Menoch. *de præſump. lib. 6. præſ. 23. n. 32.* Car. Tuſch. *verbo ignorantia concl. 22. n. 1. & 10. & concluſ. 23. n. 25.* plura Iura & Doctores in idem refert Farin. *fragment. crimin. p. 2. lit. I. n. 207.*

Ibid. ibi, niſi factum ſit implicatum, & intricatũ, adde Soccin. *reg. 175. fallent. 3.* Gail. *lib. 2. obſer. 48. n. 207. verſ. idem ſi factũ*, Maſcar. *d. concl. 637. n. 24. & concl. 879. n. 45.* Menoch. *d. præſ. 23. nu. 41.* Card. Tuſch. *d. verbo ignorantia concl. 15. n. 4.* quos quidẽ, alioſq. plures refert Farin. *d. lit. I. n. 211.* vbi *n. 212.* reſoluit ignorantiam etiam in facto proprio, & non ſcientiã præſumi in illo, qui multis negotijs implicatus eſt, & allegat poſt alios Marant. *in rep. l. is põt n. 227. limit. 5. ff. de acquir. hered.* Honded. *conſ. 55. n. 57. & 58. lib. 1.* Maſc. *d. concl. 879. n. 53.* Menoc. *d. præſ. 23. n. 47.* Car. Thuſ. *d. verb. Ignor. cõcl. 15. à n. 1.*

Ad Lib. I. Tit. IV. de Conſuetudine.

CAP. CVM OLIM. VI. *n. 7.* ibi, vt per, adde *gl. verbo oẽs in c. 1. 22. diſt.* recepta per Mandoſ. *de ſign. gratia tit. exactiones in 1. col. verſ. pro noua crectione*, Imol. *in præſenti n. 1.* Rom. *in l. imperium ſub n. 2. verſ. item poteſtatem interponendi auctoritatem ff. de iuriſd. omnium iudic.* Felin. *in c. cũ acceſſiſſent à n. 14. ſup. de conſtit.* vbi quod Epiſcopus poteſt antiquam dignitatem reſtaurare ſi accedat Capituli conſenſus, & cõgrua dos reaſſignetur, Præpoſ. *d. c. 1. col. 2. verſ. ſi quæritur*, ſub diſtinctione Io. Ant. Maſſobr. *in ſua praxi habendi concurſum præl. 21. dub. vnic. nu. 12. ſecundum Roman. impreſ.*

CAP. CONSVETVDINES. I. *poſt n. 3.* Verũ contra illud quod principaliter ex hoc tex. colligũt Doctores videlicet conſuetudines Eccleſijs oneroſas non valere, obſtat quod cõſuetudo, quæ decimas perſonales, & aliquando prædiales, primitias, & oblationes, vel quæ in ſimplicibus beneficijs reſidẽdi neceſſitatem tollit, Eccleſijs oneroſa eſt, & tamen paſſim Iure & praxi admittitur, ſicut etiam valet illa, de qua *in cap. relatum 12. verſic. licet, de teſtamentis*, quæ tamen oneroſa eſt. Accedit quòd tex. hic *verbo remittere* videtur ſupponere huiuſmodi conſuetudines valere quouſque à Pontifice remittantur, priuatio enim ſupponit habitum. Et denique quia ſi aduertas ad originale huius

Digitized by Google

ius tex. apud D. Greg. *lib. 1. Epiſt. 64.* docet ex honeſtate decere ipſum Pontificem ſui conſideratione, ideſt ſuo reſpectu, Eccleſijs oneroſas conſuetudines remittere, ideſt gratiam facere, vel illis renunciare, argum. *l. quidam 6. in princ. verſic. nemo ff. de adminiſtr. tut.* & ita agit D. Greg. de remiſſione illarum conſuetudinum, quæ Eccleſias grauant abſque vlla iuſta cauſa publicæ vtilitatis, & ſubditorũ, cuiuſmodi erat conſuetudo mittendi xenia ad Romanum Pont. de qua Greg. eo in loco, quæ tamen licet Eccleſijs oneroſa, approbatur illic quatenus reſpicit clericos, quibus xenia ex conſuetudine mittebãtur, vnde ex mente D. Greg. vbi ſupra & Gregorij IX. textũ huiuſmodi in initio huius tituli collocantis, dici poteſt non eſſe indulgendum quinimmo obuiandum conſuetudibus, quas conſtat directè & principaliter induci in grauamen Eccleſiarum, vt ſatis colligitur ex tex. ibi, inducere noſcuntur, quæ verba propriè de inductione directe principali, & nota intelligi debent: ſic ſanè non agit is tex. de conſuetudine, quæ ex iuſta aliqua cauſa directè & principaliter inducitur in bonum commune, quamuis ſecundariò & in conſequentiam inferat grauamen Eccleſijs. Accedit quòd propriè & ſimpliciter loquendo grauamen magis refertur ad iniuſtũ, quàm ad iuſtum, quia iuſte faciens non dicitur grauare *cap. paſtoralis, in fine principij, de appellat.* Iuuat quod conſuetudo grauamen inferens, vel grauoſa Eccleſijs illa tantum dici debet, quæ principaliter grauat, & per contrariũ fauorabilis, quæ principaliter fauet bono publico, licèt in conſequentiã grauet, argumento tex. vbi notant omnes, *in l. qui exceptionem ff. de cõdictione indebiti*, reſoluit Tiraq. *de retractu tit. 1. §. 30. gloſ. 1. à n. 5.* Molin. *de primogenijs lib. 1. cap. 18. a. n. 2.*

CAP. CVM VENERABILIS. VII. poſt *n. 2.* Notatur ad hoc quod conſuetudo admittens vt quis electus ante confirmationem adminiſtret quæ ſunt muneris illius officij, vel Prælaturæ, ad quam eſt electus, tãquam Sacris Canonibus inimica non eſt ſeruanda, immo potius extirpanda, vt per Azor. *Inſtit. Moral. p. 2. lib. 6. cap. 16. §. ad quam pœnam*, Caſtellin. *in tract. de elect. c. 1. n. 19.*

CAP. CVM DILECTVS. VIII. *n. 9. in fine.* Eo eſt tanti effectus hæc conſuetudo interpretatiua quod ex vnico actu inducitur, nec oportet eſſe præſcriptam, Aym. Crauet. *conſ. 201. n. 12.* Menoch. *de arbit. caſu 83. n. 10.* à Ponte *conſ. 51. n. 28. & 29.* Alex. *conſ. 8. n. 7. vol. 6.* Socc. *conſ. 111. n. 5. vol. 1.* Cou. *lib. 3. var. c. 19. n. 74.* Natt. *conſ. 406. n. 26.* Barz. *dec. 58. n. 6.* Fontanel. *de pactis nupt. clauſul. 1. n. 33.*

Ibid. *n. 16. in princ.* ibi, *nu. 9.* adde Pariſ. *conſ. 31. n. 14. vol. 1. & conſ. 10. nu. 14. vol. 4.* Octau. Glorit. *reſp. 1. p. 1. n. 50.*

Ibid. *n. 21. in fine.* Beroi. *conſ. 27. n. 11. vol. 2.* Pariſ. *conſil. 151. n. 20. vol. 3.* Roland. *conſ. 27. n. 13. & 14. & conſ. 99. n. 25. vol. 4.* Menoch. *conſ. 107. nu. 22. & ſeq.* Octau. Glorit. *reſp. 1. p. 3. n. 252.*

CAP. CVM CONSVETVDINIS. IX. *n. 2. in fine*, adde, gloſ. *verbo ſtatutum in cap. 2. de verb. ſignificat. lib. 6.* Calder. *conſ. 2. n. 2. de conſtitut.* Butr. *in cap. conſtitutus n. 25. de reſcript.* qui tamen facit differentiã inter Capitulum Cathedralis, & alia Capitula Collegiatarũ inferiorum, Abb. *in cap. cum acceſſiſſent n. 4. &* ibi Dec. *n. 8. ſup. de conſtit.* bene Monet. *de diſtribut. quotidian. p. 2. q. 13. n. 23.* Et vbi accedit Epiſcopi conſenſus poteſt ſtatuere etiã circa ardua & cõcernentia vniuerſalẽ Eccleſiæ ſtatum, vt notãt Doctores *in d. c. cum omnes*, & tradit etiam Felin. *in cap. edoceri n. 3. & 4. ſup. de reſcrip.* Capr. *reg. 9. n. 1.* Cæſar de Graſſ. *deciſ. 4. n. 4. de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli*, Seraphin. *deciſ. 1447. n. 1. & 2.* & fuit dictum *in Paduana Sedilium 26. Ianuar. 1618.* vbi etiam fuit animaduerſum cõſenſum Epiſcopi hoc caſu colligi ex ſcientia, & ipſius tolerantia, omnis enim iuriſdictio moratur in ipſo Capitulo, & ab eo in membra illius diffunditur, vt per doctrinam Innoc. reſpondit Rot. *in Seguntina præſidentiæ 21. Febr. 1611.* corã R.P.D. Dunozetto. Quæ autem in propoſito dicãtur ardua bene explicat Bero. *in d. c. cum omnes n. 44.*

Vnde infertur ſolum Capitulũ ſine Epiſcopo non poſſe ſtatuere de quotidianis diſtributionibus, quatenus earũ diſtributio attingit, aut concernit ſtatũ vniuerſalẽ Eccleſiæ, diuiuaq. officia, eorumue regimen, vt aperte colligitur ex Conc. Trid. *ſeſſ. 24. de reſor. c. 12. in fi.* & per eũ tradit Monet. *d. q. 13. n. 26.*

Verum Sede Epiſcopali vacãte poterit Capitulũ, in quo etiã reſidet poteſtas Epalis, ea ſtatuere, quæ ad ſtatũ Eccleſiæ pertineant, quæque durare debeãt etiam tempore Eporum ſuccedentiũ, vt poſt alios late tradunt pluribus id declarantes Felin. *in d. c. cũ omnes n. 10. &* Pauin. *de poteſt. Capituli Sede vacan. p. 1. q. 6. per totã*, quos refert, & ſequitur Monet. *d. q. 13. n. 24.* nouiſſime Io. Ant. Maſſobr. *de Synodo diœceſana c. 4. dub. 47. ſecundum Rom. impreſſ.* vbi citat Bott. *in ſimili tract. p. 3. ampl. 7. n. 124.*

CAP. EX PARTE. X. *n. 5. in fine* adde. Et S. Aug. *ſer. 28. de diuerſis*, ita inquit, non ſolũ auarus eſt qui rapit aliena, ſed & ille auarus eſt, qui cupide ſeruat ſua, refert Gisber. Scheuic. *de Eccleſiaſticorũ vita, & moribus lib. 2. c. 28. in fine.* Et quod auaritia ſit radix omnium malorum, cuius ſuſpicio ab Eccleſiaſticis tollenda eſt, quia reddit eos odioſos, & deteſtabiles refert Fuſc. *de viſi. lib. 1. c. 32. n. 2.*

CAP. CVM TANTO. XI. *poſt n. 10.* Ex quorũ reſolutionibus conſtat conſuetudinem, ſi rationabilis & præſcripta fuerit, præiudicare Iuri humano, & habere vim abrogãdi legem iuſtã Ciuilẽ, vel Canonicam contrariã, quæ ante conſuetudinẽ obligabat, idem probat *l. de quibus 31. in fi. ff. de legib.* & habetur paſſim alibi. Obſtat tamen quod conſuetudo inducitur per actus populi contrarios legi obliganti, iuxta tex. & cõem in dicta *l. de quib. gloſ. vlt.* & oẽs in præſenti, & ſubditi ſic agentes cõtra legem iuſtã peccãt iuxta ſententiã D. Pauli *ad Rom. 13. c. violatores 25. q. 1.* ac ſubinde iniuſta, & peccatorũ nutritiua vr̃ lex, quæ huiuſmodi peccatis præſtat auctoritatem inducendi conſuetudinẽ, & abrogandi legẽ antea obligantem, à qua dum ſubditi delinquentes per conſuetudinem eximuntur ex legis auctoritate per delictum, & eius continuationẽ acquirunt præmium, ſcilicet abrogationẽ, & exemptionẽ à vinculo legis obligantis, quod omnino abſurdum videtur ex his, quæ circa legem admittentem præſcriptionem cum mala fide probat tex. *cap. vlt. de præſcript.*

Digitized by Google

Cui difficultati non ſatisfaciũt Caiet.2.2. *q. 97. art.3.*& poſt Driedon. *lib.1. de libert. Chriſtian. pag.128.*Sarm.*de redd.4.p.c.1.n.12.col.2.* reſoluentes conſuetudinem poſſe incipere, & introduci per actus illicitos & ita cum peccato illorum, qui violant legẽ iuſtam; neque etiam Angel. *in d.l.de quibus*, vbi Iaſ. n. 49. poſt alios Aym. *de antiq. 4.p.cap. tranſeo, n. 16.* conſtituentes in conſuetudine non requiri bonam fidẽ, quæ in præſcriptione neceſſaria eſt; neque denique difficultatem tollunt Hoſt. *in cap. 1. de treuga & pace*, Io. Andr. & alij hic, Card. & Imol.*n.5.in Clem.vlt.de ætate*, Bar.*oppoſ.6. in l.1. Cod. quæ ſit long.conſ.*Sot. *lib.1.de Iuſtitia q.7. ar. 2. in fine*, quorum reſolutiones neque difficultate carent, neque ſatis Iure probantur.

Sed retenta opinione Caietani, & aliorum dici poteſt eos, qui conſuetudinem contra legem incipiunt, peccare quidem, quia licet tex. hic & ſimiles requirant quod conſuetudo vt Iuri præiudicet rationabilis ſit, nihilominus non exigunt rationem talem, quæ omnino tollat culpã violatæ legis, quam incurrunt facientes cõtrà iuſtam legem, ſed requirunt rationem, quæ culpam extenuet, vel aliquo modo conſuetudinem cohoneſtet, vt ſic cum rationis colore incipiat & præſcribatur, ac ſubinde ratio ſufficiat ad conſuetudinem inducendam, licet non ſit ſufficiens ad tollendam legem abſque conſuetudine, prout in ſimili iuſta cauſa ad concedendam diſpenſationem dicitur illa, quæ non ſufficit ad tollendam legem contra quam diſpenſatio conceditur. Neque obſtat ſuperius argumentum ex dicto *cap. vlt. de præſcriptionibus* quia reiectis alijs reſponſionibus, quæ colliguntur ex Hoſt. & ſupracitatis, reſponderi poteſt longam eſſe differentiam inter legem, quæ præſcriptioni cum mala fide, & eã quæ conſuetudini cum peccato incipienti auctoritatem præſtat, etenim præſcriptio iuxta *l. 3. ff. de vſucap.* principaliter dicitur acquiſitio, & per illam ex auctoritate legis directè & principaliter tribuitur pręmium & commodum pręſcribenti, qui ſi malam fidem habeat cum peccato, neceſſariò ex proprio peccato acquirit: in conſuetudine verò nõ ita contingit, quia conſuetudo non eſt acquiſitio neque ad acquirendum inſtituta, ſed eſt ius quoddã ſeu lex, & ad ius inter ſubditos conſtituendum inuenta *cap.conſuetudo 1.diſt.§.ex non ſcripto, Inſtit. de Iure natur.* ac ſubinde ſicut lex, quæ in bonum commune profertur vera eſt lex, & vim legis habet, licèt malo zelo cum peccato, & dolo ſtatuentium inducatur & promulgetur, vt innuit *l.1.in fin.ff. de doli mali except.* ſic conſuetudo quamuis cum peccato ſubditorum incipiat, ſi reliqua omnia neceſſaria concurrant, vera eſt conſuetudo, nec dici poteſt quod per eam inuitantur ſubditi ad delinquendum, quibus commodum non acquiritur, nec præmium tribuitur, ſed ius conſtituitur, quod ipſi ſeruare tenentur, & dum abrogatur lex antea obligãs, quæ per conſuetudinem præſcriptam oſtenditur nõ ſatis accommodata & vtilis Reip. lex huiuſmodi conſuetudini auctoritatem deferens magis dicitur vti peccatis voluntarijs ſubditorum in Reipub. bonum, quàm eiſdem concedere lucrum, vel præmiũ, quod nihil commune habet cum conſuetudine.

Quod ſi cõtendas ex huiuſmodi conſuetudine aliquod emolumentum reſultare peccantibus, qui cõtra legem fecerunt, dum ab eiuſdem vinculo eximuntur per conſuetudinẽ, qua lex illa abrogatur, Reſpondebitur emolumentum hoc ſiquidem eſt ſecundarium & per accidens præter intentionem Iuris, nec attendi, nec conſiderari à lege, quæ per conſuetudinem Ius ſtatuit obſeruandum à ſubditis, qui conſuetudini ſicut legi ſubijciuntur: in præſcriptione vero principaliter continetur lucrum, & acquiſitio in quo eſt ſubſtantia pręſcriptionis *d.l.3.* & per conſequens in præſcriptione inuitantur ſubditi præmio ad delinquendum, in conſuetudine vero non ita. Accedit quod lucrum ſecundarium, ſcilicet exemptio à lege antea obligante, per cõnſuetudinem non defertur delinquentibus, qui illam cum peccato induxerunt, ſed toti communitati, vel populo, qui non peccauit, in quo erunt multi, qui nunquam legem violarunt, ſed exactiſsime obſeruarunt, alij infantes, & ignari illius legis, quibus omnibus per conſuetudinem ius ſtatuitur, & licet illic ſint etiam aliqui ex his, qui contra legem primò facientes deliquerunt, id tamen eſt per accidens & non attenditur, quod ſecus eſt in lege, quæ præſcriptionem cum mala fide admittit, quia per talem præſcriptionem directe & principaliter ipſiſmet peccatoribus lucrum tribuitur, quo ad delinquendum inuitantur, iuxta reſoluta *in d.cap.vlt.* & ita ex his colligitur vna notabilis differentia inter præſcriptionem & conſuetudinem, addenda alijs de quibus per *gloſ.vlt. in præſenti*, vbi notaui.

Ad Lib. I. Tit. V. de Poſtulatione Prælatorum.

IN rub. in fine, adde Filliuc. *tom.3. tract.41.c.3. nu.2.* nouiſsime Luc. Caſtellin. *in tract. de elect. cap.2.de poſtulatione in communi.*

CAP. AD HAEC. I. *n.6.in fine.* Adde. Nam ignorantia etiam facti alieni nõ præſumitur in his, quæ publicè facta ſunt, & notoria, vel de illis in loco eſt publica vox & fama, vt per Gabr. *commun. ſub tit.de regulis Iuris concl.5.à nu.18.* Menoch. *de præſumpt.lib.6.præſ.23.a n.68.* Maſcard. *de probat. concl.637.n.14.& concl.879.à.n.11.* Cardin. Tuſch. *verbo Ignorantia concl.21.n.5.& 6.& verbo Scientia concl.64.à n.4.* Farin. *fragm.crim.p.2.lit.I.n.104.* vbi *n. 105.* reſoluit ignorantiam etiam facti alieni non præſumi quando agitur de aliquo facto notabili, graui, ponderoſo, ſeu magni momenti.

CAP. BONAE MEMORIAE. III. *n.5. in fine,* adde Hoſt. *in præſenti n.1.* Abb. *in c.2.n.2.de cleric.non reſid.* Caputaq. *deciſ.8.n.2.p.2.* Gambar. *de auctoritate legati à latere lib.5.tit. an legatus poſſit plura beneficia vni conferre n. 227.* noue Sanctarel. *var. reſolut.lib.1.q.2.n.6.*

Ibid. *n.6.* ibi *n.114.* Manfred. *de Cardin.deciſ.45.* Et dicuntur facere vnum corpus cum Papa ſicut Canonici cum Epiſcopo, Hoſt. *in c.antiqua infr. de priuil.* Add. ad Abb. *in præſenti n.6.lit.D.* Flamin. *de reſignat.lib.1.q.10.n.25.& 26.* Germon. *de indultis Card. verbo Epiſcopus n. 9.* Carolus de Graſsis *de effectibus clerical.in prælud.n.307.* vbi *n.308.* eo modo, quo

Digitized by Google

do,quo conſiliarij dicūtur pars corporis Principis.

Ibid. eod. *n.6. in fine.* adde metipſum de *officio, & poteſt. Epiſcopi p.3. alleg.53.n.12.* Sanctarel. *d. q. 2.n.8.*

Ibid. *poſt n.8.* In gloſ. [*generali*] ibi (*arg. quod Papa, & Cardinales curam & ſolicitudinē gerunt pro ſtatu Eccleſiæ generali*) Notatur ad hoc, quòd Cardinales vnà cum ſummo Pont. totam gubernant Eccleſiam, vt per Sanctar. *d. q. 2. n. 10.* ideoque vniuerſalis Eccleſiæ capita vocantur à Martin. Lauden. *de Cardin. in 2. tract. q. 31. &* propterea multi Doctores ſcribunt Papā ſine Cardinalium cōſilio ardua negocia tractare non debere, vt Abb. *in cap. per venerabilem. §.rationibus, qui filij ſint leg.* Anchar.*conſ. 295.* Anton.Burg. *in cap.canonum ſtatuta.n.110.ſup.de conſtitut.* Anton.Lauden. *tract.de Cardin. p.2.q.45.*

Ad Lib.I.Tit. VI.de Electione &c.

AD rub. in fine,ibi, eccleſiaſticis, Vincent. Filliuc. *tom.3.tract.41.de beneficijs eccleſiaſt.cap.3.* nouiſſime Luc. Caſtellin. *in ſpeciali tract. de electione, & confirmatione canonica,præſertim Prælatorum Regularium.*

CAP. CVM IN CVNCTIS. VII. *n.7.in princ.* Notatur ad hoc,qnod ad beneficia requiritur morum probitas, vt per Filliuc. *tom. 3. tract. 41. cap.5. n.40.*

Ibid.n.16.ibi *n.44.* Fillin.*tom.3.tract.41.cap.5.n.32.* Ioan. Anton.Maſſobri. *in ſua praxi habendi concurſum requiſ.10.dub. 11.a n.19. ſecundū Rom.imp.*

Ibid. ibi *n.47.*& ante eos Selu.*de benefic.q.5.n.18. &* pragmatica Sanction. Innatq. Concilij Baſilien. auctoritas *ſeſſ.23.* nā licet à Summo Pont.approbatū non ſit quæ ætas requiratur in Cardinalibus, hodie tamen in hac parte receptum eſt a Trid.*ſeſſ. 24. de reform. c. 1.* dum decreuit ea omnia,qnæ de Epiſcoporum doctrina, & ætate,& cæteris qualitatibus ab eod. Trid. conſtituta ſunt, in creatione S. R. E. Cardinalium, etiamſi Diaconi ſint,eſſe obſeruanda, conſtat autem ex dictis in Epiſcopo triginta annos eſſe neceſſarios, ergo totidē in Cardinalibus requiruntur, Hoied.*de incompatibil. benefic.p. 1. cap. 24. n. 27.* Cardin. Paleoth. *de conſultationibus Sacri Palatij p.4.q.1.verſ.quo ad ætatem*, vbi aduertit ex nouiſſima Sixti V.conſtitutione, quod de Diaconis Cardinalibus inquit Trid.fuiſſe immutatum; conſtituit enim Sixtus V. eos ſaltem in 22. ætatis ſuæ anno creari poſſe, itaut intra annum ad Sacri Diaconatus Ordinem promoueri teneantur,refert Filliuc.*d. cap.5.n.32. in fine.*

Quam quidem ætatem in Cardinalibus intelliges neceſſariam ſecundum communes regulas,non vero impedimento eſſe quominus Summus Pontifex minores ætate creare poſſit, vt ſæpius fieri videmus, & optimis rationibus, & auctoritatibus licitum comprobat idem Paleoth.*p.3.q.4.verſ. & eo magis.* quamuis enim Romanus Pont. annos ſupplere non poſſit,poteſt tamen illorum indolem, & prudentiam agnoſcere in annis iuuenilibus, iuxta illud. Cæſaris virtus contingit ante diē,& quod de Tobia *cap.1* legitur,quod cū eſſet iunior nihil tamē puerile geſſit in opere,& apud D. Ambroſ. *lib.2. officiorū cap. 20.*

Ibid. *n. 29. in fine.* Sic etiam penſio extinguitur per aſſumptionem ad Epiſcopatum. Ferret.*conſ.53. n. 4.* niſi expeſſe conceſſa ſit retentio Verall. *deciſ. 303.n.1.& 2.p.2.* Valenz. qui alios refert *conſ. 51. n. 19.* Sed ſi ſpectemus Ius commune neceſſe eſt, vt dicamus penſionem, illo attento, non extingui per aſſumptionem penſionarij ad Epiſcopatum, quicquid dicat Ferret. cum alijs ſupra allegatis, & diſtinguat Gig. *de penſion. q. 56.* mouentur enim falſa imagine dum æquiparant penſiones cum beneficijs ſimplicibus, de qnibus tantum loquitur tex. in præſenti,quam allucinationem multi in hoc puncto agnouerunt, & damnarunt, quos refert, & ſequitur Hoied. *de incompatibil. benefic. p. 1. c. 4. n. 4. & 5.* totum ergo referendū eſt ad ſtylum Curiæ, vt aduertit Rot. *deciſ. 233. n. 1. p. 1. diuerſ.* ex quadam Extrau.Iulij II.quam anno 1520.Leo X.expreſſius innouauit, decernendo penſionem huiuſmodi extingui, niſi in ipſamet cedula conſiſtoriali fuerit diſpenſatū, vt in nono Bullario *conſtit.36.§ 1.* quas confirmauit Clem. VII. de an. 1524.vt in eius Conſtitut.8.vnde ceſſante hoc Iure ſingulari, nulla de Iure communi eſt incompatibilitas inter Epiſcopatum, & penſiones, qnod etiam notauit Rot. *deciſ. 454. n. 9.p. 1. diuerſ.* Valenz. *d.conſ.51.n.41.*

Verum autem per aſſumptionem Cardinalis penſionarij ad ſummum Pontificatum extinguatur penſio? affirmatiue reſpondet Gabr.*conſ. 200. lib. 2.*

Ibid.n.30. ibi *n. 65.* nouiſſime Ioan. Anton. Maſſobr. *in praxi habendi concurſum requiſ.10.dub.11. ſecundum Roman. impreſ.*

Ibid.*n.32. in fine.* Filliuc. *tom. 3. tract. 41. cap. 5.n. 31.*

Ibid. *n. 33. in fine.* Ioan.Anton.Maſſobr. *d.dub. 11.a n. 22.*

Ibid.*n.24.* ibi, *collect. 30. n.1.* adde Hoied. *de incompatibil. benefic. p. 1. c. 24. n. 22.* Petr. Gregor. *rei benefic. cap.37.n.5.* Gutier. *canon. lib.1.cap.26. n.3.* Emman.Sa *verbo beneficium n. 9.* Filliuc.*tom.3. tract.41.c.5.num.29.* Ioan. Anton. Maſſobr. *d. dub. 11.n.27.* Qui quidē viginti quinqne anni ad Eccleſiā parochialem obtinendam non requiruntur completi,ſed incœpti ſufficiūt,vt ſatis deducitur ex verbis huius tex.ibi,attigerit, & ex *cap.licet canon, de elect.lib. 6.* & Trid. Conc. *d. cap.12.* ex quibus ita deducunt omnes modo citati, optime Nau.*in man. cap. 25. n. 116.* In qua ætate Epiſcopus diſpenſare non poteſt,vt ſcilicet quis ante 25.annum parochialem Eccleſiā valeat obtinere,cum enim conſtet hanc ætatē in huiuſmodi beneficijs requiſitā ex generali Cōcilij Lateranenſis conſtitut.in hoc tex.& Lugdunenſis in d.c. *licet canon*, & Trid. *dicto cap.12.* & conſtet contra generalis Concilij decreta Epiſcopum diſpenſare non poſſe, ſequitur in huiuſmodi ætate illum diſpenſare minime poſſe,atque ita poſt Specul. notauit Selu. *de benefic. p. 2. q. 3. n. 32.* Imol. in *Clemēt. n.34. de ſtatu monach.* Corraſ. *de Sacerdot. p.3.c. 3.n.2.* Trot. *de vero & perfecto clerico lib.2. c.18.n. 2.* Petr.Greg. *d.n. 5.* Ad tex. verò *in cap.2.de ætate & qualit.* reſpondebitur, prout in addit. ad eundem.

Amplia parochiale beneficium conferri non poſſe

ſe ei, qui legitimam non habet ætatem, quamuis iam ad ſacerdotium ſine legitima diſpenſatione fuerat ordinatus *gloſ. verbo ætate in c. ei cui 29. de præbend. in 6.* quam ibi ſequuntur Doctores communiter, & memorabilẽ dicit Nau. *conſ. 7. n. 6. de ætate. et qual.*

Ibid. in fine. Io Ant. Maſſobr. *d. praxi prælud. 3.*

CAP. CONSIDERAVIMVS. X. *poſt n 1.* In tex. ibi [*Poſt appellationem, &c.*] Notatur ad hoc quod electio facta poſt appellationem ipſo iure eſt nulla, vt per Luc. Caſtellin. *de elect. cap. 16. n. 3.* vbi *n. 1.* per hunc tex. reſoluit nõ eſſe admittendam, minimeque valere appellationem ne fiat electio ſimpliciter, & abſolute, ſecus vero ſi appellatio contineat ne fiat electio niſi canonica, & aſſignetur probabilis cauſa appellationis.

CAP. CVM TERRA. XIV. *n. 2. in fine.* & multo minus ſuperiores, iuxta ea, quæ reſoluunt Panormit. *in cap. licet, n. 7. hoc tit.* Nau. *conſ. 5. ſub eod. tit.* Fr. Emman. *in ſum. tom. 1. cap. 103. &* Sacra Cardin. Congreg. Concilij Trid. requiſita an ſtante libertate electionis liceat Prælato, ſuperiori proponere duos vel tres, ex quibus neceſſariò vnus eligatur? Reſpondit non licere, teſte Caſtellin. *de electione cap. 14. n. 60. in fine.*

CAP. TRANSMISSAM. XV. *poſt n. 3.* Vnde iam colliges ex tex. beneficiatiũ habentem titulum poſſe propria auctoritate poſſeſſionem ſui beneficij occupare, vt per Innoc. Panor. *n. 3.* & communiter DD. in præſenti, Domin. & Franc. *in c. cum qui, de præbend. lib. 6.* Rip. *in c. ſæpe n. 69. de reſtitut. ſpoliat.* dicit communem Cou. *var. lib. 3. c. 16. n 6.* Menoch. *remed. 9. recup. n. 277.* Pro quibus facit tex. *in c. qualiter 17. & in c. noſti 9. hoc tit. & in c. auaritiæ eod. tit. lib. 6.* Facit etiam, quia is, qui titulum obtinet beneficij, ſtatim abſque vlla beneficij apprehenſione ius, ſeu quaſi dominium in beneficio acquirit, iuxta tex. in cap. *ſi tibi abſenti, de præbend. lib. 6 & in c. vlt. de conceſſ. præb. eod. lib.* Contrariam tamen ſententiam tenent Dyn. & alij, quos refert & ſequitur Cou. *vbi ſup. n. 8.* Menoch. ſibi contrarius *remed. 6. adipiſc. n. 34.* Pro quibus facit, quod propiſi de quibuſcumque beneficijs non aliter mittuntur in poſſeſſionem, quam ex auctoritate Ordinarij ex tex. in *cap. cum Bertoldus,* ibi, in poſſeſſionem, *de ſent. & re iud.* Et Archidiaconis tanquam Epiſcoporum miniſtris Iure fuit conceſſum, vt poſſint in corporalem beneficij poſſeſſionem clericum inducere ex *tex. in c. ad hæc & in c. vt noſtrum, de officio Archid.*

Ego tamen has contrarias opiniones fœdere diſtinctionis cõponendas eſſe iudico, vt ſcilicet prior procedat in beneficijs vacantibus quoad validitatẽ poſſeſſionis, & ad effectum vt à pœna fiat excuſatio. Poſterior vero in eiſdem beneficijs vacantibus ad hoc, vt licita ſit poſſeſſio, & in beneficijs occupatis, ad hoc vt pœna incurratur. Et iuxta hãc concordiã dicendum eſt tex. in præſenti & reliqua Iura, quæ dicunt data confirmatione poſſe beneficiarium adminiſtrationem exercere, intelligi ſeruatis ſeruandis, & ſic interuenientibus à Iure requiſitis; Nec enim ſatis eſt, quod aliquis dominium acquirat ad hoc, vt poſſeſſionẽ propria auctoritate capere poſſit, conſtat namque per aditionem hæreditatis abſque vlla apprehenſione illius, dominium in hæredem tranſire ex reg. tex. in l. *cum hæredes, in princ. ff. de acquir. poſſeſs.* & tamen non ideo poſſeſſionem propria auctoritate hæres capere poteſt, ſed oportet vt illam à Iudice petat, ex tex. *in l. 2. C. de edicto D. Adriani tol.* reſoluit Cald. Pereira *de nomin. emphyt. q. 9. à princ.* Valaſc. *conſ. 68. n. 6.* ſic ſimiliter legatarius à tempore mortis dominiũ conſequitur ex *l. à Titio ff. de furtis,* vel ſaltem a tempore aditæ hæreditatis *ex l. ſi tibi homo. § cum ſeruo ff. de legib.* reſoluit Menoch. *de ſucceſſ. creat. §. 10. n. 17.* Cald. Pereira *de nomin. q. 16. à n. 23.* qui quidem legatarius conuincitur remedio poſſeſſorio ſi propria auctoritate corporalem poſſeſſionem apprehendat ex *l. 1. ff. quorum legat.* notant omnes in *l. non dubiũ. C. de legib.* aduertit Clar. *§. teſtamentum q. 68.* quo fit vt ad exemplum *l. 2. C. de edicto D. Adriani* proditum ſit remedium poſſeſſorium adipiſcendæ, quo beneficiarius habens canonicam inſtitutionem, officium Prælatorum implorat, vt eadem viſa, vulgo regiſtrata, iubeant illum mitti in poſſeſſionem, ita Abb. *in cap. paſtoralis n. 12. de cauſa poſſeſſ.* communis vt per Menoch. *remed. 6. adipiſc. à n. 34.*

CAP. CVM NOBIS. XIX. *n. 4.* poſt Campan. adde Molfeſ. *in ſuo promptuario triplicis Iuris tract. 6. ſub tit. de benefic. n. 6.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 7. c. 56. n. 63.* Rot. *deciſ. 65. n. 4. apud* Farin. *p. 1. recent.* Et in fine d. n. 4. adde Petr. de Ledeſma *in ſum. p. 2. tract. 7. c. 1. concl. 6.* late Caſtellin. *de electiõn. cap. 9.*

CAP. INNOTVIT. XX. *n. 7. in fine.* Soar. *tom. 5. de cenſur. diſp. 50. ſect. 5. n. 11.* Sanctarel. *var. reſolut. q 42. n. 19. in fine.*

Ibid. *n. 8. in fine.* adde. Vtrum autem illegitimus, qui non eſt capax recipiendi beneficium, ſit eodem modo incapax recipiendi penſionem, quæſtio eſt dubia, in qua partẽ affirmatiuã, quæ verior eſt, ſuſtinent Nau. *conſ. 9. de filijs presbyter. & conſ. 61. n. 3. eod. tit.* Rebuff. *in praxi tit. de diſpenſ. ſuper defectu natal. n. 48. & tit. de diſpenſat. ad plura n. 65.* Cuch. *inſtit. canon. lib. 2. tit. 8. §. in primis.* Prax. *Epiſc. p. 2. verbo penſionarius §. 1.* Sanctarel. *var. reſol. q. 42. n. 26.* & in penſione, quæ datur loco beneficij agnoſcit Nicol. Garc. *de benefic. p. 1. cap. 5. n. 119.* Leſſi. de *Iuſt. lib. 2. cap. 34. n. 203.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 8. cap. 7. q. 6.* Quamuis illegitimum capacem eſſe recipiendæ penſionis teneant Sarnen. *in reg. de annali q. 21.* Paleoth. *de noth. & ſpur. cap. 58. n. 4.* Maiol. *de irregul. lib. 1. cap. 10. n. 3. & 4.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſ. 5. §. 5. n. 2.* Sanch. *in præcepta Decalogi lib. 5. cap. 5. n. 16. in fine, &* Rot. ſæpe ſæpius, prout refert Garc. in *addit. ad d. cap. 5. n. 117.*

Ibid. *n. 14. in fine.* nam nomen bonum dat odorem ſicut lilium ſuauitatis Henriq. *conſ. 5. n. 13.* & elidit omne iudicium, & malam præſumptionem, Bald. *in l. fin. in vlt. col. ff. de probat.* Alex. *in l. fin. col. 3. ff. de quæſt. & conſ. 90. col. pen. vol. 3.* Dec. *conſ. 189. incip. lætatus ſum. col pen. vol. 7.*

CAP. BONAE MEMORIAE. XXV. *n. 15. in fine.* Et ideo depoſitioni teſtium de negatiua deponentiũ non creditur Natt. *conſ. 199. n. 13. vol. 1.* Ruin. *conſ. 97. circa fin. vol. 4.* Simanch. *de hæret. cap. 26. n. 4.* Herculan. *de probat. negat. n. 127.* Clar. *§ fin. q. 52. n. 3. &* Anton. Gabr. *commun. tit. de teſtib. concl.*

Digitized by Google

*concl.*4.*n.*3.& 8.Maſcard.*concl.* 70.*n.*5.Ozaſc.*deciſ.* 66.*n.*29.Farin.*in praxi crimin.q.*65.*n.*221.& 228. Quinimo tales teſtes deponentes ſuper negatiua vera, vaga, & indeterminata, ſunt de falſo ſuſpecti, Natt.*conſ.*648.*n.*5.*vol.*4. Grammat. *deciſ.* 56. *n.* 4. Clar. *d.q.*52.*n.*3.*in fine,& §.falſum,verſ.ſolet etiam dici*, Menoch. *de præſumpt.lib.*2. *præſ.* 55. *n.* 7. Maſcard.*de probation.concl.* 1364.*n.*10. Farin. *d.q.*65.*n.* 205. *cum ſeq.*

CAP. QVERELAM. XXIV. *n.*5.*in fine.* An detur actio penſionario contra ſucceſſorē in beneficio pro terminis decurſis, & non ſolutis in vita prædeceſſoris? olim Rota nūquam voluit admittere actionem vt notauit Caſſad. *deciſ.* 4. *n.* 3. *de locato*, Creſcent. *deciſ.*6.*n.*3.& 7.*de ſolutionib.* ipſa tamen poſtmodum eam conceſſit, cum hoc temperamento æquitatis, vt debeant præceſſiſſe diligentiæ contra ſucceſſorem eumdem, adeo vt penſionarius nulla notari poſſit negligentia, Seraphin.*deciſ.* 1351. *n.* 1. Gregor.*deciſ.*507.*n.*2. Nicol. Garc. *de beneſic. p.* 1. *cap.*5.*n.*199. Stephan.Gratian.*diſceptat.forenſ.cap.* 94.*n.*59. Mareſcot.*var.lib.* 1.*c.*18. Pacit. *de ſaluian. interdicto deciſ.*99.& *inſpect.* 3.*c.* 4. *à n.* 199. Vnde ipſa Rot. *in vna Canarien. penſionis* 15.*Ianu.*& 17. *Nouem.*1597. coram Gyptio, cenſuit quod ſucceſſor tenetur ad ſolutionē penſionis pro terminis decurſis tempore alterius Epiſcopi facta diligentia contra hæredes prædeceſſoris; & clarius ſufficere diligentias contra prædeceſſorem, vel eius hæredes, & bona cenſuit ead. Rot. *in Toletana penſionis* 13. *Iunij* 1608. *coram D. Penia.*

CAP. QVOD SICVT. XXVIII. *poſt n.* 6. In ead. gloſ. ibi (*quia nuncio creditur an aliquis ſit vocatus*) Notatur ad hoc quod nuncio, præſertim iurato, creditur an aliquis ex vocalibus abſens, ſit vocatus nec ne, vt per Boer. *ad Mandagot. de electon. nouorum Prælat.p.* 1.*cap.*4. Gabr.*conſ.*4. *lib.*2. nouiſſime Luc. Caſtellin.*de elect.cap.*8.*n.*18.

CAP. CVM IN IVRE. XXXIII. In tex. ibi [*Super quo &c.*] Collige ex tex. conceſſa poteſtate ſeptem electoribus ad eligendum, electionem de vno factam, in qua ipſe conſentiat, validam eſſe, tradit *gloſ.* 1. Innoc. *à n.* 1. Abb. *à n.* 6. & reliqui in præſenti, reſoluunt ſcribentes per tex. ibi *in cap. fin. de ſortileg. gloſ & alij in l. planc* 4.*ff. quod cuiuſque Vniuerſ. nomine*, Lambertin. *de iurepatron. lib.* 2.*p.* 1.*q.*8.*art.*1.*n.*11. refert plures Cened. *ad Decretal. collect.* 99. Intellige in electione iam facta per viam ſimplicis compromiſſi, nā cum electus de quo hic, electionē de ſe factā perficere cenſeatur, patet ex verbis huius tex. ibi, electioni de ſe factæ, &c. & ſtāte tali perfectione directe, & principaliter ſeipſū eligere non dicatur, merito effectū eſt, vt per talem electi cōſenſum electio de ſe facta ſuſtineatur, vt tex. habet, qui intellectus manifeſte cōfirmatur ex verbis huius tex. ibi, iuxta compromiſſi tenorem &c. Contra quem intellectum non obſtat *reg. cum quid prohibetur. lib.*6. ſiquidem reſpondetur prædictā regulā in hoc caſu non violari, & quod nulla ratione peruenitur ad illud, quod eſt ſe ipſum ſimpliciter, directe, & principaliter eligere; alij enim tres electores negotium inchoarunt, & certe quodammodo principaliter fecerunt, ipſe vero electus conſentiendo perfecit, quo caſu aut tollitur, aut ſaltem extenuatur ſuſpicio ambitionis, eo quod tex. iſte voluit in forma compromiſsi, vt vnus ex ſeptem electoribus potius eligi potuiſſet, ad quod alludere videtur tex. in præſenti, ibi, iuxta compromiſſi tenorem, &c.

Vnde etiam colligitur tex. non procedere quando vnus tantum eſt compromiſſarius, ſiquidem facta virtute compromiſsi de illo, & per illum electio non valebit, eo quod non ab alijs iam factæ, ſed per ipſum faciendæ electioni adhibet proprium conſenſum, & vti talis ſeipſum eligere dicitur, contra reg. tex. *in cap. vlt. de inſt t.* maxime ſe ingerendo, & vitium ambitionis exercendo, quod in hac ſpecie manifeſtè apparet contra reg. tex. *in c. per veſtras. verſ. cum igitur, de iurepatron.* Nec refragatur, quod vt legimus, vacante Sede Apoſt. Collegium Cardinalium in Ioannem XXII. Iacobum Portuenſem antea appellatum, compromiſit, vt virtute compromiſsi nomine eligentium per illum Pontifex in Eccleſia deſignaretur, quem tamen conſtat ſeipſum nominaſſe, & in Pontificem fuiſſe erectum, vt teſtatur D. Antonin. *p.*3. *tit.*21. *c.*4. *in princ.* & conſtat ex hiſtoria Pontificali *p.*2.*c.*2 *in eius vita.*

Reſpondetur enim talem electionem Iuri naturali non repugnaſſe, nec enim eſt contra naturalem rationem, vt vnus, & idem ſit eligens, & electus, eo quod ſe ipſum eligendo non accepit à ſe, quod antea habebat, in quo prædictæ rationis naturalis repugnantia conſiſtat, ſed tantum Iuris humani repugnātiam prædictam electionem habuiſſe ex ſupradicta ratione ſuadente, prout fatentur Doctor. in præſenti, qui referunt ita fuiſſe eo tempore concluſum, nihilominus tamen tale vitium non potuiſſe prædictam electionem inficere, quoniam contra talem electionem nulla exceptio à Iure humano profecta opponi poteſt, vt dicit tex. *in c. licet, ſup. hoc tit.* reſoluunt Hoied. *de incompat. beneſic. p.* 1. *c.* 1. *n.* 3. Maiol. *de irregul lib.* 2. *c.* 4. *à princ.*

CAP. CORAM. XXXV. *n.*2.*in fine.* Vnde in Rot. apud Mantic. *deciſ.* 288. tentum fuit ad electionem vocandos eſſe, qui ſunt in prouincia, ſiue diœceſi, maxime quando abſentia non eſt affectata, vel ſuſpecta, ibique additur abſentes in electionibus non eſſe vocandos per ſonum campanæ, ſed per nuncium, vel litteras, refert Caſtellin. *de elect.c.*8. *n.*7.

CAP. OFFICII. XXXVIII. *poſt n.* 8. In tex. ibi [*Verum poſtquam, &c.*] Notatur ad hoc, quod electione caſſata ob defectum temporalem electi, eodem defectu ceſſante, iſte reeligi poteſt, ſecus ſi fuit caſſata propter crimen perſonæ electæ, vt per Panor. *hic n.*3. Caſtellin. *de elect. cap.*4.*n.*16.

CAP. QVIA PROPTER. XXXXII. *n.*2. *in fine.* quæ deciſiones impreſſæ inueniuntur apud Caſtellin. *de election. cap.*4.*prope fin.*& Ioan. Anton. Maſſobr. *in ſua praxi habendi concurſum prælud.* 8. *à n.* 30. *ſecundum Roman. impreſ.*

Ibid. *n.*7. adde Soar. *de Relig. tom.*4.*lib.* 2.*cap.*5. Luc. Caſtellin. *d. tract.cap.* 1.*n.* 1.

Ibid *n.*17. *in fine.* Aduertendum tamen eſt cum Nan. *ſub hoc tit. conſ.*4.& Fr. Emman. *in ſum.tom.* 1. *cap.*102.*n.*4. quod etſi aliquis ex electoribus ſecretò oſtenderit alicui ſuam ſchedulam ad effectum vt videat

deat

deat quem ipſe eligat, hæc pura & ſimplex oſtenſio non tollit quin electio ſubſequens immediate ſit ſecreta, niſi illa manifeſtatio ſit realis cauſa, vel præſũptiue rationabiliter, quod electio ſequatur in hãc, vel illam perſonam ex vi illius oſtenſionis, in quo caſu tale votum, vel talia vota ſic publicata non debent computari in numero electorum. Deinde eſt aduertendum per tex. in præſenti, & Concil. Trid. *ſeſſ. 25. de Regular. c. 6.* oſtenſionem vnius ſchedulæ ſiue fiat per malitiam, ſiue per errorem, dummodo non cauſet effectum, de quo ſupra, non officere ſecretæ electioni, niſi maior pars ſuffragiorum oſtenderet, ita Nicol. Gar. *de benefic. p. 5. c. 4. n. 183.* Molfeſ. in *ſum. p. 1. tract. 6. c. 16. n. 153.* Caſtellin. *de election. cap. 4. n. 3.*

Ibid. *n. 19. in fine*. Et illud verbum, cunctorum, intelligitur, ideſt nullo omiſſo, nam quoties omittitur ſcrutatio vnius ſolius voti ex præſentibus, electio eſt nulla, vt docent hic Ioan. Andr. *col. 3. & 5.* Hoſt. & Panor. Specul. *tit. de elect. § c. verſ. ſi ergo viam*, Petr. de Biax. *in ſuo direct. elect. cap. 27. p. 3. n. 1. & 2.*

Ibid. *n. 30. in fine*. Luc. Caſtellin. *de election. cap. 1. n. 2. verſ. forma. & verſ. ſeq.* quod nec inferiores Papa poſſunt contra formam traditam in hoc tex. aut contra alia Iura de electione Canonica aliquid ſtatuere. Et de Capitulo quocunque etiam Regularium, quod non poſſit ſtatuere contra hunc tex. dixit Oldrad. *conſ. 259.* Nau. *conſ. 3. n. 1. de elect. & conſ. 26. n. 4. de Regular.*

Ibid. *n. 32. in fine*. Quoties enim lex aliqua in materia electionis dicit talem electionem factã non ſuſtineri, vel non valere, hæc verba habent vim decreti omnino irritantis conſimilem electionem, & important electionem ipſo iure nullam abſque aliqua ſententia, vt docent in præſenti Compoſtel. *n. 20. verſ. nunquid de iſta*, Ioan. Andr. *n. 37. verſ. non valeat*, Caſtellin. *de election. cap. 4. n. 2.*

Ibid. in §. Illud. *ante n. 37.* In tex. ibi (*ne quis in electionis negotio procuratorem conſtituat, &c*) Notatur ad hoc, quod vocales, qui abſentes in loco vnde euocari poſſunt, ſed iuſto impedimento detenti venire non poſſunt, procuratorẽ conſtituere valent, qui ſuo nomine eligant, vt per Rot. apud Mantic. *decıſ. 268. n. 5. & 6. & decıſ. 288. & in Calaguritana beneficij de Murillo 13. Nouem. 1620.* coram Vbaldo, relata apud Caſtellin. *de elect. cap. 5. n. 102.*

Ibid. n. 39 ibi, *collect. 1759.* adde Molfeſ. in *ſumma morali Theolog. tract. 6. de benefic. c. 16. n. 129.* Caſtellin. *de elect. in addit. ad cap. 6. pag. 495.*

Ibid. *d. n. 39. in fine.* Vnde Portel. *in dubijs Regularib. tit. electio n. 5.* ex Nau. & Fr. Emman. *quæſt. Regular. tom. 2. q. 52. art. 5.* tenet Panor. & Felin. docuiſſe electionem per ſchedulas ſecretas non poſſe fieri poſt tenebras, niſi neceſſitas aliter vrgeret, quo caſu accendenda ſunt ad minus tria luminaria, alias clam factam fuiſſe dici poterit.

CAP. QVISQVIS. XXXXIII. *poſt n. 2.* In tex. ibi (*Contra canonicam libertatẽ*) Nam electio quoruncunque Prælatorum debet omni ex parte eſſe prædicta ſumma libertate, & totaliter aliena ab omni, & quacũque ſpecie coactionis, ſiue violentiæ, vt per Caſtellin. *de elect. cap. 3. n. 3. in princip.*

CAP. DVDVM. LIV. *poſt n. 14.* Collige ex tex. poſſe Clericum duas habere Eccleſias, alteram in titulum, alteram vero in commendam, idem probat tex. *in cap. qui plures, & in cap. relatio, & in cap. illud 21. q. 1.* Silueſt. *verbo commenda n. 7.* Rebuff. *in praxi tit. de commenda à n. 3.* Marſil. *de reditib. p. 2. c. 15. à n. 22.* vbi *ait* neminem de hoc dubitare, Hoied. *de incompat. benefic. p. 2. c. 4. n. 2. & p. 1. c. 13. n. 34* tradit etiam Fuſc. *de viſitat. lib. 2. c. 9. n. 10.* Nau. *cõſ. 30. de præbend. n. 30.* Amplia procedere etiã quando clericus habet dignitatem, vel perſonatum, adhuc enim poterit Eccleſiam curatam in commendam obtinere, patet ſi expendas maiorem dari repugnantiam in beneficijs curatis, quàm in dignitate, vel perſonatu cum Eccleſia curata; vnde à fortiori licitũ erit perſonatũ, vel dignitatem in titulũ habere, & Eccleſiã commendatã, ſic ampliata deciſione tex. *in cap. ſuper eo. de præb.* Limita tamen non procedere quando plures Eccleſiæ inſimul commendantur, ſentit *gloſ. in cap. qui plures 21. q. 1.* Innoc. *in præſenti. n. 4.* Silueſt. *d. n. 7.* Rebuff. vbi ſupra *n. 64.* Fuſc. *d. c. 9. n. 11. &* patet ex tex. in *cap. nemo*, ibi, vnam, *hoc tit. in 6.*

Dubium tamen eſt verum ſupradicta procedant attẽto Iure hodierno, & cauſam dubitationi præbet Conc. Trid. *ſeſſ. 7. de reform. c. 4.* vbi ſicut prohibetur vnio beneficiorũ ad vitam, ita ſimiliter prohibetur pluralitas beneficiorũ per viã cõmendæ perpetuæ, ac proinde videtur quod prohibeatur quis vnũ beneficium in titulum obtinere, & aliud in commendam perpetuam contra ſupradicta. Conſtat namque Concil. Trid. commendarũ pluralitatem prohibuiſſe ob defectum reſidentiæ, qui quidem defectus reperitur quando vna in titulum, alia verò in commendã retinetur. Iuuat, quod tam vniones, quã cõmendarũ cõſtitutiones videntur tacitæ quædam diſpenſationes, vt tenẽt Caſſad. *decıſ. 13. n. 5. ſuper reg. Cãcel. & decıſ. 2. n. 9. ſub tit. de vnione*, Mandoſ. *in reg. 32. Cancel. de impetrantibus benefic. vacant. per obitum q. 30. n. 3.* quæ diſpenſationes circa pluralitatem beneficiorũ reuocãtur per Cõc. Trid. *ſeſſ. 24. de reform. c. 17. poſt med. in verſ. illi vero; &* ex his forſan non poſſe iam teneri duo beneficia incompatibilia per viã commendæ perpetuæ, ſed nec vnum in titulum, & aliud in commendam perpetuam docet Nicol. Garc. *de benefic. p. 4. c. 4. à n. 40.*

Nihilominus tamen reſoluendum eſt etiam hodie attento Iure nouiſsimo Concil. Trid. ſupradicta procedere, & licitum eſſe habere duo beneficia, etiam curata, vnum in titulum, & aliud in commendam perpetuam, Hoied. *d. cap. 4. à n. 14.* Ad Concil. vero Trid. *d. cap. 4.* R. loqui in obtinentibus quæcunque beneficia incompatibilia in perpetuam commendam, & ſic in numero plurali, non tamen ibi prohiberi obtinere quem vnũ beneficiũ in titulum, & aliud in commendam perpetuam, pro quo faciunt verba eiuſdem Cõcilij ibi, contra formam Conſtit. Innoc. III. Conſtat ſolum voluiſſe prohibere pluralitatem beneficiorũ cõmendatorum in perpetuum, quæ alias à Iure communi erant prohibita, non vero voluiſſe prohibere duorum beneficiorum pluralitatem, vnius in titulum, & alterius in perpetuam commendam, quæ pluralitas Iure communi prohibita

bita

Digitized by Google

bita non eſt, vt patet ex hoc tex. qui eſt Greg. IX. & facit mentionem *cap. de multa, prabend.* Et ad ſecũdam rationẽ ſatisfit ſi dicas, quod quamuis perpetua commenda in effectu ſit tacita diſpenſatio, nihilominus tamen diuerſum nomen habet in Iure noſtro, nempe commenda, vnde tex. Concilij Trid. *in d. c. 17.* qui loquitur in diſpenſatione, non intelligitur de commenda, quæ appellatione diſpenſationis non bene comprehenditur. Vel rurſus ℞. illum tex. reuocare ſolummodo pluralitatem parochialium Eccleſiarum, ſeu vnius Cathedralis, & alterius parochialis, & ita loquitur in caſu diuerſo ab illo, de quo *in d. cap. 4.*

CAP. NIHIL. XLIV. *poſt n. 2.* In tex. ibi, [*Et ad quẽ pertinet ipſius confirmatio, &c.*] Ergo electio factum alterius, ideſt ſuperioris confirmantis, requirit, vt per Oldrad. *conſ. 246. n. 1.* Rot. *deciſ. 6a. n. 2.* apud Farin. *p. 2. recent.* Caſtellin. *de elect. cap. 1. nu. 19.*

CAP. CONSTITVTIS. XLVII. *poſt n. 5.* In tex. ibi, [*Quod olim cum aſſumeretur, &c.*] Notatur ad hoc, quod Monachus tranſlatus non habet vocem in Capitulo à quo eſt tranſlatus, vt per Butr. *in præſenti n. 1. 10. & 11.* Caſtellin. *de electione cap. 5. nu. 3.*

CAP. CVMANA. L. *poſt n. 1.* Ex hoc tex. volgò colligitur perſonam electam non poſſe computari inter eligentes, nec illorum numerum augere, intellige procedere in electione per viam ſcrutinij, non vero in illa, quæ per viam ſimplicis compromiſſi facta eſt, in qua vox electi augere poteſt numerum eligentium iuxta addita ad *cap. cum in Iure 33. ſup. hoc tit.* quod tamen intelligendum eſt, quando vox ipſius electi, cum æquali numero parte concurrit, itaut per talem vocem iam maior eſſe dicatur, ſecus vero ſi ſolum ad paritatem, cum alijs contradicentibus perducit, prout in ſpecie aduertit Abb. in præſenti *n. 8.* Lambertin. *de Iurepatron. lib. 2. p. 1. q. 8. art. 8. n. 3.*

Ad Lib. I. Tit. VII. de Tranſlatione Epiſcopi.

CAP. CVM EX ILLO. I. *n. 5. in fine.* refert me citato in hoc loco nouiſſime Ioan. Anton. Maſſob. *in ſua praxi habendi concurſum requiſ. 1. dub. 9. ſecundum Romanam impreſ.*

CAP. INTER CORPORALIA. II. *poſt n. 5.* Probat tex. Matrimonium ſpirituale inter Epiſcopum, & Eccleſiam contractum, Chriſtum Dominum ſuo iudicio reſeruaſſe, ſicut & carnale, at qui matrimonium carnale factum fuit indiſſolubile per diſpenſationem iuxta illud Matth. 19. quos Deus coniunxit, homo non ſeparet; ergo & ſpirituale, cuius tamen cõtrarium dicere vr̃ tex. in præſenti. Propter quã difficultatem, & obſcuriſſima huius tex. verba aliqui Iuriſperiti dixerunt poſſe Pontificem diſpenſare in matrimonio cõſummato, ex quorũ numero ſunt Soec. *conſ. 28. col. pen. vol. 1.* Cagnol. *in l. actus, qui. ff. de regul. Iuris n. 4.* Bald. *in c. lator de re iudic.* Sylu. *nupt. pag. 20.* Io. Andr. *in reg. actus legitimi, de reg. Iuris lib. 6.* Dec. *in cap. quæ in Eccleſiarum col. 5. de conſtit.* Grat. *conſ. 1. n. 31. vol. 2.* qui omnes arbitrantur Matrimonium conſummatum diſſolui poſſe à Summis Pont. quaſi tunc non homo ſeparet à Deo coniunctos, ſed ipſe Deus, parum enim refert, vt inquit D. Bernard. *lib. de diſpenſ. & præcept. col. 4.* an nobis Deus ſuam voluntatem exponat per ſe ipſum, vel per ſuos Angelos, aut per ſuos Vicarios. Sed clare decipiuntur, nam qui homini poteſtatem denegauit ſeparandi ſic à Deo copulatos, Pontificem Maximũ excluſit quod homo eſt, & ideo contra eos verior eſt ſententia, & communis Doctorum opinio, quos refert, & ſequitur Sanch. *de Matrim. lib. 2. diſp. 14.* Nec obſtat huic veritati tex. in præſenti, quia omiſſis Doctorum interpretationibus reſpondendum videtur per illa verba, quos Deus coniunxit, &c. reſeruaſſe Chriſtum Dominum ſibi ſolutionem matrimonij ſpiritualis non in ſenſu litterali, conſtat enim de matrimonio carnali agere, ſed in ſenſu morali, qui ſenſus licet in ſacra Scriptura à Spiritu ſancto intentus ſit, non tamen facit argumentum efficax ad probandum aliquid eſſe Legis diuinæ obligatoriæ: ſolent enim Summi Pont. vti ſacræ Scripturæ teſtimonijs in ſenſu morali ad propria decreta confirmanda, vt patet in materia pluralitatis beneficiorum, ad probandum enim aliquem, nõ poſſe habere duo beneficia adducunt verba Pauli, oportet Presbyterum eſſe vnius vxoris virum, & Chriſti, nemo poteſt duobus dominis ſeruire, quæ verba in ſenſu litterali longe aliud ſignificant; ſic in *Extrauag. Vnam Sanctam inter communes de maior. & obed.* Boniſac. VIII. adducit verba Chriſti de duobus gladijs in ſenſu morali ad ſummam poteſtatem ſtabiliendam cum litteralis aliud eſſet, vt Sacri Doctores in eundem locum explicarunt, probat latiſſime Alph. à Caſtro *lib. 1. contra hæreſes cap. 3.* S. Thom. *p. 1. q. 1. art. 10.* quod principium oportet memoria retinere ad varia noſtri Iuris Capita declaranda; cum igitur matrimonium ſpirituale non ſit reſeruatum Lege diuina in ſenſu litterali ipſi Chriſto, vt carnale eſt, non mirum ſi illud Summus Pont. facile diſſoluit, non vero carnale.

Ad Lib. I. Tit. X. de ſupplenda negligentia Prælat.

CAP. STATVIMVS. I. *n. 4.* ibi, *n. 2.* Oldr. *conſ. 14. n. 3.* Ibid. *in fi.* Quæ quidem benedictio Abbatis, quæ fit ab Epiſcopo, eſt media, mixtaue inter ſimplicem & Ordinariam per manus impoſitionem Epiſcopi, quæ fit tantum Presbytero, Hoſt. *in cap. tuam. ſub n. 8. & 9. de ætate & qualit.* qui quatenus ſub *n. 7. verſ. quinimo,* voluit electum in Abbatem, adhuc tamen non benedictum, non debere vocari Abbatem, ſed electum, non meruit tam acriter carpi ab Oldrad. *conſ. 14. n. 3.* nam loquitur expreſſe de electo ante ordinationem, & ſic de eo in quem facultas benedicendi ne quidem in potentia cadit.

Ad Lib. I. Tit. XII. de Scrutinio in Ordine Faciendo.

CAP. EX PARTE. VNIC. *poſt n. 2.* In tex. ibi [*Poſtulat Sancta mater, &c.*] Per hunc tex.

Digitized by Google

tex. tenetur, quod in illis rebus, quæ oculis intueri nõ poſſunt, nec aliquo ſenſu corporeo percipiuntur, poteſt teſtis deponi de credulitate ſine cauſa, vel ratione concludẽti, & illius teſtimonium eſt admittendum, ita in effectu *gloſ. verbo, etſi*; Innoc. *in princip.* apertius Abb. *n. 1.* & alij in præſenti, Bart. *in l. 2. §. idem Labeo il 2. n. 5. ff. de aqua pluuia arc.* Felin. *in c. quoties n.* 10. *de teſtib.* Iaſ. *in l. vt vim n. 4. ff. de Iuſtit. & Iure, & in rub. ff. de iureiur. n. 7.* Alex. *conſ.* 109. *n. 7. lib.* 1. Hippol. *ſing. 19. & in l. vlt. C. de probat.* Sed obſtat, quod teſtes de credulitate non ſunt admittendi niſi in ſuo teſtimonio reddant cauſam, ſeu rationem eiuſdem teſtimonij concludentẽ, *cap. quoties 5. ibi, rei veritatem accepiſſe à maioribus ſuis, de teſtib.* cũ ibi citatis, à qua reg. nõ reperiũtur excepti teſtes deponẽtes reſpectu illorũ, quæ nec oculis videri, nec ſenſu corporeo percipi poſſunt; accedit quod rationes, propter quas nõ admittũtur teſtes ſimpliciter de credulitate, omnes verificantur in re ſenſu corporeo non perceptibili, ac ſubinde nil mirum ſi in illa debeat etiam verificari *d. cap. quoties*. Quapropter dicendum eſt tex. in præſenti eſſe intelligendum præcedente ratione concludente, quæ ſi præcedat, & aſſignetur, teſtis de credulitate poteſt teſtificari, prout præceſſit in hoc tex. ſuppoſita electione facta de ordinato ab examinatoribus, ad quam ſe retuliſſe videtur teſtis de quo hic, prout colligitur ex mente *gloſ. d. verbo etſi*. & Innoc. *in præſenti*. Vel rurſus poteſt intelligi, quod tex. iſte non agit de teſte abſolute, & voluntarie teſtificante; ſed de miniſtro, qui ex obligatione officij ſui tempore conſecrationis non ſimpliciter depoſuit ſecundum ſuam credulitatem, ſed ſecundum quid, hoc eſt quantum humana fragilitas noſſe ſinit; vnde illud teſtimonium credulitatis ſic ratione officij prolatum cenſetur reſolutum quoad effectũ, de quo agitur, in ſcientiam probatam, ex qua idoneitatis ſententia proferri potuit, & poteſt, quæ declaratio temperãda eſt non procedere quando teſtis contra producentem de credulitate deponit, tunc enim licet cauſam vel rationem concludentem non adhibeat, nihilominus tamen contra illum aliquam fidem facit, prout reſoluũt Felin. *n. 12.* Myſing. *n. 25. in d. c. quoties*, Iaſ. *n. 9. ad d. rub. ff. de iureiur.* Pariſ. *conſ. 50. n. 60. vol. 1.* Maraut. *de ordine iudic. p. 6. cap. de teſtium repulſ. n. 16.* ſiquidem talis teſtis non ſolum quoad perſonam, verum etiam quoad illius dictum cenſetur à producente approbatus.

Ad Lib. I. Tit. XIV. de Aetate & qualit.

CAP. EX RATIONE. II. *poſt n. 2.* Ex hoc tex. iuncta *gloſ. verbo Eccleſias, & vlt.* colligitur poſſe Epiſcopum diſpenſare cũ pueris infra decennium vt Eccleſias, ſeu Prælaturas obtineant, contra ea, quæ reſoluunt Selu. *de benefic. p. 2. q. 3. n. 32.* Corraſ. *de Sacerd. p. 3. cap. 3. n. 2. Trot. de vero & perfecto Clerico lib. 2. c. 18. n. 2.* vnde multi huius tex. deciſionem ad ſummi Pont. diſpenſationem referunt, vt præſupponere videtur Nau. *in cap. ſi quando except. 19. n. 2. ſup. de reſcrip.* Sed aperte loquuntur contra litteram huius tex. qui plane agit de facto ſolius Epiſcopi, neque in eo verbum vllum de Papa reperitur. Quare Archid. quem refert, & ſequitur Franch. *in cap. 1. n. 4. hoc tit. lib. 6.* diſtinguit an diſpenſatio ab Epiſcopo concedatur ex cauſa neceſſitatis, vel vtilitatis Eccleſiæ, & licitã putat, & procedere tex. in præſenti cum ſimilibus. Aut vero diſpenſatio fit propter prærogatiuam meritorum, & intuitu perſonæ, cum qua diſpenſatur; idque recte Epiſcopis denegari videtur in caſu ſpeciali, de quo *in d. c. 1.* quem tex. expendunt ibi, libere diſpenſare, quaſi ſpecialitas in eo conſiſtat, vt libere & ſine vllã cauſa Epiſcopo eo caſu permittatur diſpenſandi poteſtas; ſed non conuenit verbis huius tex. dum factum Epiſcopi reprehẽdit, & deinde quia minime dici poteſt poſſe vnquam dari iuſtã cauſam vtilitatis, vel neceſſitatis Eccleſiæ, vt beneficium curatum conferatur pueris infra decennium, de quibus agit tex. in præſenti; & tamen quia verius eſt verba illa, libere diſpenſare, non excludere iuſtam cauſam, quæ ſemper neceſſaria eſt, vbi inferiori diſpenſatio permittitur ex doctrina *gloſ. verbo pleriſque*, ante *fin. in c. requiritis 1. q. 7.* Emman. Sa *in aphoriſm. verbo diſpenſatio n. 3.* Aduerte igitur in hoc tex. non approbare Pontificem factum Epiſcopi, ſed potius reprehendere, patet ibi, Epiſcopum ſuper his corripias, & ibi, eidem Epiſcopo prohibeas ne de cetero Eccleſias niſi perſonis, quæ ætatem, & ſcientiam habeant. Quod ſi quærat aliquis quare Pontifex non iubeat pueros amouere, ſed remotis laicis iubeat committere adminiſtrationes Clericis idoneis donec pueri veniant ad ætatem legitimam. Reſpondebitur Iure Decretalium validas fuiſſe collationes, & prouiſiones beneficiorũ ante ætatem legitimam, nullitatiſque pœnam præſcriptam fuiſſe Iure nouo Sexti per *cap. licet canon de elect. lib. 6.* vt colligitur ex verbo, decernentes, & verbo, de cætero, iunctis reſolutis per gloſ. ibi, & quæ Doctores tradunt *in cap. vlt. de ſponſa duorum*, atque ita tex. in præſenti ſolum concludit valuiſſe collationem, non potuiſſe tamen Epiſcopũ licite facere & diſpenſare, confirmaturque ex vltimis verbis tex. immediate ſequentis ibi, quod inde feceritis irritabimus. A Papa igitur oportet hanc petere diſpenſationem notant præcitati; quibus adde Nau. *in man. cap. 25. n. 116.* explicat late Rebuff. *in praxi tit. de diſpenſat. ratione ætatis à princip.* Mandoſ. *ad reg. Cancel. 118.* An autem ſic diſpenſatus ratione ætatis habeat liberam adminiſtrationem rerum ad beneficium pertinentiũ per ſe, & ſine curatore, vide tex. *in cap. vlt. de Iudic. lib. 6.* vbi late Gom. *n. 9. & 26. Octau. de decretis lib. 3. tit. 8. n. 28.* Et an minor diſpenſatus ſuper ætate ad obtinendum canonicatum in Cathedrali poſſit eligi in Iudicem Synodalem? vide Ioan. Anton. Maſſobr. *de Synodo Epiſcopi cap. 4. dub. 11.* vbi reſoluit negatiue.

Ad Lib. I. Tit. XVI. de Filijs Preysbiterorum ordinandis, vel non.

CAP. VT FILII. I. *poſt n. 2.* Vnde iam collige irregularitatem prouenientem ex defectu natalium non tolli per ſolam habitus religioſi ſuſceptionem, ſed neceſſariò requiri vt emittatur profeſ-

Digitized by Google

profeſsio, ita Feli. *in cap. cum deputati n. 2. de iudic.* Franch. *in cap. 1. n. 11. hoc tit. lib. 6.* S. Antonin. *p. 3. tit. 1. cap. 27. §. 3.* Sor. *in 4. diſt. 25. q. 1. art. 3. col. 2. &* ibi Riccard. *art. 4. q. 3.* Rebuff. *in praxi benef. tit. de diſpenſ. ſuper defectu natal. n. 66.* Philiarc. *tom. 1. p. 1. lib. 4. cap. 8.* Valent. *tom. 4. diſp. 7. q. 19. puncto 3. §. 2. agens de ſecunda ſpecie irregularitatis in 1. defectu,* Iacob. de Graſt. *in aureis deciſ. p. 1. lib. 4. cap. 27. n. 54.* Nau. *comm. 2. de Regularib. n. 60. & in manuali cap. 27. n. 201.* Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 12. cap. 5. q. 12.* Sayr. *de cenſur. lib. 6. cap. 11. n. 3.* nouiſſime Sanctarel. *vari. reſolut. q. 39. n. 2.* Quamuis Fr. Emman. *quæſt. Regular. tom. 1. q. 13. art. 4.* aſſerat huiuſmodi irregularitatem non ſolum tolli per profeſſionem, ſed etiam per receptionem habitus Religioſi, immo per educationem, quæ fit in Religione.

Deinde colliges profeſſionem emiſſam in Religione non ſolum tollere irregularitatem quoad Ordines ſuſcipiendos, ſed etiam quoad vſum Ordinum ſuſceptorum; quare ſi illegitimus abſque diſpenſatione ante ingreſſum Religionis ſuſcipiat Ordines ſacros, & poſtea ingrediatur Religionem, non ſolum poteſt promoueri ad alios Ordines, ſed etiam abſque alia diſpenſatione poterit miniſtrare in Ordine, quem ſuſcepit ante ingreſſum, ita Sanctar. *d. q. 39. n. 8.* Nec obſtat, quod diſpenſatio eſt ſtricte interpretanda, vt reſoluunt Iura, & Doct. per me citati *de officio, & poteſt. Epiſcopi p. 2. alleg. 33. n. 7. & alleg. 45. n. 1.* quia debent intelligi quando vni, vel alteri diſpenſatio conceditur, non vero quando in fauorem Religionis emanauit, quia tunc ample eſſe interpretandam docent Henriq. *in ſumm. lib. 7. c. 22. §. 3. & cap. 24. n. 4. in fine*, Oldrad. *conſ. 300. n. 4. verſ. conſiderandum eſt,* Sanch. de *Matrim. lib. 8. diſp. 1. n. 13.*

Ibid. *n. 3. in fine.* Soar. *de cenſur. tom. 5. diſp. 50. ſect. 5. n. 15.* Sayr. *eod. tract. lib. 6. cap. 11 n. 3.* Mandoſ. *de ſignatura gratiæ tit. de diſpenſat. ſuper defectu natal. §. pen.* nouiſſime Sanctarel. *var. reſolut. q. 40. n. 1.* vbi *n. 2.* cum Nau. *conſ. 6. n. 2. ſub hoc tit.* reſoluit profeſſum illegitimum fieri capacem beneficiorum manualium, quæ ad nutum Prælati reuocari poſſunt, dummodo talia beneficia non fuerint curata, nec Prælatura monaſterij.

Ibid. *n. 7.* ibi, tuentur, Mandoſ. *d. tit. de diſpenſat. ſuper defectu natal. in fine.* Viuald. *in candelabro aureo p. 3. cap. 5. n. 10.* Soar. *d. ſect. 5. n. 15.* Sanctarel. *d. q. 40. n. 7.*

Ibid. *poſt n. 9.* Quarto pariter non abs re dubitari poterit an Religioſus effectus per ſimplicia biennio nouitiatus anno trãſacto vota in Societate Ieſu emiſſa, ſi ab ea retrocedat, à votiſque abſoluatur, reincidat in priſtinam irregularitatem ex defectu natalium conſurgentem, quæ iam erat purgata per illa vota, iuxta ea, quæ reſoluunt Vaſq. *1. 2. diſp. 165. c. 9.* Soar. *tom. 5. diſp. 50. ſect. 5. n. 12.* Sanctar. *var. q. 39. n. 6. &* Sanch. *in præcepta Decalog. tom. 2. lib. 5. cap. 5. n. 13.* In hac quæſtione Soar. *d. ſect. 5. n. 14. in fine,* Sanch. *d. cap. 5. n. 14. &* Sanctar. *d. q. 39. à n. 4.* tenent talem retrocedentem, à votiſque abſolutum, ſi iã promotus ſit, poſſe Ordinibus ſuſceptis vti, & ſi non ſit promotus, promoueri poſſe, ex ea ratione quia tex. in præſenti, & ſimiles decernunt huiuſmodi irregularitatem deleri per Religionis ingreſſum, nec decidunt reincidi deſerta Religione. Nec obſtat quod ceſſante cauſa finali, ob quam conceſſa eſt diſpenſatio, ceſſat etiam diſpenſatio, ſi ea nondum fuerat ſuum effectum ſortita, vt probant Iura & DD. citati a Sanctar. *d. q. 39. n. 5. &* per me *de officio Epiſcopi p. 2. alleg. 33. n. 6.* Quia Rx. eam diſpenſationem conceſſam eſſe ipſi Religioſo in fauorem ſtatus, quem aſſumpſit, & in præmium actus Deo gratiſſimi, quo ille ſeculo renuntiauit, quæ non ceſſant, quamuis ille religioſus poſtea vel retrocedat à Religione, vel ab ea dimittatur, quia iam actus ſuum effectum ſortitus eſt.

CAP. PRÆSENTIVM. III. *n. 2. in fine,* quæ quidem opinio licet communis ſit & ſequenda in iudicando & conſulendo, tamen in puncto Iuris verior eſt contraria aſſerens patrem non poſſe obtinere beneficium, quod antea poſſidebat filius, quam defendit Hoſtienſ. *in cap. ex tranſmiſſa §. ideoque, hoc tit.* & illi adhærere videtur Archid. *in cap. Apoſt. 8. quæſt. 1.* & in puncto iuris veriorem eſſe profitentur Gig. *de penſ. quæſt. 86. n. 10. &* Mand. *de ſignat. grat. tit. de diſpenſ. ad benef. in Eccl. in qua pater, verſic. final.* Pro qua ſententia in primis facit quia pater & filius ſunt correlatiua, & in correlatiuis idem ius ſtatuitur, vt *in l. final. &* ibi Bart. *ff. quod metus cauſa, & in l. 1. C. de cupreſſis lib. 11.* Rurſus facit, nam in beneficialibus eſt prohibita ſucceſſio, vt in *d. cap. Apoſt.* ſed ſicut filius patri ſuccedit, ſic & pater ſuccedit filio *vt in l. nam etſi parentibus ff. de inofficioſo teſtam.*

CAP. PROPOSVIT. VI. *n. 2. in fine,* ibi *n. 101.* Maiol. *de irregular. lib. 1. cap. 9. n. 1.* Cou. *de ſponſal. p. 2 c. 8. §. 8. n. 5. &* me citato *in tract. de officio Epiſcopi* docet nouiſſime Sanctarel. *vari. reſolut. q. 38. n. 14.*

CAP. EX TVA. IX. *n. 3. in fine.* Vnde Epiſcopum non poſſe diſpenſare cum illegitimo vt beneficium paternum immediate conſequatur docent *gloſ. verbo, tale, in cap. 1. hoc tit. lib. 6.* Sayr. *de cenſuris lib 6. cap. 11. n. 11.* Sanctarel. *var. reſolut. q. 41. num. 13. & quæſt. 79. num. 2.* vbi me citat *de officio Epiſcopi p. 3. alleg. 65. n. 30.* Nec item cum codẽ poſſe diſpenſare vt obtineat beneficium in Eccleſia patris ſui clerici viuentis reſoluunt Fr. Emman. *in ſum. tom. 1. cap. 20. n. 4.* Syluest. Armil. Veg. & alij citati à Sanctarel. *d. q. 41. n. 14.* Limita in filijs ex legitimo matrimonio natis, qui quidem non comprehenduntur ſub Conſt. Clem. VII. *36. in Bullario, de anno 1530.* in qua dicitur, filij ex fornicatione nati, nec in decreto Concil. Trid. *ſeſſ. 25. de reform. cap. 15.* vbi dicitur, qui non ex legitimo nati ſunt Matrimonio, aduertũt Sanctarel. *d. q 41. n. 15.* & Nicol. Garc. *de benefic. p. 7. c. 3. n. 18.*

CAP. QVONIAM. X. *n. 2. in fine,* Collatio enim de beneficio parentis facta filio illegitimo abſque diſpenſatione nulla fuit. Nau. *conſ. 1. q. 18. de conſtit.* Sanctarel. *d. q. 41. n. 15 poſt med.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 7. c. 3. n. 16.*

CAP. AD EXTIRPANDAS. XI. *n. 2. in princip.* ibi, *n. 31.* adde poſt multos à ſe relatos Sanctarel. *vari. reſolut. q. 79. n. 1.*

Digitized by Google

tex. tenetur, quod in illis rebus, quæ oculis intueri nõ poſſunt, nec aliquo ſenſu corporeo percipiuntur, poteſt teſtis deponi de credulitate ſine cauſa, vel ratione concludẽti, & illius teſtimonium eſt admittendum, ita in effectu *gloſ. verbo, etſi*; Innoc. *in princip.* apertius Abb. *n.* 1. & alij in præſenti, Bart. *in l. a. §. idem Labeo il 2. n. 5. ff. de aqua pluuia arc.* Felin. *in c. quoties n.* 10. *de teſtib.* Iaſ. *in l. vt vim n. 4. ff. de Iuſtit. & Iure, & in rub. ff. de iureiur. n. 7.* Alex. *conſ.* 109. *n. 7. lib.* 1. Hippol. *ſing. 19. & in l. vlt. C. de probat.* Sed obſtat, quod teſtes de credulitate non ſunt admittendi niſi in ſuo teſtimonio reddant cauſam, ſeu rationem eiuſdem teſtimonij concludentẽ, *cap. quoties 5. ibi, rei veritatem accepiſſe à maioribus ſuis, de teſtib.* cũ ibi citatis, à qua reg. nõ reperiũtur excepti teſtes deponẽtes repectu illorũ, quæ nec oculis videri, nec ſenſu corporeo percipi poſſunt; accedit quod rationes, propter quas nõ admittũtur teſtes ſimpliciter de credulitate, omnes verificantur in re ſenſu corporeo non perceptibili, ac ſubinde nil mirum ſi in illa debeat etiam verificari *d. cap. quoties*. Quapropter dicendum eſt tex. in præſenti eſſe intelligendum præcedente ratione concludente, quæ ſi præcedat, & aſſignetur, teſtis de credulitate poteſt teſtificari, prout præceſſit in hoc tex. ſuppoſita electione facta de ordinato ab examinatoribus, ad quam ſe retuliſſe videtur teſtis de quo hic, prout colligitur ex mente *gloſ. d. verbo etſi.* & Innoc. *in præſenti*. Vel rurſus poteſt intelligi, quod tex. iſte non agit de teſte abſolute, & voluntarie teſtificante; ſed de miniſtro, qui ex obligatione officij ſui tempore conſecrationis non ſimpliciter depoſuit ſecundum ſuam credulitatem, ſed ſecundum quid, hoc eſt quantum humana fragilitas noſſe ſinit; vnde illud teſtimonium credulitatis ſic ratione officij prolatum cenſetur reſolutum quoad effectũ, de quo agitur, in ſcientiam probatam, ex qua idoneitatis ſententia proferri potuit, & poteſt, quæ declaratio temperãda eſt non procedere quando teſtis contra producentem de credulitate deponit, tunc enim licet cauſam vel rationem concludentem non adhibeat, nihilominus tamen contra illum aliquam fidem facit, prout reſoluũt Felin. *n.* 12. Myſing. *n. 25. in d. c. quoties*, Iaſ. *n. 9. ad d. rub. ff. de iureiur.* Pariſ. *conſ. 50. n. 60. vol. 1.* Marant. *de ordine iudic. p. 6. cap. de teſtium repulſ. n.* 16. ſiquidem talis teſtis non ſolum quoad perſonam, verum etiam quoad illius dictum cenſetur à producente approbatus.

Ad Lib. I. Tit. XIV. de Aetate & qualit.

CAP. EX RATIONE. II. *poſt n.* 2. Ex hoc tex. iuncta *gloſ. verbo Eccleſias, & vlt.* col. colligitur poſſe Epiſcopum diſpenſare cũ pueris infra decennium vt Eccleſias, ſeu Prælaturas obtineant, contra ea, quæ reſoluunt Selu. *de benefic. p. 2. q. 3. n.* 32. Corraſ. *de Sacerd. p. 3. cap. 3. n. 2. Trot. de vero & perfecto Clerico lib. 2. c. 18. n.* 2. vnde multi huius tex. deciſionem ad ſummi Pont. diſpenſationem referunt, vt præſupponere videtur Nau. *in cap. ſi quando except. 19. n. 2. ſup. de reſcrip.* Sed aperte loquuntur contra litteram huius tex. qui plane agit de facto ſolius Epiſcopi, neque in eo verbum vllum de Papa reperitur. Quare Archid. quem refert, & ſequitur Franch. *in cap. 1. n. 4. hoc tit. lib. 6.* diſtinguit an diſpenſatio ab Epiſcopo concedatur ex cauſa neceſſitatis, vel vtilitatis Eccleſiæ, & licitã putat, & procedere tex. in præſenti cum ſimilibus. Aut vero diſpenſatio fit propter prærogatiuam meritorum, & intuitu perſonæ, cum qua diſpenſatur; idque recte Epiſcopis denegari videtur in caſu ſpeciali, de quo *in d. c. 1.* quem tex. expendunt ibi, libere diſpenſare, quaſi ſpecialitas in eo conſiſtat, vt libere & ſine vllã cauſa Epiſcopo eo caſu permittatur diſpenſandi poteſtas; ſed non conuenit verbis huius tex. dum factum Epiſcopi reprehẽdit, & deinde quia minime dici poteſt poſſe vnquam dari iuſtã cauſam vtilitatis, vel neceſſitatis Eccleſiæ, vt beneficium curatum conferatur pueris infra decennium, de quibus agit tex. in præſenti; & tamen quia verius eſt verba illa, libere diſpenſare, non excludere iuſtam cauſam, quæ ſemper neceſſaria eſt, vbi inferiori diſpenſatio permittitur ex doctrina *gloſ verbo pleriſque*, ante *fin. in c. requiritis 1. q. 7.* Emman. Sa *in aphoriſm. verbo diſpenſatio n.* 3. Aduerte igitur in hoc tex. non approbare Pontificem factum Epiſcopi, ſed potius reprehendere, patet ibi, Epiſcopum ſuper his corripias, & ibi, eidem Epiſcopo prohibeas ne de cetero Eccleſias niſi perſonis, quæ ætatem, & ſcientiam habeant. Quod ſi quærat aliquis quare Pontifex non iubeat pueros amouere, ſed remotis laicis iubeat committere adminiſtrationes Clericis idoneis donec pueri veniant ad ætatem legitimam. Reſpondebitur Iure Decretalium validas fuiſſe collationes, & prouiſiones beneficiorũ ante ætatem legitimam, nullitatiſque pœnam præſcriptam fuiſſe Iure nouo Sexti per *cap. licet canon de elect. lib. 6.* vt colligitur ex verbo, decernentes, & verbo, de cætero, iunctis reſolutis per gloſ. ibi, & quæ Doctores tradunt *in cap. vlt. de ſponſa duorum*, atque ita tex. in præſenti ſolum concludit valuiſſe collationem, non potuiſſe tamen Epiſcopũ licite facere & diſpenſare, confirmaturque ex vltimis verbis tex. immediate ſequentis ibi, quod inde feceritis irritabimus. A Papa igitur oportet hanc petere diſpenſationem notant præcitati; quibus adde Nau. *in man. cap. 25. n.* 116. explicat late Rebuff. *in praxi tit. de diſpenſat. ratione ætatis à princip.* Mandoſ. *ad reg. Cancel.* 118. An autem ſic diſpenſatus ratione ætatis habeat liberam adminiſtrationem rerum ad beneficium pertinentiũ per ſe, & ſine curatore, vide tex. *in cap. vlt. de Iudic. lib. 6.* vbi late Gom. *n. 9. & 26. Octau. de decretis lib. 3. tit. 8. n.* 28. Et an minor diſpenſatus ſuper ætate ad obtinendum canonicatum in Cathedrali poſſit eligi in Iudicem Synodalem? vide Ioan. Anton. Maſſobr. *de Synodo Epiſcopi cap. 4. dub.* 11. vbi reſoluit negatiue.

Ad Lib. I. Tit. XVI. de Filijs Presbiterorum ordinandis, vel non.

CAP. VT FILII. I. *poſt n.* 2. Vnde iam collige irregularitatem prouenientem ex defectu natalium non tolli per ſolam habitus religioſi ſuſceptionem, ſed neceſſariò requiri vt emittatur profeſ-

Digitized by Google

profeſsio, ita Feli. in cap. cum deputati n. 2. de iudic. Franch. in cap. 1. n. 11. hoc tit. lib. 6. S. Antonin. p. 3. tit. 1. cap. 27. §. 3. Sot. in 4. diſt. 25. q. 1. art. 3. col. 2. & ibi Riccard. art. 4. q. 3. Rebuff. in praxi benef. tit. de diſpenſ. ſuper defectu natal. n. 66. Philiarc. tom. 1. p. 1. lib. 4. cap. 8. Valent. tom. 4. diſp. 7. q. 19. puncto 3. §. 2. agens de ſecunda ſpecie irregularitatis in 1. defectu, Iacob. de Graff. in aureis deciſ. p. 1. lib. 4. cap. 27. n. 54. Nau. comm. 2. de Regularib. n. 60. & in manuali cap. 27. n. 211. Azor. inſtit. moral. p. 1. lib. 12. cap. 5. q. 12. Sayr. de cenſur. lib. 6. cap. 11. n. 3. nouiſſime Sanctarel. vari. reſolut. q. 39. n. 2. Quamuis Fr. Emman. quæſt. Regular. tom. 1. q. 13. art. 4. aſſerat huiuſmodi irregularitatem non ſolum tolli per profeſſionem, ſed etiam per receptionem habitus Religioſi, immo per educationem, quæ fit in Religione.

Deinde colliges profeſſionem emiſſam in Religione non ſolum tollere irregularitatem quoad Ordines ſuſcipiendos, ſed etiam quoad vſum Ordinum ſuſceptorum; quare ſi illegitimus abſque diſpenſatione ante ingreſſum Religionis ſuſcipiat Ordines ſacros, & poſtea ingrediatur Religionem, non ſolum poteſt promoueri ad alios Ordines, ſed etiam abſque alia diſpenſatione poterit miniſtrare in Ordine, quem ſuſcepit ante ingreſſum, ita Sanctar. d. q. 39. n. 8. Nec obſtat, quod diſpenſatio eſt ſtricte interpretanda, vt reſoluunt Iura, & Doct. per me citati de officio, & poteſt. Epiſcopi p. 2. alleg. 33. n. 7. & alleg. 45. n. 1. quia debent intelligi quando vni, vel alteri diſpenſatio conceditur, non vero quando in fauorem Religionis emanauit, quia tunc ample eſſe interpretandam docent Henriq. in ſumm. lib. 7. c. 22. §. 3. & cap. 24. n. 4. in fine, Oldrad. conſ. 300. n. 4. verſ. conſiderandum eſt, Sanch. de Matrim. lib. 8. diſp. 1. n. 13.

Ibid. n. 3. in fine. Soar. de cenſur. tom. 5. diſp. 50. ſect. 5. n. 15. Sayr. eod. tract. lib. 6. cap. 11 n. 3. Mandoſ. de ſignatura gratia tit. de diſpenſat. ſuper defectu natal. §. pen. nouiſſime Sanctarel. var. reſolut. q. 40. n. 1. vbi n. 2. cum Nau. conſ. 6. n. 2. ſub hoc tit. reſoluit profeſſum illegitimum fieri capacem beneficiorum manualium, quæ ad nutum Prælati reuocari poſſunt, dummodo talia beneficia non fuerint curata, nec Prælatura monaſterij.

Ibid. n. 7. ibi, tuentur, Mandoſ. d. tit. de diſpenſat. ſuper defectu natal. in fine. Viuald. in candelabro aureo p. 3. cap. 5. n. 10. Soar. d. ſect. 5. n. 15. Sanctarel. d. q. 40. n. 7.

Ibid. poſt n. 9. Quarto pariter non abs re dubitari poterit an Religioſus effectus per ſimplicia biennio nouitiatus anno tranſacto vota in Societate Ieſu emiſſa, ſi ab ea retrocedat, à votiſque abſoluatur, reincidat in priſtinam irregularitatem ex defectu natalium conſurgentem, quæ iam erat purgata per illa vota, iuxta ea, quæ reſoluunt Vaſq. 1. 2. diſp. 165. c. 9. Soar. tom. 5. diſp. 50. ſect. 5. n. 12. Sanctar. var q. 39. n. 6. & Sanch. in præcepta Decalog. tom. 2. lib. 5. cap. 5. n. 13. In hac quæſtione Soar. d. ſect. 5. n. 14. in fine, Sanch. d. cap. 5. n. 14. & Sanctar. d. q. 39. à n. 4. tenent talem retrocedentem, à votiſque abſolutum, ſi iã promotus ſit, poſſe Ordinibus ſuſceptis vti, & ſi non ſit promotus, promoueri poſſe, ex ea ratione quia tex. in præſenti, & ſimiles decernunt huiuſmodi irregularitatem deleri per Religionis ingreſſum, nec decidunt reincidi deſerta Religione. Nec obſtat quod ceſſante cauſa finali, ob quam conceſſa eſt diſpenſatio, ceſſat etiam diſpenſatio, ſi ea nondum fuerat ſuum effectum ſortita, vt probant Iura & DD. citati a Sanctar. d. q. 39. n. 5. & per me de officio Epiſcopi p. 2. alleg. 33. n. 6. Quia ℞. eam diſpenſationem conceſſam eſſe ipſi Religioſo in fauorem ſtatus, quem aſſumpſit, & in præmium actus Deo gratiſſimi, quo ille ſeculo renuntiauit, quæ non ceſſant, quamuis ille religioſus poſtea vel retrocedat à Religione, vel ab ea dimittatur, quia iam actus ſuum effectum ſortitus eſt.

CAP. PRÆSENTIVM. III. n. 2. in fine. quæ quidem opinio licet communis ſit & ſequenda in iudicando & conſulendo, tamen in puncto Iuris verior eſt contraria aſſerens patrem non poſſe obtinere beneficium, quod antea poſſidebat filius, quam defendit Hoſtienſ. in cap. ex tranſmiſſa §. ideoque, hoc tit. & illi adhærere videtur Archid. in cap. Apoſt. 8. quæſt. 1. & in puncto Iuris veriorem eſſe profitentur Gig. de penſ. quæſt. 86. n. 10. & Mand. de ſignat. grat. tit. de diſpenſ. ad benef. in Eccl. in qua pater, verſic. final. Pro qua ſententia in primis facit quia pater & filius ſunt correlatiua, & in correlatiuis idem ius ſtatuitur, vt in l. final. & ibi Bart. ff. quod metus cauſa, & in l. 1. C. de cupreſſis lib. 11. Rurſus facit, nam in beneficialibus eſt prohibita ſucceſſio, vt in d. cap. Apoſt. ſed ſicut filius patri ſuccedit, ſic & pater ſuccedit filio vt in l. nam etſi parentibus ff. de inofficioſo teſtam.

CAP. PROPOSVIT. VI. n. 2. in fine, ibi n. 101. Maiol. de irregular. lib. 1. cap. 9. n. 1. Cou. de ſponſal. p. 2 c. 8. §. 8. n. 5. & me citato in tract. de officio Epiſcopi docet nouiſſime Sanctarel. vari. reſolut. q. 38. n. 14.

CAP. EX TVA. IX. n. 3. in fine. Vnde Epiſcopum non poſſe diſpenſare cum illegitimo vt beneficium paternum immediate conſequatur docent gloſ. verbo, tale, in cap. 1. hoc tit. lib. 6. Sayr. de cenſuris lib 6. cap. 11. n. 11. Sanctarel. var. reſolut. q. 41. num. 13. & quæſt. 79. num. 2. vbi me citat de officio Epiſcopi p. 3. alleg. 65. n. 30. Nec item cum eodẽ poſſe diſpenſare vt obtineat beneficium in Eccleſia patris ſui clerici viuentis reſoluunt Fr. Emman. in ſum. tom. 1. cap. 20. n. 4. Sylueſt. Armil. Veg. & alij citati à Sanctarel. d. q. 41. n. 14. Limita in filijs ex legitimo matrimonio natis, qui quidem non comprehenduntur ſub Conſt. Clem. VII. 36. in Bullario, de anno 1530. in qua dicitur, filij ex fornicatione nati, nec in decreto Concil. Trid. ſeſſ. 25. de reform. cap. 15. vbi dicitur, qui non ex legitimo nati ſunt Matrimonio, aduertũt Sanctarel. d. q 41. n. 15. & Nicol. Garc. de benefic. p. 7. c. 3. n. 18.

CAP. QVONIAM. X. n. 2. in fine, Collatio enim de beneficio parentis facta filio illegitimo abſque diſpenſatione nulla fuit. Nau. conſ. 1. q. 18. de conſtit. Sanctarel. d. q. 41. n. 15 poſt med. Nicol. Garc. de benefic. p. 7. c. 3. n. 16.

CAP. AD EXTIRPANDAS. XI. n. 2. in princip. ibi, n. 31. adde poſt multos à ſe relatos Sanctarel. vari. reſolut. q. 79. n. 1.

B CAP.

Digitized by Google

CAP. AD HÆC. XII. *n.2. in fine.* Et notatur ad hoc, quod filius Epiſcopi alioquin legitimus poteſt habere beneficium in aliqua priuata Eccleſia ſibi ſubiecta, vt per Filliuc. *tom.3. tract.41. c.4. n.9.*

Ibid. *n.3. in fine.* & ita concordari poſſunt *cap. ad extirpandas, ſup. hoc tit.* cum tex. in præſenti, vt ſcilicet hic loquatur de filijs legitimis volentibus præfici in eiſdem Eccleſijs, in quibus parentes obtinent, vel obtinuerunt beneficia, quod tex. iſte fieri poſſe concedit. Ille verò *in d. cap. ad extirpandas.* loquitur de filijs pariter legitimis in eiſdē beneficijs parentū ſuccedere volentibus, quod omnino prohibet, ne detur ſucceſsio iure hæreditario in beneficialibus contra *tex. in cap. 1. de præbend.* atque ita concordantur hæc Iura, vt eſt de mente *gloſ. fin. in præſenti,* quam ſequuntur Ioan. Andr. & communis hic, Felin. in *cap. in noſtra, de reſcript. col.3.* Selu. *de benefic. p.3. q.12. n.* 10. Et ſic datur triplex ſingularis differentia inter filium legitimum, & illegitimum circa hanc materiam. Prima, quia vno & eodem tempore poſſunt pater, & filius legitimus beneficia in eadem Eccleſia obtinere, vt probat tex. in præſenti, illegitimus autem non poteſt eodem tempore cum patre ſuo beneficia obtinere in eadem Eccleſia, *cap. litteras, hoc tit.* Conc. Trid. *ſeſſ.25. de reform. cap.15.* Secunda differentia eſt, quod licet filius legitimus poſſit obtinere beneficium diſsimile à paterno in Eccleſia, in qua pater fuerat inſtitutus, illegitimus verò nullum poteſt obtinere, etiam diſſimile, vt definit Conc. Trid. *cit. loco.* Tertia differentia eſt filium legitimum in beneficio paterno etiam inſtitui poſſe, dummodo non ſuccedat immediate, ſecus verò eſt in filio illegitimo, qui nec immediate, nec mediate ſuccedit in beneficio paterno, vt diſponitur in Extr. Clementis VII. quam refert Gigas *de penſionib. quaſt. 86. in princ.* Nau. *in cap. ſi quando, de reſcript. except.21.* Mandoſ. *de ſignatura gratiæ tit. de diſpenſat. ad beneficia in Eccleſia in qua pater.*

CAP. LITTERAS. XIV. *n.4. in fine.* me citato nouiſsime Sanctarel. *var. reſolut. q.37. n.17.* Sayr. *de cenſuris lib.6. c.11. n.25.* Sicut etiam diſpenſatus ad conſequendum beneficium non poteſt vi talis diſpenſationis conſequi, niſi vnum tantum beneficium, vt per Rebuff. *in praxi tit. de diſpenſat. ſuper defectu natal. n.83.* Nau. *conſ.9. de præbend.* Tiraq. *in l. boues §. hoc ſermone. à n.29. ff. de verbor. ſignif.* ſequitur Sanctarel. *d. q.38. n.19.* contra Ioann. Andr. Syluest. Gamb. Henriq. & alios per eum citatos. Vide addita ad *c. de multa, in fin. de præbend.*

Ad Lib. I. Tit. XX. De corpore vitiatis ordinandis, vel non.

CAP. SIGNIFICAVIT. IV. *poſt n.2.* In tex. ibi [*auctoritate noſtra fretus, & tua.*] Ergo iuriſdictiones, Ordinaria & delegata, non ſunt incompatibiles, ſed in vna, eademq. perſona concurrere poſſunt, vt contra Butr. *in cap. cum ex officij ſub n.8. verſ. non puto, de præſcript.* tenent Innoc. *ibid. ſub n.2. in verbo, auctoritate,* Abb. *à n.18. verſ. ex hac enim littera, vſque ad n.26.* Anch. *n.* 10. Imol. *n.11.* Felin. *ſub n. 21. verſ. nihilominus omiſſis iſtis,* Pariſ. *n.23.* Curt. Iun. *in l. etſi prætor, n.6. ff. de officio eius, cui mandata eſt iuriſd.* Albert. Brun. *in tract. de augmēto in 4. concl. n.14.* Nec propterea cogi poteſt Epiſcopus ad declarandum qua poteſtate velit procedere, Innoc. *in d. cap. cum ex officij, n.3.* Anch. *n.* 12. Felin. *n.23. ad finem, verſ. & dum dicitur,* Abb. *ſub num.18. verſ. & ex hoc,* notat etiam Pariſ. *n.27.* Nec in contrarium facit ſi quis dicat ſuppoſita iuriſdictione Ordinaria fruſtratoriam videri delegatam, quia nihilominus maximi adhuc momenti eſt non ſolum vt geminata virtute ex duabus vna mixta conficiatur, vt prædicti Doctores loquuntur, ſed etiam vt in articulo exequutionis delegata magis promoueat Ordinariam, atque in caſu permiſſæ appellationis ea emittatur ad ipſam Sedem, prout ita in ſpecie ibidem conſiderant Abb. *n.19 & 25.* Imol. *n.11.* & Pariſ. *n.23.* Addo & aliud, vt remoueatur inde omnis ſcrupulus, ſi incideret dubitatio, an ex aliquo non præuiſo, vel non bene explicato poſſet ſuper Ordinaria iuriſdictione dubitari, vt videtur cōſideraſſe Rot. apud Put. *decis. 212. n.5. lib.3.*

Ad Lib. I. Tit. XXIII. De Officio Archidiaconi.

CAP. ARCHIDIACONIS. V. *n.2. in fine.* Pro quorum ſententia facit *tex. in cap. dudum.54. verſ. tandem, de elect.* vbi de conſuetudine tantum permittitur Archidiacono ſuſpendere, excommunicare, & interdicere, quaſi id non poſſit Iure communi attento. Verum Archidiaconos Iure communi attento eccleſiaſticas cenſuras ferre poſſe bene probat *tex. in cap. Romana, in princ. de ſent. excomm. lib.6.* notant Iacob. de Graſſijs *in aureis decis. p.1. lib.4. cap.4. n.8.* Duaren. *de ſacris Eccleſiæ miniſt. lib.1. cap.12. in fine.* Petr. Gregor. *ſyntag. Iuris lib.15. c.20 n.6.* licet Læli. Zechi. *de Repub. eccleſiaſt. cap.24. n.13.* diſtinguat inter Archidiaconos electos à Capitulo, in quibus prædictam doctrinam agnoſcit, & electos ab Epiſcopo, in quibus contrarium reſoluit.

Ad tex. verò in præſenti reſpondent nonnulli ſolum negare id poſſe Archidiaconos ex primæua eorum inſtitutione, vt colligunt ex illis verbis, de eccleſiaſtica inſtitutione, tunc enim eorum officium ad fori exterioris iuriſdictionem ſe non extendebat, ſed ad aliqua miniſteria, quæ commemorat Duaren. *d. cap.12.* Poſtea verò aliquam iuriſdictionem eis datam fuiſſe patet ex *cap. 1. de eo, qui furtiue,* & Iuribus in hoc tit. citatis, notat Soar. *tom. 5. de cenſur. diſp. 2. ſect.2. n. 9.* Ad tex. verò in *d. cap. dudum.* reſponderi poteſt, quod Papa ad conuincendum electum habentem plura beneficia curata, qui ſe ignorantia excuſare nitebatur, expendit conſuetudinem receptam, & notoriam, cuius ſubinde nulla potuit iuſta ignorantia prætendi.

Ego tamen ſi libere quod ſentio, proferre licet, verius exiſtimo Archidiaconos, Archipresbyteros, & ſimiles cenſuras ferre non potuiſſe Iure communi, niſi hoc Epiſcopus conceſſerit, vt plane ſignificat tex. in præſenti, ibi, ex eccleſiaſtica inſtitutio-

ne,

Digitized by Google

ne,&c. niſi auctoritas Epiſcoporum acceſſerit, quaſi ſint duo termini inter ſe oppoſiti, vnus ex inſtitutione propria Archidiaconorum, alter ex ſpeciali Epiſcoporum conceſſione, vt in priori non poſſit Archidiaconus cenſuras ferre, in poſteriori vero ſic, & iuxta hunc caſum data ſcilicet Epiſcoporum conceſſione rectè procedit tex. in *d. cap. 1. de eo, qui furtiue*; tex. autem *in d. cap. dudum*, hoc ipſum ſignificat, dum ſpecialem conſuetudinem requirit, & poſitis eiſdem terminis, legitima ſcilicet conceſſione Epiſcopi, vel legitima conſuetudine, rectè procedit tex. *in d. cap. Romana*.

Non obſtat, quòd Archidiaconus & ſimiles habẽt iuriſdictionem fori contentioſi, vt iurgia audire, hoc eſt lites diffinire valeant, *c. 1. c. ad hæc, hoc tit.* Quia reſpondetur eos non Iure proprio hanc habere iuriſdictionem, ſed tanquam Vicarios ex commiſſione, & nomine Epiſcoporum *d. cap. 1.* ibi, vice ſui Epiſcopi, *cap. perlectis*, ibi, ſucceſſione Epiſcopi. *diſt. 25.* quam commiſſionem, ſeu iuſſionem ad effectum decidendi ſpecialem eſſe oportere, neque ſufficere generalem, quam habent à Iure communi, & ex inſtitutione ſua, explicat Turrecr. *in d. cap. perlectis. §. hi ſunt, n. 5.*

Quare ſecundò formalius reſpondetur Archidiaconis ſolũ concedi audire iurgia in dictis Iuribus, ac perconſequens eiſdem negare poteſtatem decidendi iuxta tex. in *c. ſuper quæſtionũ. §. porrò.* iuncta gloſ. *verbo, auditor, de offic. delegati.* vnde deciſionem ad Epiſcopum referendã notat Hoſtienſ. & in ſimili de Archipresbytero agens probat tex. *in cap. vlt.* ibi, Epiſcopo ſuo renuncient, & ibi referant ad Epiſcopum, *de offic. Archip.* & quando negotium fuerit arduum fatentur omnes per tex. ibi *in dicto c. ad hæc, verſic. itẽ*, explicat Turrecr. *dicto n. 5.* ac proinde cũ excommunicatio ſit maior pœna, quam ſit in Eccleſia, *ex cap. cum non ab homine, de iudicijs*, & reliquæ cenſuræ nonniſi pro contumacia ferri poſſint, meritò ſequitur Archidiaconos, & Archipresbyteros ſine ſpeciali Epiſcoporum cõmiſſione eas ferre nõ poſſe, quæ omnia facilius procedunt ſecundum hodiernam conſuetudinem, qua attenta Archidiaconi in tota Hiſpania non habent poteſtatem illam, quæ Iure communi eis concedebatur, indeq. decretum Conc. Trid. *ſeſſ. 24. de reform. cap. 12.* dum requirit Doctoratum, vel Licentiaturam in Theologia, vel Iure Canonico ad Archidiaconatum obtinendum, non procedere in Archidiaconis hodiernis dicunt deciſum Campan. *in diuerſ. Iuris Canon. rub. 7. c. 6. n.* 41. Ricci. *in praxi reſol. 497. n. 3.*

Ad Lib. I. Tit. XXV. De Officio Primicerij.

CAP. VT PRIMICERIVS. VNIC. *n. 2, in fine.* Filliuc. *tom. 3. tract. 41. c. 1. n. 25.*

Ibid. *n. 3. in fine.* Filliuc. *d. tract. 41. c. 1. n. 29.* De Iure tamen Decanus nullam habet iuriſdictionem, cum careat iure Prælaturæ in Capitulo, cuius ipſe eſt pars, Abb. *in cap. poſt electionem. ſub nu. 9. circa fin. verſ. item puto, de conceſſ. præb.* dum verò locum Archipresbyteri in Eccleſia obtinet tanquam ſubrogatus, eadem poteſt, quæ Archipresbyter, & hac ratione dicitur dignitas, Rot. *deciſ. 17. ſub n. 1. verſ. ſed caue, de conceſſione præb.* Petr. Greg. *lib. 15. cap. 21. n. 12. & de beneſic. cap. 10. n. 24. & in partit. canon. lib. 2. tit. 9. cap. 5. n. 4.* Sicque eſt intelligenda Putei *deciſio 209. n. 2. lib. 3.* quatenus vult Decanum reſpectu Capituli non regulari perſonam priuatam, ſed habere Prælaturam cum iuriſdictione in Capitulo, cui præeſt.

Ibid. *poſt n. 4.* In Rota pluries reſolutum fuit Præpoſiturã de Iure non eſſe dignitatem, niſi ſit prima in Cathedrali, vel Collegiata, vel Conuentuali, habeatue ſub ſe clerum, & capellas, vt *in Aquen. monaſterij 31. Maij 1598.* coram Cardin. Lancellotto, & *in Dertuſen. Prioratus 5. Martij 1614.* coram Reuerendiſſ. D. Decano, & *in Vincentin. parochialis 20. Febr.* 1617. coram Vbaldo, refert nouiſſime Io. Ant. Maſſobr. *in ſua praxi habendi concurſum præl. 15. dub. 1. ſecundum Roman. impreſs.*

Ibid. *n. 5. in fine.* Filliuc. *d. cap. 1. num. 25. verſ. tertia.*

Ibid. *n. 7. in fine.* Filliuc. *d. cap 1. n. 24.* Ioan. Ant. Maſſob. *in d. praxi prælud. 16. ſecundum Romanam impreſs.*

Ibid. *n. 8. in fine.* Filliuc. *d cap. 1. n. 21.*

Ad Lib. I. Tit. XXIX. De Officio, & poteſtate Iudicis delegati.

CAP. QVIA QVÆSITVM. I. *poſt n. 4.* Ac ita ex generalitate huius tex. in dictis verbis, ibi, diſtrictione eccleſiaſtica, &c. colligitur poſſe Iudices delegatos per Eccleſiaſticas cenſuras impedientes coercere, quoties ſecundum perſonarum & negotij qualitatem viderint expedire, probatur, cui conceditur iuriſdictio, conceditur poteſtas etiã coercendi impedientes, vt habetur in hoc tex. *& in cap. ex litteris. inf. hoc tit. & in l. 1. ff. ſi quis ius dicenti non obtemper.* iuncta generali regula *l. 2. ff. de iuriſd. omnium Iud. & cap. præterea, inf. hoc tit.* cum ſimilibus, at qui magis accommodatus modus coercendi excommunicatos eſt per cenſuras eccleſiaſticas, ergo omnes Iudices eccleſiaſtici illis vti poſſe contra impedientes ſuam iuriſdictionem dicendum eſt, quod in delegatis pro regula ponit Pontifex in hoc tex. & *in cap. ſane. 2. & in cap. ſignificaſti, in fine, hoc tit & in cap. tam litteris, 33. ibi,* excommunicantes ſolemniter, *de teſtib.* notat *gloſ. in verbo, puniat, in cap. paſtoralis, §. vlt. hoc tit.* confirmat *Concil. Trid. ſeſſ. 25. de Regular. c. 5. in fine*, & eſt recepta ſententia, de qua minimè oportet diſputare, ſecundum Cou. *in cap. alma. p. 1. §. 11. n. 1. & p. 2. §. 2. n. 7.* Menoch. *de arbitr. caſu 438.* Cabed. *diuerſ. Iuris arg. lib. 1. c. 5. n. 9.* amplianteſ hanc doctrinam procedere, quamuis in reſcripto delegationis nulla fiat mencio cenſurarum, vt ſatis deducitur ex hoc tex. vbi obſeruant Felin. & Dec. *n. 5.* Abb. *in cap. quærenti, n. 4. de verbor. ſignificat.* Beroi. *in d. cap. ſignificaſti, n. 25. Nau. in cap. cum contingat, remed. 2. poſt princip.* Neque obſtat ſi dicas retenta hac doctrina otioſam eſſe clauſulam illam, quæ in reſcriptis frequenter apponitur, vt *in cap. illorum, de præbend.* & ſæpe alibi, contradictores ſcilicet ec-

cleſiaſtica cenſura compeſcendo, contra reg. tex. *in cap. in his, de priuileg. & in l. ſi quando. ff. de legatis* 1. cum vulgaribus. Reſpondebitur enim varios effectus conſiderari poſſe, propter quos clauſula illa maximè vtilis eſt. Primò, quia cum illa ſolet apponi alia clauſula appellatione remota, vt *in cap. vt officium. verſ. compeſcendi, de haret. in* 6. Concil. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 5. in princip.* qui effectus maximus eſt ad tollendam appellationem, quæ illis clauſulis ceſſantibus eſſet admittenda, iuxta ea, quæ notantur *in cap. paſtoralis, in princ. de appellat.* Secundo, quia reperitur eadem clauſula in reſcriptis, in quibus meri facti executio demandatur, in quibus terminis ſi clauſula illa non apponatur, non poteſt executor impedientes coercere cenſuris, quæ iuriſdictionem requirunt ex infra dicendis, & bene notauit Hoſtien. *in cap. ex litteris, infra hoc tit.* contra gloſſam *verbo, commiſſum, in cap. vlt. §. vlt. de officio delegati*, quam ibi ſequitur Sicul. *n.* 14. Tandem maximè vtilis eſt clauſula illa ad coercendos illos, qui poſt factam executionem prouiſum de beneficio, vel aliquem ex litigantibus moleſtant, quod non poſſent ex vi ſuæ cognitionis ea clauſula non adiecta, vt notant Abb. *in d. cap. pro illorum. n. 9. &* Staphil. *de vi & effectu clauſularum. §. ſequitur modo. n. 2. & 4.* Rebuff. *in praxi tit. declaratio noua prouiſionis, verbo, & deſendant, verſ. & olim. & verbo, & contradictores, verſic. & ſic.*

Ex quibus iam colligitur poſſe delegatos coercere impedientes ſuam iuriſdictionem non ſolum per alias cenſuras, ſed etiam per excommunicationem maiorem, vt clare deprehenditur ex generalitate huius tex. ibi, deſtrictione eccleſiaſtica, & expreſſe ex dicto *cap. tam litteris*, ibi, excommunicantes, notant omnes præcitati, præcipue Couar. & Menoch. dictis locis. Neque obſtat, quod excommunicatio ſit meri imperij, vt docet Innoc. *in cap. tranſmiſſam, in fine, de elect.* receptus ex Nau. *in cap. cum contingat ſecunda cauſa nullitatis, n. 25. &* Vgolin. *de cenſuris tab. 1. cap. 4. §. 4. n. 2.* quia ſcilicet mortem inducit *cap. per venerabilem, ad finem, ibi, mori pracipitur, qui filij ſint legitimi*, & relegationi æquiparatur *gloſ. vlt. poſt princ. in cap. paſtoralis §. verum de appellat.* ſeu magis deportationi *gloſ. 1. in §. minor, Inſtitut. de capitis diminut.* communis ſecundum Menoch. *de arbitrarijs caſu* 438. *n.* 32. Duen. *reg.* 272. Cald. Pereira *de renouat. emphyteuſis. quaeſt. 5. n.* 49. Vgolin. *tab. 2. cap. 25. n.* 2. Conſtat autē mandata ſimpliciter iuriſdictione non tranſire ea, quæ ſunt meri imperij, ſed ſolùm concedi modicam coerctionem *l. vlt. ff. de officio eius.* Ceual. *communium contra communes quaeſt. 632. n. 6.* ſubindeque eum, cui mandatur iuriſdicto, non poſſe deportare, relegare, aqua & igne interdicere notant Felin. in d. *cap. 1. n. 16. verſic. 5.* Menoc. vbi *proxime n. 48.*

Reſpondent Doctores communiter doctrinam Innocentij, quæ habet excommunicationē maiorem eſſe meri imperij, procedere quando excōmunicatio fertur ex cauſa publica, non ità ſi feratur ad partis inſtantiam, ita Abb. *in cap. quod ſedem in ſi. de officio Ordin. & in cap. cum contingat. n. 27. de foro comp.* Iaſ. *in l. imperium n. 74. verſic. quartum ff. de iuriſd. omnium Iud.* Sed hæc diſtinctio nullo bono nititur fundamento, nec enim congrua datur inter vtrumque caſum differentiæ ratio, immò conſtat æque grauem eſſe, & æquè graues effectus producere excommunicationem, quæ ad partis inſtantiam, atque eam, quæ ex cauſa publica profertur.

Quarè longe verius eſt excōmunicationem nunquā ad merum imperiū, ſed ad mixtum pertinere, vt poſt Gaſp. Valaſc. *in d. l. Imperium* reſoluunt Nau. & Menoch. *n. 36. dictis locis.* Æquiparatio verò deportationis, vel relegationis licèt in aliquibus procedat propter aliquas ſimilitudines, quæ inter illas & excommunicationem reperiuntur, in multis tamen alijs maximè differunt, tum & maximè in hoc quod excommunicatio non durat niſi durante contumacia excommunicati, atque ita quatenus ipſe vult, ſi verò reſipiſcat, ſtatim abſoluitur, quod longe aliter contingit in deportatione, & relegatione, non enim ceſſant per pœnitentiam, notāt Menoch. *d. caſu 438. n. 33.* & melius Vgolin. *dicto §. 2.* inde concludens de ijs ad illam tamquam à diuerſis non recte procedere argumentum iuxta regulam *l. Papinianus exuli ff. de minoribus.*

Non obſtat etiam tex. *in cap. quiſquis. 2. quaeſt. 6.* omiſſis enim varijs intellectibus, de quibus gloſ. & Præpoſ. ibi, dum alij intelligunt textum agere de arbitris, alij de delegatis, qui verebantur potentiam & inobedientiam, alij de delegatis inferiorum: verior videtur intellectus, quem ſentit Præpoſ. ibi, quod agit tex. de ſpeciali quadam prohibitione per quam Patriarcha, vel Summus Pōtifex omnibus Epiſcopis ſibi ſubiectis præcipit vt excōmunicationem latam à delegato obſeruēt, & excommunicatis ab illo non communicent, donec obtemperauerint, quem intellectum ſatis oſtendunt verba ipſius tex. ibi, det litteras, vt nullus ei communicet.

Illud tamen aduertendum eſt non ſemper Iudices prædictos debere coercere impedientes per excommunicationem, ſed vel per alias cenſuras, vel per mulctas pecuniarias, vel aliàs, prout ſecundum negotij, & perſonarum qualitatem magis viderit expedire, quod ſatis ſignificat tex. in præſenti, ibi, poteris, probat tex. optimus *in cap. ſanè, verſic. ita quod, infra hoc tit.* & explicat melius Pontif. *in cap. 2. hoc tit. lib. 6.* vbi propter reuerentiam Epiſcopali dignitati debitā decidit Epiſcopos excommunicari non debere, niſi prius præmittatur interdictū ab ingreſſu Eccleſiæ, & deinde ſuſpēſio ab officio, explicat poſt Staph. Lancell. *de attent. part. 2. cap.* 10. *in præfat. à n.* 189. commendat Tiraq. *de nobil. cap. 2. à n.* 131. non ſeruato tamen eo ordine valebit excommunicatio, gloſ. *vlt, in dicto cap.* 2. quam ſequuntur Domin. Franch. & alij communiter ibi, quia eſt ordo accidentalis, cuius defectus ſententiam non annullat, ex doctrina *gloſ. 2. in cap. ſacro, de ſententia excommunicat.*

CAP. EX PARTE. XII. In *verſ. Mandamus*, &c. Collige ex tex. mādato generali ad primum Archidiaconatum non derogari per ſecundum mandatum ſpeciale ad certum Archidiaconatum in eadem Eccleſia. Obſtat tamen quod litteræ ſpeciales poſteriores prioribus generalibus derogare ſolent iuxta tex. in *c. quamuis il 2. de prabend. lib. 6. & in cap. 1. in fin. de reſcript.* Sed omiſſo intellectu

Baldi

Baldi & Beroi.*n.67.*ac Mantu.15.*in præſenti*,& aliorum, quos reprobat Valaſc.*conſ.72.n.14.* ſatisfit ex doctrina *gloſ.magnæ hic ad fin.verſ.itē illa, & gl.in reg. generi de regul. Iuris lib. 6. & gloſ. 1. in cap. quamuis 38. de præbend.lib. 6.* & Valaſc. *vbi prox.* ſi dicas in hoc tex. non dari gratiam generalem & ſpecialem quinimo vtráque ſpecialem, etenim prior ad Archidiaconatum, quem primò vacare contingeret, ſpecialis erat, quippequæ habitu & actu ad vnum tantum dirigebatur, nec poterat verificari in pluribus inſimul, quos nullatenus comprehendebat, & conſequenter ceſſat reg.*cap.1. de reſcript.* cum ſimilibus, & gratiæ huiuſmodi ſic ſpeciali per aliam ſpecialem poſteriorem, quæ illius mentionem non faciebat, derogari non potuit, & poſterior non valer iuxta reg.*cap.cæterum, de reſcript.* cum vulgaribus, qui intellectus confirmatur aperte ex verbis huius tex. & maxime ex *l ſi domino 102.ff.de leg.1. & l. ſi heros 11.ff.de optione legata*, in quibus ſimiliter non proponitur legatum generale & ſpeciale, ſed vtrunque ſpeciale, ad vnum tantummodo ſeruum, & non ad plures, prout intelligunt Doctores communiter ſecundum Bart.*in d.l.ſi domino*, iuuat *l.3. in fine ff. qui & à quibus*, & tex.opt.*in l.cum incertus 13.ff.de legat. 1. ibi*, perinde eum liberatum acſi Stycus legatus eſſet.

Adhuc obſtat quod prior gratia in hoc tex. non referebatur ad certum aliquem Archidiaconatum, & potuit verificari in quouis ex multis, vel etiam ex omnibus Archidiaconatibus illius Eccleſiæ, ſicut & legatum optandi vnum ex ſeruis teſtatoris in *d.l. ſi domino, & d.l.ſi heros*, non dirigebatur ad certum aliquem, & poterat verificari in quocunque ex omnibus ſeruis teſtatoris, ac ſubinde generale videtur, vt ſatis probat tex.*in cap. Abbatem 40.* ibi, per litteras generales, vbi *gloſ.1.& 2.de reſcript.l. legato generaliter 37.ff.de legat.1.l.ſtipulationum 74. cum l. ſeq.* ibi, generaliter, *ff.de verb.oblig.* At vero gratia poſterior ad Archidiaconatum certum, quem auunculus obtinebat, ſicut & legatum certi ſerui in dictis legibus, erat ſpeciale, vtpote ad certum quoddam indiuiduum in quo tantummodo verificabatur, vnde locum debuit habere reg. *d. cap. 1. de reſcript.* Accedit quia ſaltem negandū non videtur priorem gratiam in hoc tex. ſicut & legatum optandi vnum ex ſeruis in dictis legibus, eſſe minus ſpecialia, quàm ſie poſterior gratia ad certum Archidiaconatum, vel legatum certi ſerui, quippequæ priora non referantur ad certum indiuiduum, conſtat autem regulam *d. cap. 1.* & ſimilium non tantum procedere vbi opponuntur genus, & ſpecies, diſpoſitio generalis & ſpecialis propria, verum etiam vbi ſpecies latior, & alia ſtrictior diſpoſitio minus, & alia magis ſpecialis, & denique vbi ſpecies plura indiuidua comprehendens, & certum aliquod indiuiduum opponuntur ex Bald.*in l.hac conſultiſſima col.1.C.de teſtam.* obſeruant Nau. *in cap. conſideret in princ. n.76. de Pœnit.diſt.5.* Iaſ. *conſ.12. lib.3.* Vnde à prædicto intellectu, & ſententia communi recedunt Dec. *in d.cap.1.n.4.* & Bero. *n. 67.* idem Dec. *in cap.paſtoralis 24.§.quoniam n.2.de reſcript.* Staphil. *de litteris gratia tit. de varijs modis vacationum, in princ. à n. 22.*

Sed retento intellectu ſupra præſtito non obſtant hæ difficultates, quā ex mente Abb. *in d.§. quoniam n.1.* poſt Bart.& ex mēte aliorū dicendū eſt, quod licet prius mandatū in hoc tex. & legatū optandi vnū ex ſeruis in dictis legibus à principio indeterminatum ſit, & minus certum, quàm poſterius, quod ad indiuiduum dirigitur, & terminatur: nihilominus tamen in ſubſtantia, & effectu neutrum eſt magis, vel minus ſpeciale, quia vtrumque tantummodo verificari poteſt in vna ſpecie, ſeu indiuiduo, & licet in priori quilibet ex Archidiaconatibus illius Eccleſiæ debeatur ſub conditione ſi primò vacauerit, & quilibet ex ſeruis teſtatoris relinquatur ſub conditione, ſi legatarius eundem elegerit, vt *in d. l. 3.* nihilominus tamen ille, qui primò vacauerit, vel ſeruus, qui à legatario electus eſt, neceſſariò, & in indiuiduo debetur perinde acſi is à principio promiſſus, vel legatus fuiſſet, *d.l.cum incertus*: nec refragantur verba *d.cap.Abbatem*, quia reſpondetur in propoſito *d. cap.1. de reſcript.* per mandatum generale intelligi tantummodo illud, quod inſimul comprehendit plura, in quibus ſimul, vel ſaltem ſucceſſiuè poteſt verificari, & per ſpeciale intelligitur id, quod minus includit, vel pauciora, quæ poſſunt excipi à mandato generali eodem in reliquis manente. At in *d. cap.Abbatem* non dicuntur generales in hoc ſenſu, quaſi plura ſic comprehendant, ſed in alio longe diuerſo, ſcilicet quia à principio ſunt incertæ, nec conſtat certum aliquod indiuiduum ad quod determinate dirigantur iuxta *d.l.ſtipulationum, cum ſeq.* Vnde plura non inſimul, aut ſucceſſiue, ſed indeterminate, & quaſi alternatiue, & ſub disiunctione, ſcilicet hoc, vel illud, aut illud, ac ſubinde vnum poſtea ſignificandum comprehendunt, & ita procedit *d.l.legato.* cum alijs. Sic planè ceſſat & alia difficultas, negamus enim in hoc tex. poſterius mandatum ad certum auunculi Archidiaconâtum, ſicut & legatum certi ſerui in dictis legibus eſſe magis ſpeciale, quamuis fateamur eſſe magis certum, & determinatum, ſed maior, vel minor certitudo non prodeſt ad effectum *d.cap.1.& d.reg.generi*, in qua ſolum attenditur an diſpoſitio generalis & ſpecialis ſit magis, vel minus, plura, vel pauciora comprehendat.

CAP. SVPER EO. XV. *n.3.* ibi, *pag. 42.* adde Rimin. Iun. *conſ.6.n.68. vol. 1.* Hinc eſt, quod reſcripta Principis interpretantur, vt nemini iniuriam faciant, etiam cum impropriatione verborum Dec.*conſ.11.n.4.* quia præſumitur, quod eius intentio ſit, vt ſemper ius alterius ſit ſaluum, idem Dec. *conſ.271.& conſ.544.& conſ.606.n. 17.* Curt. Iun. *conſ. 88. n. 8. & conſ.172.n.3.* Hippol.*ſing.440.* Alciat.*de præſumpt.reg. 3. præſ.11.* Vnde potius præſumitur circumuentus Princeps, quàm quod velit alteri præiudicare à Ponte *conſ.59.n.35.* In tantum quod etiam reſcripta Motu proprio conceſſa nihil operantur in præiudicium tertij, quia non ſunt de mente Principis reſcribentis. Iaſ. *conſ.10.n.30.vol. 2.* Pariſ.*conſ.1.n.84.& conſ.11.n.12.vol.1.* Gozadin. *conſ.9. n.24.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. q.9.n.11.& conſ.294.n.20.* Burſat.*conſ.32.n.51.vol.1.*

Ibid. *n. 9. in fine*. In dubio enim diſpenſatio eſt ſtrictè interpretanda, vt per plura iura reſoluunt

Hoied. *de incompat. benefic. p.2. cap. vlt. n.67. & 68.* Sayr. *de cenſur. lib.6. c.11. n.16.* Carol. Tap. *ad rub. ff. de conſtit. Princip. cap.5. à n.* 1. Soar. *de legib. lib. 6. c.11. n.10.* Mar. Antonin. *var. reſol. lib. 1. reſol.19. n.14. & lib.3. reſol.2. n.18. & 21.* Sanch. *de matrim. lib.8. diſp.1. n.3.* Monet. *de diſtribut. quotid. p.2. q. 14. n.5.* Campan. *in diuerſorio Iuris Canon. rub. 11. cap.13. n.90.* Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom.2. q.30. art.11. concl.2.* Nicol. Garc. *de benefic. p.1. cap. 6. n.58.* Ego ipſe *de officio & poteſt. Epiſc. p.2. alleg. 33. n.7. & alleg.45. n.1.* & me citato nouiſſime Sancarel. *var. reſol. q.39. n.9.*

CAP. PRVDENTIAM. XXI. *n.8. in fine.* Firmius enim eſt iudicium, quod plurimorum ſententia confirmatur, Honded. *conſ.23. n.47. lib.1.* Mantic. *deciſ.344. n.2.* Hincq. magis defertur ſententię vnius Collegij, quàm ſingulorum Doctorum, Neniz. *in ſylua nupt. lib.5. n.35.* Aym. *conſ.132. n.16.* & de Rota Bononiæ tradit Menoch. *conſ.320. n.45.* etiamſi eſſet communis opinio, Ceuall. *in præfat. ad communes opinion. n.26.* Quamuis enim contingere poſſit, vt à plurimorum ſententia quis diuerſus abeat probabilioribus, & melioribus rationibus motus, tuncq. æquiſsimum erit cum illius iudicio tranſire *cap.1. de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli, cap. Nicæna 31. diſt. l.1. §. ſed neque. C. de veteri Iure enucl.* nã aliquando paruulis reuelat Deus, quæ abſcondit ſapientibus, *cap. eſto ſubiectus. 95. diſt.* prout tradit Iacobat. *de Cõcil. lib.6. art.2. n.97. verſ. reſtat reſpondere ad contraria*; id tamen intelligi debet, ſi appareat euidenter aliquid de nouo conſideratum, quod multitudo non viderit, & quod ſi vidiſset, & conſideraſset probabiliter contrarium cenſuiſſet, vt ex ſententia S. Hieron. videtur declarare Barbat. *in c.1. ſub n.112. & n.113. de conſtitut.* quod vti rarum, ita in indicijs periculoſum.

CAP. CVM SVPER. XXIII. *poſt n.1.* Probat hic tex. quòd quando dati ſunt Iudices plures cũ clauſula, quod ſi ambo, vel quod ſi nõ omnes, &c. vno tantum ſuſpecto, ille ſolus recuſari poteſt, & non alij, & ſi alij vnà cum recuſato procederent in cauſa, proceſsus non valeret propter admixtionem inhabilis, vt per Cardin. Tuſch. *lit.I. verbo, Iudex, concl. 422. n.8.* Farin. *fragment. crimin. p.2. litt.I, n.771.*

CAP. INSINVANTE. XXV. *poſt n.5.* Notatur etiam ad hoc, quod Iudex ſuſpectus recuſari non poteſt ab eo, qui licet illum non impetrauerit, nec de eius conſenſu fuerit electus, habita tamen notitia de cauſa ſuſpicionis, conſentit in illius iuriſdictionem, vt docent in præſenti Innoc. *n.2. in verbo, conſenſerit, & in verbo, alioquin,* Hoſt. *n.6. in fine.* Anch. *n.2. in 7. notab.* Butr. *n.6. in 4. not.* Abb. *n. 9.* Felin. *n.11* Imol. *n.2.* Burſat. *conſ.21. n.27. cum ſeqq.* Pacian. *de probat. lib.2. c.45. n.13.* Cardin. Tuſch. *lit.S. concl. 909. n.3.* Sigiſm. Scacc. *de appellat. q.11. num.52.*

Ibid. *poſt n.6.* In gloſ. [*Conſenſerat*] Notatur ad hoc, quod iudicem impetrans non poteſt illum ſuſpectum allegare, vt docent in præſenti Hoſt. *ſub num.6.* Butr. *n.19.* Bellem. *n.1. verſ. ſecundo opponit,* Zabarel. *col. fin. & in l. apertiſſime. C. de iud.* vltra gloſ. ibi, *verbo, litigantibus.* Paul. de Caſtro *n.9.* Iaſ. *n.1. in 1. limit.* Sicchar. *n.2.* Marant. *de ordine iudic. p.6. n.53. & 56.* Pacian. *de probat. lib.2. cap.45. n.54.* Seraphin. *de priuilegijs Iuram. priuil.7. n.9.* Cardin. Tuſch. *d. lit.S. concl.907. n.17. & lit.I. concl.421. n.13.* Iacob. Laurent. *de Iudice ſuſpecto cap.5. n.22.* Declara niſi cauſa ſuſpicionis poſt impetrationem ſuperueniret, vt docet gloſ. *in præſenti*, & Butr. *poſt n.19.* ac Abb. *n.10.* Theſaur. Pedam. *deciſ.295. nu.3.* Seraphin. *d. priuil.7. n.10.* Card. Tuſch. *d. concl.907. num.17.*

CAP. PASTORALIS. XXVIII. *§. quia vero. poſt n.12.* In tex. ibi [*quod non cognitio ſed executio, &c.*] Ex his verbis recte colligitur merum executorem nullam habere cognitionem. Sed obſtat *cap. cum contingat 24. verſ. ſed ſi, & verſ. ſi vero, de reſcrip.* vbi ordinarius, cui nõ cognitio, ſed meri facti executio fuerat commiſſa, vt patet ex princ. tex. ibi, denuncies excommunicationis, &c. & ibi, denuncies abſolutã, poteſt de reſcriptorũ validitate, & vtriuſque delegati poteſtate cognoſcere, itaut ex ijs, quæ cognouerit exequi, vel ſuperſedere debeat. Sed reſpondetur ex mente Zabarellæ hic *oppoſit.1. &* But. *num.13.* Imol. & aliorum *in d. cap. cum contingat,* vbi Nau. *cauſa 9. nullitatis* textum illum, vt ex fine conſtat, non agere de cognitione iuriſdictionali, nec de illa, per quam diſcutitur iuſtitia, vel iniuſtitia mandati, in qua ſpecie procedit tex. in præſenti, ſed tantũ de informatione, & inſtructione quadã extraiudiciali per ſolam litterarum inſpectionem, quæ ex noua prouiſione & auctoritate illius tex. neceſſariò exhibenda ſunt Ordinario, vt cõſtat ex littera ibi, ex ipſarum tenore deprehenderis euidenter, & ibi, ex litterarum inſpectione, iunctis illis verbis, quas tibi auctoritate præſentium præcipimus exhiberi.

CAP. EX LITTERIS. XXIX. *poſt n.2.* In tex. ibi [*ex qua coertionem &c.*] Probat hic tex. iuncta *gloſ. in præſenti verbo ſi ſubdelegatus,* coerctionem impedientium iuriſdictionem fieri poſſe à delegatis inferiorum, reſoluunt Butr. Bald. Dec. *n.14.* & Doctores communiter *in cap.1. ſup. hoc tit.* vt teſtatur Menoch. *de arbitr. caſu 438. n.4.* hanc inter delegatum Papæ, & inferiorum notantes differentiam, quod delegatus Papæ omnes impedientes per vniuerſum Chriſtianum Orbem abſque vlla territorij reſtrictione coercere poteſt, quemadmodum ipſe Pontifex *c. cuncta per mundum 9. q.3.* quem delegatus repræſentat. *c. ſane hoc tit.* at vero delegatus inferioris ſolum poteſt coercere ſubditos ipſius delegantis, & intra ipſius territorium, iuxta reg. *l. vlt. ff. de Iuriſd. omnium Iud. c.2. in fine. de conſtit. lib.6.* docet Abb. *in cap. ſignificaſti n.5. hoc tit.* & eſt communis ex DD. citatis, pro qua efficaciter vrget tex. *in cap. paſtoralis, in princip. de officio Ordin.* iuncto *cap. paſtoralis, etiam in princ. hoc tit. & reg. nemo plus 79. lib. 6.* Neque obſtat fundamentum, quo moti contrarium tenuerunt Dec. *in d. c.1. n.14.* quẽ poſt Riminald. ſequitur Menoch. *d. n.4.* Cabed. *diuerſ. Iuris argum. lib.1. cap.5. n.18.* quod ſcilicet delegati inferiorum non ab illis, ſed à lege ſuam accipiunt poteſtatem erga inobdientes, & per conſequens vbique eam poſſunt exercere, & in omnes ipſius legis ſubditos; quia verius eſt hanc poteſtatem coercendi impedientes dari delegato ab ipſo dele-

delegante, quia committendo cauſam videtur concedere omnia, ſine quibus expediri non poteſt, quod reperitur in poteſtate coercendi impedientes iuxta regulas prædictas. Deinde licet vera eſſet prædicta ratio nihil concluderet, quia etiam certum eſt Ordinarios à lege ſuam recipere poteſtatem *l. more l. & quià ff. de Iuriſd. omn. Iud.* & tamen non in omnes ſubditos legis eam poſſunt exercere, ſed ſolum intra limites ſuæ iuriſdictionis, & in ſuos ſubditos *d. l. fin. cap. cum Epiſcopus, de officio Ordin. lib. 6.*

CAP. CVM R. XXXV. poſt *n. 5.* In ead. gloſ. ibi [*Vnde facilius repellitur Iudex, quàm teſtis*] Notatur ad hoc, quod Iudex ſuſpectus recuſatur facilius, quàm recuſatur teſtis, *gloſ. verbo familiarẽ, verſ. hic tamen aduertas in cap. inſinuante ſup. hoc tit.* vbi Doctores, Card. Tuſch. *lit. S. concl. 908. n. 11.* Farin. *fragmentorum crimin. p. 2. lit. I. n. 778.*

CAP. CVM CONTINGAT. XXXVI. poſt *n. 1.* Probat hic tex. excommunicatione obſtricto, quæ poſt legitimam appellationem lata dicebatur, abſolutionem præſtandam non eſſe priuſquam conſtiterit per legitimas probationes an abſolutione indigeat. Obſtat tamen quia quando dubitatur an excommunicatio lata, aut etiam valida ſit præſtatur abſolutio ad cautelam, de qua agit tex. *in cap. 2. & in cap. venerabilibus §. ſed ſi, de ſententia excom. lib. 6.* Cou. *in cap. alma p. 1. §. 12. n. 7.* Nau. *in man. cap. 27. n. 277.* Vgolin. *de cenſur. tab. 1. cap. 22. §. 1. à n. 4.* Tolet. *lib. 1. cap. 14 à n. 7.* Soar. *to. 5. diſp. 7. ſect. 8. à n. 12.* Sed occurrit Vgolin. citato loco dicens textũ in præſenti agere de eo, qui abſolutionem ad cautelam non poſtulabat, vt neceſſarium eſſe deducitur ex *d. cap.* 2. ibi, petenti abſolutio non negatur. Vel ſecundo quod licet hodie poſt dictum *cap.* 2. hæc abſolutio ad cautelã ordinario Iure ſit cõcedenda, vel ab Ordinarijs, vel delegatis quoties de excõmunicatione, vel ipſius validitate dubitatur, olim nõ ita ſed erat remedium quoddam extraordinariũ, quod ſpecialibus caſibus concedi ſolebat, vt in *cap. per tuas, de ſent. excom.* ibi, quamquam Apoſt. Sedes talẽ etiam conſueuerit, &c. & in ſuſpenſione probat *cap. venerabili, eod. tit.* notat Cou. *d. loco*, quamuis *addit. gloſſa verbo, ſuperiorem*, in *d. c. 2.* contrarium probet

CAP. P. & G. XL. Vide addita ad *cap. Quia V. de Iudic.*

CAP. VNO DELEGATORVM. XLII. poſt *n. 2.* Notatur etiam hic tex. ad hoc quod ſi Iudices plures dati ſint ſimpliciter, tunc vno ſuſpecto omnes ſuſpecti redduntur, & ſic non ſolum recuſatus impeditur procedere, ſed etiã alij coniudices, quia vno deficiẽte omnium ceſſat iuriſdictio, cuius exercitium non cenſetur in ſolidum datum, vt per Farin. *p. 2. fragment. crimin. lit. I. n. 772.*

CAP. QVONIAM. XLIII. *& vlt. in §. cæterum* poſt *n. 16.* In tex. ibi, (*quia non ſibi iuriſdictio, &c.*) In terminis huius tex. dubitari non abs re poterit an ſubexecutores gratiarũ, & litterarum Apoſt. qui ab executore Romano ad executionem in partibus faciendam frequenter ſubdelegantur per clauſulam illam ſeu §. cæterum, qui ad finem executorialium adijci ſolet, nudi tantum & meri facti ſint executores, vel iuriſdictionem obtineant aliquam? In qua quæſt. Nau. *in cap. cum contingat de reſcript. ſecunda cauſa nullit.* diſtinguit inter ſubexecutores quoad ea, quæ ſunt iuriſdictionis, & in quibus illi partes Iudicis aſſumere debent, de quibus in priori parte illius clauſulæ cæterum, vbi de Abbatibus, & alijs in dignitate conſtitutis fit mentio, & inter ſubexecutores quoad ea, quæ ſunt meri facti, in quibus partes Iudicis non licet aſſumere, de quibus in poſteriori parte illius clauſulæ, vbi de ſimplicibus Clericis in minoribus cõſtitutis, & etiam de notarijs agitur. Sed hæc diſtinctio non ſatisfacit in propoſito, ſiquidem id eſt quod quæritur an huiuſmodi ſubexecutores ad ea, quæ iuriſdictionis ſunt ſubdelegentur, & Iudicis partes aſſumere poſſint; deinde quia cum in his terminis vna & eadem ſit commiſſio, ab vno & eodem Romano executore ad vnum & eundem effectum emanata, non occurrit ratio aut coniectura aliqua ſuadens illam deberi diuidi, & diuerſo Iure cẽſeri, vt ita prior pars ad Iuriſdictionem, poſterior ad merum factum referatur iuxta *l. cum qui ff. de vſucap. cap. cum in tua 30. verſ. & non debeat, de decim.* id quod ſecus eſt in ſpeciebus relatis à Nauarro, in quibus materia ſubiecta, ratio, aut mens diſponentis diuerſitatem arguit: inſuper iuxta ſententiã Nau. & diſtinctionem ſupradictam eſſet in poteſtate & voluntate illius pro quo gratia exequenda emanauit, vel Iudicem, vel merum facti executorẽ aſſumere, quo magis alium grauaret, quod videtur abſurdũ. Vnde probabilius eſt, niſi aliud ex ipſa clauſula, vel aliunde expreſſe, aut tacite colligatur, huiuſmodi ſubexecutores ad meri tantum facti, & miniſterij nudi executores deputari, tum quia illis in totum conueniunt ea, quæ de mero facti executore notantur; tum etiam quia iuxta verba & mentem illius clauſulæ ſubexecutores tantũmodo deputantur ad ea, quæ Romanus executor in remotis agens per ſe ipſum exequi non poteſt, cuiuſmodi ſunt ea, quæ in mero facto, & nudo miniſterio cõſiſtunt. Deinde ſubexecutores exequũtur per cenſuras fulminatas ab executore Romano, quas illi in partibus denunciant, id, quod meri facti eſt iuxta hunc tex. ſecundum vero intellectum *cap. nouit. 43. ibi*, nõ edidit, ſed publicauit, &c. *de appellat.* Accedit, quia ſi executor aliquando Iudicis partes aſſumere poſſet nuſquam (præſertim ab inferiore) delegaretur generaliter & incertus ad arbitrium & electionem impetrantis, pro quo gratia emanauit contra reg. *cap. ad hæc, de reſcript.* id quod ſecus eſt in mero facti executore, qui cum non iudicet, nec aliquid ex ſuo arbitrio faciat, ſed certum quid ab alio præfinitum exequatur tanquam illius inſtrumentum, neminem grauat, *d. cap. nouit*, & prætcrea quicunque generaliter deputari poteſt quicquid aliter opinentur Staphil. *de litteris gratiæ tit. de formis mandatorum verſ. vlt. n. 6.* Gom. *de mandatis de prouidendo n. 36.*

In gloſ. [Commiſſum] ibi (*coerctionem tamen videntur habere, &c.*) Quicquid velit gloſ. & diſtinguat Vincent. hic, cuius diſtinctionem ſequitur Sicul. *n. 14.* & ſatis æquum dicunt Zabarel. Abb. & alij in præſenti, verius videtur merum facti executorem, cui nudum miniſterium exequendum committitur, non poſſe coercere eos, qui reſiſtunt, aut

ſunt

ſunt impedimento executioni, ſed recurrendum eſſe ad legitimum ſuperiorem iuxta Iuris Regulas, obſeruant Ioan. Andr. Cardin. Abb. & DD. communiter in præſenti, & *in cap. ex litteris, ſup. hoc tit. vbi* Abb. *n.* 4. idem Abb. in *cap. de cætero n.* 3. *de re iud.* Et ſuadetur quia iuxta hunc tex. huiuſmodi merus executor nullam omnino habet iuriſdictionem, cui iſthæc coercendi poteſtas adhærere debeat iuxta *l. vlt. in fine ff. de officio eius, & d. cap. ex litteris*, ibi, cum huiuſmodi; qui tex. in *verſ. ex qua*, quem hæc gloſſa expendere videtur, non obſtat, quia ſecundũ prædictos non agit de mero facti executore, ſed de executore Iuris, cui iuriſdictio in cauſa executionis demandatur, vt patet ex littera ibi, iuriſdictionem, & ibi, quam (ſcilicet iuriſdictionem) potuerũt, &c. iũctis verbis ſequentibus ibi, ex qua (ſcilicet iuriſdictione) coerctionem, &c. *& in verſ. cũ huiuſmodi*, & de hoc executore intelligenda eſt *gloſ.* 2. ibi, quam Abb. & alij tanquam huic ſimilem de mero facti executore intelligunt. Sic ſimiliter nõ de facti, ſed de Iuris executore mero intelligitur tex. *in cap. ſignificaſti 7. in fine, vbi gloſ. pen. ſup. hoc tit.* ſecundum omnes ibi, & Bellem. *n.* 29. Alexandrin. *in cap. ſicut 2. q. 1.* vbi contra gloſ. hic cum ſupracitatis defendit communem, niſi ex ipſa commiſſionis forma aliud colligatur.

CAP. PVBLICATO. LVIII. de elect. *n.* 3. *in fi.* Hæc ratio vera eſt, quia per Canonicam electionem quæritur electo ius ad rem Abb. *in c. cum Bertoldus de re iud.* Felin. *in cap. in noſtra num.* 28. *de reſcript.* Rot. *deciſ.* 6. *de elect. in nouis*, Gom. *in reg. de non tollendo Iure quæſito q.* 1. Nauar. *in cap. accepta oppoſit.* 8. *n.* 7. Flamin. *de reſignat. lib.* 2. *q.* 23. *n.* 7. quod ab eo abſque ipſius facto auferri non debet, poſtulato vero nullum ex poſtulatione ius quæritur *c. pen. de poſtulat. Prælat.* & poſt Abb. *n.* 12. & alios *in cap. bonæ memoriæ il a illo tit.* reſolnũt Tiraq. *in l. boues §. hoc ſermone limit.* 23. *n.* 12. & Rebuff. *in concord. tit. de reg. nomin. §.* 1. *verbo per poſtulationem*, nec lucrũ, quod poſtulato auferrur, conſiderabile eſt, nec in eius perſona radicatum, ſed à mera ſuperioris voluntate dependens, vnde priuatio illius præiudicium non infert conſiderabile, vt colligitur ex *l. vlt. ad fi. C. de codicill.* reſoluit Padil. *in l.* 3. *C. de Iuris & facti ignor.* Hæc *de d. c. publicato* adde *ad tit. de elect.* vbi per errorem inſerta non fuerunt.

Ad Lib. I. Tit. XXX. de Officio Legati.

CAP. DILECTOS. VI. poſt *n.* 3. *in fine.* Intellige primo tex. procedere etiã in beneficijs iuriſp. Eccleſiaſtici, adhuc enim ſine conſenſu patroni prędicta beneficia Legatus conferre põt, vt probat tex. in præſenti, & *in c. cũ dilectus de iure patr.* reſoluit Rochus *de Iurepatr. verbo honorificũ q.* 3. *n.* 10.

Intellige ſecundo poſſe Legatum prædicta beneficia ſuæ collationi reſeruare iuxta formam, de qua *in c. præſenti, verſic. prohibemus de offic. Legati lib.* 6. Rota antiqua *deciſ.* 206. Calder. *in cap. mandatum, de reſcriptis.*

Intellige tertio tex. non procedere in beneficijs, quæ ad Epiſcopum tanquam delegatum ſpectant, in his enim Legatus ſe intromittere non poteſt, patet ſi expendas talem Legatum non poſſe concurrere, cum Epiſcopo in illis rebus in quibus Sedis Apoſt. delegatus exiſtit, aduertit in ſpecie Selua *de benef. part.* 3. *quæſt.* 66. *n.* 4. Corraſ. *de ſacerd. par.* 2. *cap.* 3. *nu.* 15. iuuat reg. tex. *in cap. dudum, verſic. nos igitur, de præbendis lib.* 6. ſic ſimiliter in reſeruatis beneficijs Sedi Apoſt. non poteſt ſe intromittere, vt aduertit Gigas *de penſionib. q.* 6. *n.* 19.

Ad Lib. I. Tit. XXXI. De Officio Iudicis Ordinarij.

CAP. CVM AB ECCLESIARVM. III. poſt *n.* 3. In tex. ibi [*ipſum facias inuiolabiliter obſeruari*] Dum tex. in præcitatis verbis interdictum, & excõicationem latam à Plebano iubet, ab Epiſcopis obſeruari, videtur probare cuilibet Sacerdoti poteſtatem competere ferendi cenſuras, cum tamen certũ in Iure ſit omnes, & ſolos illos, qui eccleſiaſt. habent iuriſdictionem fori exterioris cenſuras ferre poſſe, vt probat *cap. quærenti*, ibi, diſcretus Iudex, *de verbor. ſignif.* reſoluunt D. Thom. *in 4. diſt. 18. q. 1. ad* 3. Abb. *in c. ab excommunicato n. 5. de reſcrípt. & in c. tranſmiſſam not. 1. de elect.* Cou. *in cap. alma p.* 1. *§.* 11. *n.* 1. Nau. *in man. c.* 27. *n.* 5. Vgolin. *de cenſur. tab.* 1. *c.* 2. *§.* 19. *à num.* 1. Valent. *tom.* 4. *diſp.* 7. *ſect.* 17. *puncto* 3. Suar. *de cenſur. tom.* 5. *diſp.* 2. *ſect.* 2. *à nu.* 6. Ad tex. igitur in præſenti reſpondetur ipſum in principio ſupponere Plebanum de quo ibi, habere iuriſdictionem puniendi malefactores, atq; ita agere de Prælato inferiori habente iuriſdictionem fori contentioſi, vt probant verba illa, Eccleſiarum Prælatis, notant Abb. & DD. communiter, vt conſtat ex relatis per Cou. *in d. cap. alma p.* 2. *§.* 2. *n.* 6. Quod autem ſit Plebani officium attẽto Iure cõmuni colliges *ex c.* 1. *ad fin. ne clerici vel monachi lib.* 6. explicant poſt alios Rebuff. *in praxi p.* 3 *ſignatura, verbo, & ſituationis n.* 6. Petr. Greg. *Syntag. Iuris lib.* 15. *c.* 24. *n.* 12. Lӕli. Zechi. *de Repub. Eccleſiaſt. cap.* 27. *à princ.* Poſſe autem conſuetudinem, vel priuilegium Romani Pont. Plebanis, & reliquis parochis iuriſdictionem tribuere fori exterioris probatur ex reg. tex. *in c. cũ contingat, de for. compet. & cap. duo ſimul inf. hoc tit.* cum ſimilibus, de quibus Balb. *de præſcri.* 2. *p.* 5. *princ q.* 3. *princ. à princip.* Nau. *in cap. placuit de Pœnit. diſt.* 6. *n.* 36. Cou. *in reg. poſſeſſor p.* 2. *§.* 3. *n.* 1.

Retenta igitur communi Doctorum reſolutione tenentium illos ſolum habentes prædictam iuriſdictionem poſſe excommunicationem promulgare, contra eam non obſtat tex. in præſenti iuxta reſponſionem, & intellectũ, quem modo præſtiti, nũc vero neceſſe eſt, vt alijs Iuribus reſpondeã, quæ hãc ſententiam prima facie corruere videntur. In primis ad tex. *in cap. nemo 2. q.* 1. dum inquit Presbyteros ferre non poſſe excommunicationem niſi probata cauſa, reſpondeo intelligendum eſſe non generaliter, ſed de illis tantum Presbyteris, qui iuriſdictionem habent fori contentioſi, cum enim aliud principaliter decidat, dum de Presbytero meminit, termini habiles debent ſupponi, iuxta vulgarem doctrinã tex. *in l. qui teſtamento*, ibi, ſi alium &c. *ff. de teſtam.* quo modo etiam intelligendus eſt tex. *in cap. alia, in*

fine

Digitized by Google

fine 16.q.1. vbi loquens de Presbytero inquit illi licere tradere Sathanæ, quod idem eſt atque excommunicare, vt ſcilicet loquatur ſuppoſitis terminis habilibus, atque de Presbytero habente iuriſdictionem. Eodem etiam modo intelligitur Gratian. *in c.miramur, verſ.cum ergo Sacerdotibus,* 14.q.1. quod non voluerit generaliter quemlibet Sacerdotem in Sacerdotali vnctione, cum characterе poteſtatē excommunicandi in actu recipere, ſed ſupponēdo terminos habiles diſputare an illi, qui eam habēt poteſtatem ab Eccleſia, eandem amittant propter hæreſim, quamuis Gratianū in hoc propoſito reprehendat Vgolin. *d.§.19.n.6.* Ad *cap.2.ſup. hoc tit.* ex littera patet ſolutio, dum enim conceditur Sacerdotibus poteſtatem excommunicandi auctores damni, clariſſime loquitur de Sacerdotibus habentibus iuriſdictionem fori contentioſi, vt patet ibi, niſi indiciario ordine quis probare poſſit, &c.

Ibid. poſt *n.2.* Collige ex hoc tex. Prælatos omnes Epiſcopo inferiores, qui iuriſdictionem habent fori contentioſi, habere poteſtatem ferendi cenſuras, vt per Sot. *in 4. diſt.22.q.2.art.1.verſ.non eſt,* Cou. *d.§.11.n.1.verſ.primum* Vgolin. *d.c.2.§.20.* Lælі. Zechi. *cap.1.n.6.verſ.6. & verſ.16.* & confirmatur quia licet ſoli Epiſcopi plenam, & ſimpliciter in tota ſua diœceſi Ordinariam habeant iuriſdictionem, *gloſ. verbo iurgia in cap.perlectis 25. diſt.* non tamen inconuenit, quod alij inferiores Prælati quoad nonnullos actus, & certa aliqua negotia, vel certas perſonas attento eodem Iure communi Ordinariam habeant Iuriſdictionem fori exterioris, vt bene aduertit Bero. *in rub.de offic.deleg. n.15.*

Vnde Guardianos, Abbates, Generales, & alios Prælatos Regularium, Iure communi abſque aliquo priuilegio excommunicare, aliaſq. cenſuras ferre poſſe probatur ex ſupradictis, diximus namque omnes illos cenſuras ferre poſſe, qui iuriſdictionem habent fori contentioſi, ſed Generales, Abbates, & alij Religioſorum Prælati, in eos hanc exerceent fori contentioſi iuriſdictionem, ad eos enim omnis poteſtas, & ſolicitudo pertinet ſui Monaſterij *c. lumіnoſo c. nullam* 18.q.2. atque etiam Monachorū correctio, & exceſſuum punitio, *c. quanto hoc tit. c. ea, quæ* iuncta *gloſ.1.de ſtatu monach.* cum multis aliis, quæ latiſſime proſequitur Abb. *in cap. cum contingat à n.21.de foro compet.* & alii de quibus Boer. *deciſ.271 .à n.4.* late Fr. Emman. *quæſt. Regular.to.1. q.17.art.1.cum ſeqq.* & plene relati à Cened. *ad Decretal.collect. 121.* Ergo eodem Iure communi cenſuras ferre poſſe dicendum eſt, & probat tex. *in cap. cum in Eccleſiis,de maiorit.& obed.& in cap. reprehenſibilis ad fin.de appellat.& in cap. ſicut 33. iuncta gloſ. verbo anathematis, de ſimon.* & vltra antiquiores, quos referūt, notarūt Henriq. *in ſum.lib.13. de excommun.cap.24.§.3.* Vgolin. *d.§.20. à num.11.* Soar. *d.ſect.2.n.9.verſ.item Superiores,* iuncto *n.11.* late Fr. Emman. *tom.2. q.59.* Neque obſtat tex. *in c. quidam, & in cap. monaſteria 18. q. 2.* quia ℞. procedere in monachis laicis, quales olim erant fere omnes *c. ſic viue 16. q. 1.* Vel intelligi poteſt procedere quoad correctionem, quæ ſemper Ordinariis reſeruata fuit, *cap. hoc tantum c. cognouimus 18. q.2. c.1. c. in ſingulos §.porro,de ſtatu monach.* Verum autem Abbates, & Guardiani, aliiq. Prælati quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem non habentes poſſint ferre excōmunicationē ad finē reuelationis furtorū, aut pro rebus deperditis, negatiue reſpōdet Fr. Emman. *d. q.59. art.4.* id enim ſolum conceſſit Epiſcopus decidit Conc. Trid. *ſeſſ.25. de reform.c.3.* Vtrum autem Abbates iſti extra locum ſuæ Prælaturę in ſuos ſubditos cenſuras ferre poſſint, diſputant late Abb. in *d.c.cum contingat n.33.&* Fr. Emman. *d.art.1.* affirmatiue reſoluentes.

Sic etiam ex dictis infertur attento Iure communi omnes Epiſcopos, & Prælatos ſuperiores cenſuras ferre poſſe, diximus enim hos omnes cenſuras ferre poſſe, qui iuriſdictionem habent fori contentioſi, conſtat hanc habere Epiſcopos, & alios ſuperiores Prælatos attento Iure communi *c.1.c.irrefragabili, hoc tit.c.qualiter & quando, il 2. in princ. de accuſat.* Ergo Iure proprio eos hāc habere poteſtatem, & Iure communi attento probat tex. *in c.ad reprimendam. & in c. conquerente hoc tit.* reſoluunt vltra ordinarios ibi, omnes ſupra citati in verſ. Ibid. *poſt n. 2.* ampliantes procedere in Epiſcopis confirmatis, quamuis nondum conſecratis per *cap. tranſmiſſam de elect.* vbi notant omnes, teſte Vgolin. *d.§. 20. n.6. verſ. quarto,* Henriq. *d.c. 24. in princip.* Iacob. de Graſ. *c. 4. n. 5. dictis locis* idem reſoluentes in Capitulo Sede vacante.

Ibid. poſt *n.3.* In tex. ibi [*ipſam faciat &c.*] Probat hic tex. ſententiā excōmunicationis prolatā a Prælato inferiori nō poſſe ab Epiſcopo relaxari ſine cōgrua ſatisfactione, & eiuſdem Prælati inferioris conſcientia. Quod quidē Pontificis reſponſum non ſine difficultate procedit, nam certum eſt abſolutionem cenſurarum ab his præſtari poſſe, qui eas protulerunt, vel ab eorum ſuperioribus. Abb. hic *n. 11.* Cou. *in c. alma mater.p.1.§.12.n.2.* Soar. *tom. 5. diſp. 7. ſect.2.n.12.* Vgolin. *tab.1. de cenſur.c.4.* Vnde cum Epiſcopi in ſuis diœceſibus plenam quoad omnes habeant iuriſdictionem *c.1. hoc tit. cap. cum Epiſcopus. cod. tit. lib.6.* aliorumq. inferiorum Prælatorum ſuperiores ſint, & hi non niſi ex ſpeciali Epiſcoporum commiſſione valeāt excommunicare ex dictis in addit. ad *cap. Archidiaconis, de offic. Archid.* ideo videbatur à cenſuris latis ab inferioribus ſine ipſorum conſcientia poſſe Epiſcopum abſoluere, quo fundamento ſi Epiſcopi ab illis abſoluant, abſolutionem, licet iniuſta ſit propter debitum modum non ſeruatum, mero tamen Iure validam cenſet *gloſ. vlt. in præſenti.* quam ſequuntur Abb. & DD. communiter, teſte Cou. *d. §. 12. n. 3.* comprobat Vgolin. *d.c.4.§.1.n.7. &* ro. veramque, & communem prædicat Soar. *de cenſur. d.ſect.2. n.17.*

Verum in contrarium vrget, quia ſuperior ad abſoluendum in propoſito is cenſetur à quo, vel ab inferiori iuriſdictio abſolute dependet, vel quando occurrit caſus, in quo poteſtatem habet in eum, qui abſoluitur, tex. autem in præſenti agit de Prælatis, qui Iure ſpeciali, priuilegio ſcilicet, vel conſuetudine habebant iuriſdictionem priuatiuè reſpectu Epiſcoporum, vel ſi cumulatiuè in eum tantum ſenſum, vt præuentioni maneat locus, & pereonſequens poſtquam inferior excommunicauit, Epiſcopi iuriſdictionem præueniſſe, ſeu præocupaſſe-

cen-

cenſendus eſt, ita vt Epiſcopus validè in cauſa præuēta ſe intromittere vel abſoluere nō poſſit ex reg. tex. *in l. vn. ff. de off. conſ.* & quæ latè explicat Couar. *practicarum cap. vlt. à n. 1.* quo fundamento meritò contra gloſ. & communem tenuerunt plures Doctores antiqui, quos refert Abb. hic *n. 11. verſic. in gloſ. final.* & de veritate eiuſdem communis dubitauit Couar. *vbi proxime.*

Neque pro illa communi facit, ſed magis retorquetur in contrarium tex. in præſenti, dum enim inquit excommunicationē à Plebano latam ſine ipſius conſcientia, ab Epiſcopo relaxari non poſſe, magis ſupponit, quod ſi relaxauerit, abſolutio non valebit, vtpotè à non ſuo Iudice lata, iuxta reg. tex. *in cap. at ſi clerici, in princ. de iudic.* cum ſimilibus & ſignificat tex. per locum ab ſpeciali in *c. venerabilibus §. ſane, in fine, de ſent. excom. lib. 6.* dū eo tantum caſu abſolutionem à ſuperiore præſtitam valere decidit, quo ipſi ſuperiori competat de excommunicatione cognoſcere, cum ergo communis ſupponat ad Epiſcopum non pertinere cognoſcere de excōmunicatione lata à Plebano, ſed potius eam inuiolabiliter obſeruari facere debere, vt tex. in præſenti expreſſe probat, rectè ſequitur quod ſi excommunicationē relaxauerit, abſolutio valere nō poteſt.

CAP. AD REPRIMENDAM. VIII. poſt *n. 2.* ſed quamuis hæc reſponſio ſit communiter recepta ex verbo (conqueſſus) vt notauit gloſ. hic, & Abb. *n. 3.* ac Zab. 2. *oppoſ. 4.* ex diametro tamen videtur offendere litteram huius tex. ibi, cum excommunicationis ſententia &c. Quare facilis eſt ſolutio, quæ colligitur ex littera, agere ſcilicet Pontificem in præſenti de cauſa ab Archiepiſcopo ad Epiſcopum excommunicatorem remittenda, non ex debito neceſſitatis, ſed honeſtatis, ibi, quaſi Coepiſcopo deferens, quod non negat, immo expreſsè concedit tex. *in cap. per tuas, de ſententia excommunicationis*, ibi, niſi voluerit Epiſcopo diœceſano deferre, quod eleganti trimembri explicauit Pontif. *in cap. venerabilib. §. ſane, de ſent. excom. in 6.*

Ibid. *poſt n. 6.* In ead. gloſ. ibi (*per ſimplicem querelam*) Ex doctrina & ſimilitudine huius gloſſę colligunt Doctores communiter ſententiam in cauſa matrimoniali, quæ appellatione ceſſante in rem iudicatam tranſiuit, veritate comperta non niſi remedio querelæ retractari poſſe, & ita procedere *c. lator, & cap. conſanguinei, de re iudic.* ſequuntur omnes hic, & in *d. cap. lator*, vbi Felin. *n. 4.* *Cou. de ſponſalib. p. 2. c. vlt. §. vlt. n. 13. verſ. 4.* Marant. *de ordine iudic. 3. p. 6. n. 151. & 155.* Rot. Bononien. *deciſ. 969.* idem admittentes in alijs ſententijs, quæ in rem iudicatā tranſeuntes retractari poſſunt, de quibus per Marant. *d. loco*, quamuis alij per viam ſupplicationis, reſtitutionis, ſeu per officium Iudicis, vel condictionem ex lege retractari putent. Intellige querelam in propoſito competere non tantum prout importat querimoniam, qua quis queritur de Iudice iniuſte grauante, vt hic in ſpecie huius tex. fieri enim rectè poteſt vt ſententia in cauſa matrimoniali ſecundū probationes, & merita cauſæ iuſtiſſime, ſed contra veritatem prolata ſit, vt *in d. cap. lator*, & *in d. cap. conſanguinei*, verū etiā intelligitur querela, prout dicitur remediū principaliter competens, quo accuſatio, actio, vel petitio contra aliquem proponitur ſuper eo, quod ex ſe iniuſtum eſt, iuxta *l. querela. C. de falſis c. 2. de procurat.* Sic ſane ſuper huiuſmodi retractatione ſententiæ neceſſariò adiri debet ſuperior ille, qui principaliter etiam per viam querelæ competens eſt, veluti Ordinarius, Summus Pont. vel Legatus in ſua prouincia, *d. c. lator, & cap. conſanguinei, c. 1. de offic. leg.* non autem Archiepiſcopus reſpectu ſubditorum ſui ſuffraganei, inter quos nonniſi per appellationem competens eſt *c. 1. in princip. de foro comp. lib. 6.* idque ex mente huius *gloſ.* fatentur omnes præcitati, & alij vt per addit. ad Bernard. *reg. 678.*

CAP. DILECTVS. XVIII. *n. 3.* ibi, limitat, Abb. *conſ. 7. in fine vol.* 1. Aym. *conſ.* 188. *num.* 8. Ruin. *conſ. 29. n. 7. volum. 5.* Menoc. *conſ.* 110. *num. 35.* Eſt enim ſententia ſtricti iuris, & intelligitur prout ſonat, *l. Paulus ff. de re iudicata, l.* 1. *C. ſi plures vnic. ſent.* Aym. *conſ.* 188. *nu. 6.* Vinc. de Franchis *deciſ.* 172. *n. 8.* quia illa tantum diſponit quantum loquitur, Dec. *in l. ius noſtrū n. 11. ff. de reg. iuris* Menoc. *conſ. 80. n. 39. & conſ. 611. n. 15.*

CAP. HIS QVIBVS. XX. & vlt. *n. 3. in fine.* & ità agit tex. in *d. §. cæterum* de eo delegato, cui nudū tantum miniſterium abſolutionis cōmiſſum eſt, hoc eſt abſolutio remota ab omni iuriſdictione, quia ſcilicet delegans omnem præmiſit cauſæ cognitionem, ſolumq. nudum abſolutionis miniſterium commiſit, patet ex littera ibi, nam non ſibi iuriſdictio, ſed certum miniſterium, &c. eo enim caſu talem delegatum ſubdelegare non poſſe tam abſolutionem, quàm alia miniſteria de quibus ibi, merito pro regula receptum eſt. Priuilegium enim Iure conceſſum delegatis à Principe vt poſſint ſubdelegare, in his tantum procedit, quibus iuriſdictio commiſſa eſt, *l. à iudice. C. de iudæis* ibi, Iudex datus, *cap. Paſtoralis, in princ.* ibi, iuriſdictio dandi iudicem, *de officio delegati*, ac ſubinde ad eos non debet extendi, quibus non iuriſdictio, ſed nudum tantum miniſterium committitur. Per contrarium verò tex. in præſenti agit de Ordinariis, quibus poteſtas abſoluendi cum iuriſdictione, & ex proprio officio competit, vt ſuadet rubrica, & patet ibi, quibus ex officio; attento enim Iure ſemota reſeruatione competit Iure magiſtratus Epiſcopis facultatem abſoluēdi à cenſuris per quoſcunque Canones latis, iuxta tex. *in cap. nuper, de ſententia excom.* vnde ſemota reſeruatione res reducitur ad antiquum Ius, & ipſis Ordinariis ſuo Iure talis facultas cōpetere cenſetur ex reg. tex. *in cap. ab exordio. 35. diſt. & in c. ſi vnus §. pactus ff. de pactis*, quo pacto ità hæc Iura conciliat gloſ. hic communiter recepta ſecundum Nau. in *man. cap. 27. n. 45* Vgul. *de cenſur. tab. 1. c. 4. §. 4. n. 3.* Couar. *lib. 3. variar. cap.* 20. *n. 5.* Quod ſi replices tex. in præſenti agere de abſolutione ab excōmunicatione propter manus violentas in clericum, quæ ſoli Pontifici noſcitur reſeruata *in cap. ſi quis ſuadente*, 17. *quæſt. 4.* ac ſubinde in quibus caſibus abſolutio à Iure conceditur Epiſcopo, videri ipſum delegatum à lege, & perconſequens non poſſe ſubdelegare iuxta reg. *l. 1. in princ. ff. de offic. eius*, & quæ latè explicant Alciat. Bellon. & alii, quos refert Alphan. *collect.* 174. Reſpondetur quòd quando

lex

lex Canonica aliquibus caſibus concedit Epiſcopis poteſtatem abſoluendi ab excommunicatione reſeruata adhuc ipſi Ordinariam ſuam, nõ vero delegatã exercent poteſtatem, eum enim Iure communi poſſiot abſoluere ab omni cenſura Iuris non reſeruata, *cap.nuper,verſ.in ſecundo,de ſent.excomm.* ſublata reſeruatione regrediuntur ad ſuam Ordinariam poteſtatem, quæ per reſeruationem erat impedita, atque iea non nouam delegatam poteſtatem,ſed antiquã,& Ordinariã ex officio ſuo dicuntur exercere, vt expreſſit tex.in præſenti,& deducitur ex reg.tex. *in c.cum aliquibus,verſic. ſi verò, de reſcriptis lib.6.*

CAP. IRREFRAGABILI. XIII. §.Cæterum poſt *n.13.* in tex.ibi, [*tanquam ſuper hoc delegatus à nobis*] Collige ex tex. illum,cui à lege cõmittitur iuriſdictio, qualis eſt Metropolitanus de qoo in præſenti,nõ Ordinarium,ſed delegatum cenſeri, obſeruant Abb.& DD.hic,gloſ.*vlt.in c.ad abolendam* per tex.ibi,*de haret.gloſ. 2. in c. per hoc,illo tit.in 6.gloſ. verbo auctoritate in c. vnic. de Clericis agrot.eod.lib.*reſoluit Simanch.de *Cathol.inſtit.c.25. n.6.*facit Trid.*ſeſſ.5.de reform. c.1.& ſeſſ.6.c.2.3. & 4.* & alijs in locis, in quibus Epiſcopi delegati conſtituũtur in illis caſibus,in quibus per Concil. Trid. Epis committitur poteſtas,quæ antea eiſdẽ competebat.Nec obſtat,quod Ordinarius in his, qoæ ſibi à Papa cõmittuntur,ſi aliàs ad eius ſpectãt iuriſdictionẽ,non delegatus,ſed Ordinarius eſt,*in cap.licet hoc tit.*vbi Abb.*n.3.*refert plures Boer. *deciſ.252.n.5.* & conſtat Metropolitanum habere aliàs attento Iure poteſtatem circa querelas Epiſcoporum *ex cap. 1. 79.diſt.& ex cap.ſi inter Epiſcopos 6.q.4.*Reſpondetur enim ſupradictæ obiectionis fundamenta procedere in dubio,non verò quando ex verbis, vel aliundè conſtat nouam, & delegatam poteſtatem concedi, veluti quia eoucedens vtitur illis verbis, vt delegatus à nobis, vel auctoritate,ſeù vice noſtra,tunc enim quantumque poteſtas cõcedatur Ordinario ad quem Iure communi pertinebat,& priuilegium exẽptiones, aut cætera impedimenta contraria tollantur,non dicitur ad Iuris cõmunis terminos reſtitui, ſed iuxtà verba,vel mentẽ cõcedẽtis noua,& delegata poteſtas cõceditur,prout in ſpecie probat tex. *in c.cũ aliquibus,verſic.niſi de reſcript.in 6.* & ità contingit io hoc tex.& *in d.cap.ad abolendam* & in pleriſq. alijs Conc.Trid.decretis in quibus conceditur poteſtas Epiſcopis Ordinarijs, ad quos ceſſantibus, priuilegijs, & ſimilibus impedimentis Iure communi competebat,ſed adijcitur,vt tamquã Sedis Apoſt. delegati, vel auctoritate Apoſtolica faciaot.

Nec etiam obſtat declaratio Illuſtriſs. Cardinalium ad Conc.Trid.*ſeſſ.24. de reformatione cap. 10.* vbi Epiſcopus, vt Sedis Apoſt. delegatus viſitat, & tamen declararũt Illuſtriſsimi appellationem quoad effectum deuolutiuum interponendam eſſe ad Metropolitanum, vnde neceſſariò ſequebatur Epiſcopos in ſpecie non cenſeri delegatos, à qoibus non ad Metropolitanum, ſed ad delegantem appellatur *ex cap.ſuper quaeſtionum §.porrò,de off.delegati.* Reſpondetur enim de illa declaratione plenè non conſtare, præſuppoſito verù quod ita emanaret, procedere neceſſariò debet in ſpecie de qua loquitur, vbi non apponuntur abſolutè illa verba, vt delegatus, ſed dicitur etiam tamquam delegatus, planè particula,etiam,exprimit vnum caſum,& alium includit, & ſupponit,vt per citatos à me ipſo *in remiſſionibus de dictionibus, & clauſulis dictione 95. nu.4.* & ità ſit ſenſus, quod Epiſcopus ibi ſublatis omnibus impedimentis non ſolum tanquam Ordinarius ex poteſtate Iure communi competente, verum etiam vt delegatus faciat, & quia in his terminis Epiſcopus vtramqoe poteſtatem, ſcilicet Ordinariam, & delegatam exercere poteſt, in dubio ſi contrarium non conſtat,cenſetur vti potius Ordinaria poteſtate, & ita firmiori, vt aduertit Dec. *in cap.ſanè il 2 n.2.de off.delegati* Corraſ.*lib.3. miſcellan.cap.19.* ac proinde in dubio ab Epiſcopo illo tamquam ab Ordinario ad Metropolitanum appellabitur,vt præfata declaratio decreuit, quæ aliàs ooo procedit ſi appareat quòd non Ordinarius facit, ſed tamquam delegatus, quia in hoc caſu ab eodem non ad Metropolitanum,ſed ad Sedem Apoſtolicam appellabitur ex *d.§.porrò.*

Ad Lib. I. Tit. XXXIII. de Maioritate, & obedientia.

CAP. QVOD SVPER HIS. IX. *n.8. in fine*, quos etiam enumerat Monet.*de diſtribut.quotid.p.2.q.13.à n.6.* & oouiſſime Io. Anton. Maſſobr. *de Synodo Epiſcopi. cap.4.dub.40. cum ſeqq.*

CAP. CVM IN ECCLESIIS. X. poſt *nu.1.* Ex diſcurſu huius tex. manifeſtè cõſtat Caoonicos Regulares, qui ſuo Prælato iuramentum obedientiæ præſtiterant,& ex poſt facto exhibiti iuramenti immemores eidem Priori per omnia reſtiterunt, cogẽdos eſſe in pœnam contumaciæ ſubire alterum obedientiæ iuramentum: ſed obſtat quòd abſque neceſſitate nullus eſt cogendus iurare iuxta reg. *c. etſi Chriſtus,verſic.quoniam ad iuramentum,de iureiur.* quo argumento clericos ſeculares ad iurandũ Prælatis ſuis noo teneri reſoluunt Doctores *in cap. his quæ,infra hoc tit.* vbi addam,in hoc autem tex. videtur omnino otioſum poſterius iuramentum cum prius ſub eadem forma,ſuper eadem re,& inter eaſdem perſonas præſtitum fuerit; ſentiunt difficultatem gloſ.1. Abb.& Doctores in præſenti,& in *cap.legebatur hoc tit.*inter quos Card.Zab. in præſenti *opposit. 6.* exiſtimat, quod ſcilicet hic tex. ſpecialiter procedit in illis Canonicis, qui propter inobedientiam fuerunt excommunicati, quibus poſterius iuramentum licitè defertur quando eis ab excommunicatione beneficium abſolutionis impẽditur, iuxta reg.*cap.cum deſideres*,& ibi,*gloſ. verbo ad cautelam, de ſenten.excomm.* Coius ſolutio licet receptior ſit, vera tamen non videtor,quamuis enim in ſpecie huius tex.excommunicatio non præceſſiſſet,illa tamen ootabilis inobedientia ſufficieos erat ad iuſtam poſterioris iuramenti declarationẽ,idq. ex eo,etenim licet huiuſmodi iuramentum priori nihil addat, & vti tale ad vinculum illius formandum non ſit neceſſarium.*cap.veritatis,de iureiurando*,eſt tamen neceſſarium ad effectum ſatisfaciendi ſuperiori læſo, cui illata fuit iniuria per inobedientiam, quæ ſanè commode reparari non poteſt quàm per ſolemnem

eiuſdem

Digitized by Google

eiuſdem inobedientiæ abiurationem iuxta reg. *cap. vlt.* ibi, in qua quis deliquit, *de immunit. Eccleſiarum.* Inſuper cum ſemel inobediens ſemper præſumatur talis iuxta reg. *cap. ſemel malus, de reg. Iuris lib. 6.* ac ſubinde aduerſus illum ſemper adſit quædam ſuſpicio inobedientiæ, quæ commodius quàm per iuramentum purgari poſſe non videtur, rectè fit vt illis Canonicis iuramẽtum deferatur tãquam de prædicta inobedientia ſuſpectis, quemadmodum de ſuſpectis de hæreſi, & de clericis in Saeris matrimonium de facto turpiter contrahentibus notant communiter Doctores.

Nec obſtat quòd periuris, quales conſtat eſſe Canonicos de quibus in præſenti, iuramentum non eſt deferendum, iuxtà *cap. qui exigit. 22. quæſt. 1.* & *cap. clericos*, ibi, ne periurij reatum &c. *de cohabitat. clericorum*, gloſ. *verbo, periurij*, per tex. ibi *in cap. teſtimonium, 54. verſic. ſi verò, de teſtib.* Quia reſpondetur diſtinguendum eſſe inter iuramentum oneris & iuramentum honoris; prius eſt illud, quod non in pœnam, & ad remouendã aliquã mali ſuſpicionem iniungitur, veluti illud per quod hæreticus cogitur hæreſim abiurare, *cap. ad abolendam, de hæret.* item illud de quo *in cap. 2. qui Clerici vel vouentes*, cum ſimilibus. Poſterius verò eſt illud, quod non in pœnam, ſed magis in honorem iuranti defertur, veluti iuramentum teſtis, vel illius, cui honorabile aliquod officium confertur. Quo ſuppoſito dicendum eſt huiuſmodi Canonicos periuros, & ſuſpectos de inobedientia non ſubire iuramentum honoris iuxtà ſupradicta Iura ſic intelligenda, quæ tales à iuramento repellũt, interim tamen nõ eximi à iuramento oneris, de quo hic, ne aliàs ex malitia ſua commodum reportent contrà reg. *cap. intelleximus, de iudicijs*, cum ſimilibus; quam diſtinctionem colliges ex *gloſ. verbo, præter, in fine in cap. litteras, de præſumpt.* vbi Zabarel. Butr. Abb. & communis, idem Abb. in dicto *cap. intelleximus. nu. 14.* Dec. *in cap. quæſtioni n. 3. de appellat.* qui omnes rectè intelligunt in ſpecie dicti *cap. litteras* à ſuſpecto de hæreſi, de quo ibi, eſſe iuramentum exigendum, & dictionem, præter, in tex. poſitam, eſſe intelligendam incluſiuè, ideſt vltrà, non verò excluſiuè, quaſi iuramentum excludat, vt perperam ſentiunt Imol. & Felin. ibi *n. 22.*

CAP. HIS, QVÆ. XI. *n. 2. ibi*, prope fin. Vincent. Filliuc. *tom. 3. tract. 41. cap. 1. n. 38.*

Ibid. *n. 3. in fine.* adde, Quos quidem Cardinalium titulos cum prius eſſent quinquaginta duo Leo X. *Kalend. Iulij 1517.* ad ſeptuaginta duos auxit, vt refert Capic. *deciſ. 114. n. 13.* & demum Sixtus V. ad ſeptuaginta *ex ſua Conſtit. 55. ſub Dat. Idus Aprilis 1587.*

In tex. ibi (*manualem obedientiam, &c.*) Ex his verbis deduxit glo. *verbo obedientiã*, in præsẽti Clericos teneri ſuis Prælatis obedire abſque eo tamen quod de præſtanda obedientia iurare, aut aliquam ſcripturam conficere compellantur, eadem verba habentur *in cap. olim 11.* ibi, obedientiam facere manualem, vbi *gloſ. 3. de reſtit. ſpoliat.* tex. optimus *in cap. legebatur, vbi gloſ. verbo, iniuria, ſupra hoc tit.* tex. *in cap. nullus. 5. vbi gloſ. 1. de iureiur.* & vtrobique reſoluunt Doctores.

Sed obſtat, quod vel Clerici non tenentur ad præſtandum obedientiæ iuramentum ſuis Prælatis, quia ipſis indignum, & indecens ſit iurare, vel ex eo quòd tale iuramentũ omnino ſit otioſum, nulla enim alia poteſt excogitari ratio, quæ ad hæc duo membra non reducatur; ſed clericis iurare indignum non eſt, immò cum oportuerit ad iuramentum præſtandũ ſunt cogendi, iuxta *cap. ad abolendam, poſt princ. de hæret.* vbi Clerici hæretici meliori tantum ducti conſilio ad Fidem Catholicam reuerſi coguntur ſuã hæreſim abiurare, ſic clerici in Sacris conſtituti, qui matrimonium de facto turpiter contraxerunt, vxores ſolent abiurare, *cap. 2. in princ. qui Clerici vel vouentes.* Deinde huiuſmodi iuramentum de præſtanda obedientia otioſum dici non poteſt, immò valde neceſſariũ, cũ Reipublicæ expediat quòd obedientia ſubditorum iuramento confirmetur, iuxta reg. *cap. omne*, ibi, ſolidius conſiſtit, *22. quæſt. 1.* igitur clerici nullo caſu à tali iuramento videntur immunes. Secundò obſtat *cap. quamquam*, iuncta gloſ. recepta *verbo cautione 23. diſt.* vbi omnes Clerici indiſtinctè ad obedientiæ iuramentum compelluntur. Tertio obſtat *cap. Ego N. de iureiurando, & cap. dilecti 13. hoc tit.* vbi ab Epiſcopis dum conſecrantur iuramentum obedientiæ, & fidelitatis exigitur, idem dari Archiepiſcopo, quando pallium ei traditur, docet tex. *in c. ſignificaſti, verſic. hoc nimirum malo*, ibi, pro obedientia, *de electione, cap. antiqua, verſic. ſeruata, de priuileg.* Quarto tandem, & vltimo obſtat *cap. cum in Eccleſiis ſup. hoc tit.* vbi Canonici Regulares ſuis Prælatis obedientiam præſtare compelluntur, igitur ſimiliter Clerici ſeculares ad obediendum ſuis Epiſcopis iurare ſunt compellendi.

His tamẽ non obſtantibus veriſſima eſt concluſio quod Clerici nec ad ſcripturam, neque ad obedientiæ iuramentum tenentur, iuxta *d. cap. legebatur, hoc tit. & cap. nullus, de iureiur.* Ad argumenta vero facilis eſt reſponſio; nam ad primum dicendum eſt, quod huiuſmodi iuramentum eſt otioſum, neque aliquam præſefert vtilitatem, etenim cum omnes Clerici indiſtinctè eo tempore, quo ad Ordines promouentur præſtent obedientiæ iuramentum, iuxta *d. cap. quamquam*, & ibi gloſ. *d. verbo, cautione*, rectè ſequitur non eſſe neceſſarium, immò otioſum aliud iuramentum exigere, nihil enim poteſt priori, quod promotionis tempore reddiderunt, addere: ſic aliàs iuramentum fidelitatis ſimul præſtitum Papæ excuſat ne ad totam ſuam vitam, etiam ſucceſſoribus Papæ iurare teneatur, *cap. veritatis, de iureiur.* Ad ſecundum de *d. cap. quamquam* reſpondetur iuxtà modò dicta agere de clericis tempore, quo promouentur, in qua ſpecie illos ad iuramentum teneri fatemur, nos autem loquimur extrà tempus ſuæ ordinationis, iuxta dictum *cap. nullus*, quicquid Doctores cõmuniter dictum *cap. quanquam* reducant ad terminos dicti *cap. nullus*, vt ſcilicet procedat in clericis, quibus eccleſiaſticarum rerum cura commiſſa eſt, qui tamen apertè confunduntur, quia dictum *cap. quamquam* cum agat de clericis tempore, quo Sacris initiantur, omnibus conuenit, nec ad ſolos rerum eccleſiaſticarum adminiſtrationẽ habentes reſtringi poteſt. Ad tertium de

d. cap.

Digitized by Google

d. cap. Ego N. & d. cap. ſignificaſti, & d. cap. dilecti reſpondendum in terminis illorum inſtam cauſam iurandi adeſſe, nam ratio boni communis ſuadet vt Eccleſiæ Principes, quales ſunt Epiſcopi *cap. Eccleſia 35. diſt.* ad tuendum Romanæ Eccleſiæ Primatum, & conſeruandam ipſius Eccleſiæ dignitatem iuramento adſtringantur, iuxta *d. cap. ſignificaſti, verſic. hoc nimirum malo, &c.* quin etiã ob aliam quoque cauſam Epiſcopis iuramentũ defertur, quia ipſis principaliter rerum Eccleſiaſticarũ diſpẽſatio eſt commiſſa, cũ ſint principales paſtores, ac ſubinde iuxta reg. *d. cap. nullus*, omnino iurare debeant.

Ibid. *n. 4. in fine*. Et quod vacante Sede Abbatiali Conuentus ſuccedat in locum Abbatis quoad iuriſdictionem tenent Felin. *in præſenti n. 3.* & Abb. *n. 2. & 3.* Rot. *deciſ. 346. n. 3. p. 1. recent.*

CAP. DILECTA. XII. poſt *n. 2.* Ex quibus omnibus ſatis deprehenditur Abbatiſſas, & Præfectas monialium eccleſiaſticam iuriſdictionem habere poſſe, quamuis aliqui teneant illas ſolum eſſe inſtar matriſſam. nec ampliorẽ habere poteſtatem, quàm iſtas in priuato domo, ex quorum numero ſunt Victor. *in relect. 2. de poteſtate Eccleſia, q. 2. n. 4.* Sot. *in 4. diſt. 20. q. 1. art. 4.* Soar. *tom. 5. diſp. 2. ſect. 3. n. 5* Frater Eman. *quaſt. Regularium tom. 1. quaſt. 15. art. 1.* ſed loquitur contra deciſionem huius tex. Dicendum ergo eſt longam eſſe differẽtiam inter ea, quæ ſunt Ordini annexa, & ad ſacramentalem poteſtatem pertinent, & inter alia, quę ſunt iuriſdictionis; eorũ enim, quæ Ordini annexa ſunt, fœminæ ſunt omnino incapaces, & minimè poſſunt per quamcunque humanam poteſtatem fieri capaces. At verò ea, quæ ſunt iuriſdictionis, quamuis Chriſtus Dominus fœminis non concelſerit, non tamen inconuenit quod ea poſſint exercere ex Eccleſię cõmiſſione, fatetur Vict. *n. 5.* & multos referens Soar. *n. 5. dictis locis;* quemadmodum ex eadem à laico exerceri poſsũt per doctrinã gloſ. *verbo, laico, in cap. bene quidem, 96. diſt.* vnde quamuis leges Canonicæ fœminis regulariter interdicant omnem poteſtatem ſpiritualem: ſpecialis tamen ratio indecentiæ effecit vt Abbatiſſis in ſuis monaſterijs ſpiritualis poteſtas concederetur, atq; etiã propter euidentiſſimum periculum, quod iuberat ſi viri præeſſent monialibus, vt reſoluit S. Thom. in *additionib. ad 3. partem quaſt. 39. art. 1. ad finem.* & multi, quos refert, & ſequitur Henriq. *lib. 6. cap. 2. §. 4. iuncta littera X.*

Vnde fit conſequens ex ſpeciali Eccleſiæ cõmiſſione, quod Doct. omnes admittũt, poſſe habere Abbatiſſas ſpiritualem iuriſdictionem, quæ tamen Ordinis non ſit, ſed etiam generaliter à lege Canonica huiuſmodi poteſtatem conceſſam eſſe in reſpicientibus ſui monaſterij, & monialium gubernationem, quòd magis docet S. Thom. *dicto loco, & in 4. diſt. 25. quaſt. 2. art. 1. ad ſecundum*, dum ſcribit Prælationem, quæ competit Abbatiſſis, non eſſe Ordinariam, ſed quaſi ex commiſſione propter periculum imminens ex virorum cohabitatione. Vnde merito Doctores inquiunt Abbatiſſis competere omnem iuriſdictionem, quæ Abbatibus competit, veluti in beneficijs conferendis, & in bonis ſui monaſterij adminiſtrandis, ac cæteris ſupra relatis. Et quemadmodum Abbates ita etiam Abbatiſſas iuuari regula de triennali comprobat Rebuſ. *de pacif. poſſ. n. 3. cum ſequentib.*

Ibid. *n. 4. in fine* Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 13. cap. 10. q. 5. ſub lit. B.* Petr. Greg. *ſyntagm. Iuris lib. 15. cap. 19. n. 9. &* alios cumulatos à Rot. *in vna Tullen. ſeu nullius Iuriſdictionis 27. Nouemb. 1624. & in alia Tullen. ſeu nullius præbendarũ, 26. Febr. 1625.* coram R.P. D. Buratto. Præbendæ autem talium Canonicarum vſque adeo mere temporales ſunt, vt cuiuſcunque ſimoniæ expertes ſint, Verall. *deciſ. 356. n. 6. p. 2.*

Ibid. *num. 5. in fine.* Vel potius omiſſo prædicto communi intellectu Doctorum, qui dicunt ſuſpenſionem, de qua in hoc tex. non fuiſſe Eccleſiæ cenſuram, ſed ſimplicem quamdam prohibitionem potius facti, quàm Iuris, tenendo opinionem veriſſimam, quod fœminis interdicta eſt poteſtas ferendi cenſuras, vt multis comprobant Cou. *in cap alma, p. 1. §. 11. num.* 2. late Vgolin. *de cenſur. tab. 1. cap.* 2. *§. 7. à princip.* facilius ad hunc tex. reſponderi poteſt negando Pontificem in præſenti approbare ſuſpenſionem Abbatiſſæ cum potius reſcribens Abbati eidẽ imponat, vt per cenſuras eccleſiaſticas faciat obſeruari ſalubria monita Abbatiſſæ, quod ſane neceſſarium non erat ſi ſuſpenſio Abbatiſſæ valuiſſet, iuxta reg. tex. *in cap. cum ab Eccleſiarum, de offic. Ordin.* notat optime Vgolin. *d. §. 7. in fine*, & poſtea Soar. *tom. 5. diſp. 2. ſect. 3. num. 6.*

CAP. DILECTI. XIII. poſt *n. 1.* Collige ex tex. manifeſtam differentiam inter Epiſcopos exemptos, & immediate Summo Pont. ſubiectos; & Epiſcopos, qui alijs ſuperioribus, veluti Archiepiſcopis, immediate ſubſunt, vt priores Summo Pont. teneantur iurare, poſteriores autem non ita, ſed ſuis ſuperioribus, idem probat *cap. vt ſuper*, iuncta gloſ. *verbo, ſacro, de rebus Eccleſia, cap. vlt. de Eccleſ. ædific.* ſic alias Clerici dum ad Ordines promouentur ſuo Epiſcopo, & immediato ſuperiori iuramentum præſtant obedientiæ, & non Summo Pont. *cap. cum clerici, 19. de verbor. ſignif. cap. quamquam 23. diſt.* ſic Religioſi ſuo immediato Priori iurare coguntur *in cap. cum in Eccleſijs, 10. hoc tit.* Obſtat tamen maxime *cap. Ego N. de iureiur.* vbi præſcribitur forma, qua omnes Epiſcopi Summo Pont. tenentur iurare. Cui difficultati vltra alios intellectus, qui ſolent aſſignari, reſponderi poteſt cum *gloſſa* ibi, quam Abb. Imol. Felin. & DD. communiter ſequuntur, D. Antonin. *p. 2. ar. 10. c. 5. §. 2.* vt ſcilicet *d. cap. Ego N.* procedat ſolum in Epiſcopis exemptis, qui immediate Summo Pont. ſubijciuntur, non vero in Epiſcopis, qui immediate Archiepiſcopis, aut alijs ſuperioribus ſubſunt, qui cum ab ipſis promoueantur, & confirmationem, ac conſecrationem accipiant, *c. vlt.* ibi, is Metropolitani iudicio præferatur, 63. *diſt. c. ſuffraganeis 11. de elect.* ipſis & nõ Sũmo Pont. tenentur iurare iuxta hunc tex. Hodie tamen per regulas Cancellariæ prouiſiones Epiſcopatuum ſoli ſunt Summo Pont. reſeruatæ, & ideo omnes Epiſcopi indiſtinctè illi iurare debent, iuxta formã præſcriptam in *d. cap. Ego N.* præter quod Iuramentum aliud

Digitized by Google

quoque ab eis exigitur continens Fidei profeſſionẽ ex Conc. Trid. *ſeſſ. 24. de refor. c. 1. ad med.* Reges vero ſolum per epiſtolã ſimpliciter aliquem nominant Summo Pont. ad Epiſcopatum vacantẽ, Pontifex vero proponit in Conſiſtorio Cardinalium vacare Epiſcopatum, & à Rege vnum commendari, & vnuſquiſque ſententiam dicit, & is eligitur in quem maior pars concurrit, expediturq. ea re cedula conſiſtorialis, & committitur aliquibus Prælatis, vt ſic electũ, & auctoritate Pontificis confirmatum conſecrent.

CAP. STATVIMVS. XV. *n. 6.* ibi, *in 2. edit.* Et antiquior in Collegio in ſententijs proferendis eſt præferẽdus Henriq. *conſ. 47. n. 6. vbi n. 7.* cum Specu. *in tit. de citat. in verbo iam de citatione verſ. porro* dicit, quod Canonici plures ſi ſint delegati à Summo Pont. antiquior in ſalutatione præfertur.

Ad Lib. I. Tit. XXXIV. de Treuga, & pace.

CAP. TREVGAS. I. *nu. 8. in fine.* Et clauſula geminata enixam voluntatem magis oſtendit Crauet. *conſ. 54. vol. 1.* Dec. *conſ. 51. ſub n. 3. & conſ. 373. n. 8.* Roland. *conſ. 100. nu. 63. vol. 4.* Vnde ſtatutum diſponens idem, quod Ius commune addere vinculum tenent Dec. *conſ. 49. nu. 17. vol. 1. & conſ. 51. num. 7. vol. 2.* Alderan. Maſcard. *de interp. ſtatut. concl. 12. num. 17. cum ſeq.*

Ad Lib. I. Tit. XXXV. de Pactis.

CAP. ANTIGONVS. I. *nu. 5. in fine.* Roland. *conſ. 85. n. 3. vol. 3.* Et grauius eſt Principi ratione dignitatis, quia grauiùs peccat Princeps frãgendo fidem, quàm inferior, Aym. Crau. *conſ. 241. n. 19. vol. 2.* Cephal. *conſ. 545. n. 10. vol. 4.* Roland. *conſ. 1. n. 32. vol. 2.* Menoch. *conſ. 1. n. 227. & conſ. 721. n. 3.* faciunt tradita per Pereg. *conſ. 87. n. 11. vol. 1.* Nihil enim eſt, quod magis refulgeat in Principe, quàm recta fides *l. inter claras C. de ſumma Trin.* Alex. *conſ. 54. n. 15. vol. 4.* Roland. *conſ. 13. n. 53. vol. 3.* Rodulph. *de ſuprema Principis poteſtate c. 6. n. 184.*

Ad Lib. I. Tit. XXXVI. de Tranſactionibus.

CAP. STATVIMVS. II. *nu. 2. in fine.* Illud in præſentiarum ſummè notãdum eſt tex. in *præſenti* intelligi poſſe de propria, & vera tranſactione aliquo dato, & recepto, nam de ſpiritualibus ad ſpiritualia, pręſertim eiuſdem generis, tranſactionẽ recte fieri certum eſt, ſed in hoc tex. fiebat ab vtraque parte de decimis tranſactio, vt vterque aliquas haberet, aut minus ſolueret, vt cõſtat ex illo verbo, cõpoſitio, igitur meritò definit Pontifex trãſactionem ibidem valere inuat quòd hic tex. notorie intelligendus eſt iuxta *tit. de tranſactionib.* ſub quo collocatur. Nec obſtat verbum, compoſitio, poſitũ in pręſenti, eſt enim generale comprehendẽs tranſactionẽ, vbi enim cõpoſitio pro amicabili ponitur sẽper additur verbum amicabilis, aut aliud ſimile, vt probat tex. *in c. ſuper eo, hoc tit.* Confirmatur idẽ intellectus, quia in hoc tex. non agitur de titulo beneficij, ſed ſolùm de decimis, quæ Iure tñ Pontificio inter ſpiritualia connumerantur, probatur etiam *in c. venient hoc tit. & in c. ſuggeſtum, & in c. ex multiplici, de decimis.* Probant hunc intellectum Innocent. Imol. & Abb. *n. 2. in præſenti*, & alij, quos refert Duen. *reg. 927. in princip.* quamuis *gloſ. 1.* hic, quam ſequitur Dec. *in c. cum venerabilis, de cõfirmatione vtili n. 3.* velit hunc tex. non eſſe intelligendum de tranſactione, ſed de amicabili compoſitione. Nec obſtat, quod in hoc tex. requiritur auctoritas Epiſcopi quaſi neceſſaria ad purgandam ſpeciem ſimoniæ, iuxta *c. niſi eſſent, de præbend.* reſpondetur enim auctoritatem Epi non requiri ea ratione, ſed ad hoc vt tranſactio circa Iura Eccleſiæ, quæ alienationis ſpeciem cõtinent, ſuſtineatur, & perpetua ſit, aliàs paciſcentibus tantum præiudicat in vita ſua, & probat tex. *in c. de caetero, & in c. veniens hoc tit.* & ad intellectum huius tex. vide Barbat. *in cap. vlt. n. 4. de rerum permutat.* Ruin. *conſ. 142.*

CAP. CONSTITVTVS. IV. poſt *nu. 1.* Probat hic tex. non eſſe licitam tranſactionem circa beneficia, idem probat tex. *in cap. ſuper eo, hoc tit. &* vtrobiq. *gloſ.* Innoc. Zabarel. Abb. & omnes DD. ibidem, Silueſt. *verbo tranſactio poſt princ.* Angel. *eodem verbo § 4.* Lambertin. *de iurepatron. lib. 3. q. 9. princip. art. 6.* Pro qua ſententia vltra prædicta Iura tres adduci ſolent rationes. Prima quod licet tranſactio iuſte fiat circa Iura ſpiritualia, non ſic fiet circa res, quæ ex ſpiritualibus, & temporalibus componuntur, prout ſunt bona, res ſacræ, & religioſæ, quoniam temporale quoque interuenit, quod pro ipſis ſpiritualibus datum videri poteſt, quam rationem expreſſit Abb. & Sylueſt. *vbi ſupra*; Secunda ratio ex eo deducitur quod is, qui religioſum beneficium tranſactione dimittit, nihil dat, nam ſi aduerſarius verum ius habeat ex Canonica inſtitutione, à ſuperiore recepit, non ab eo, ex reg. *cap. quod autem, de iurepatr.* ſin autem alius ius non habeat ex tranſactione nihil conſequitur iuxta regulã *beneficium in ſexto*, ſicq. tranſactio non conſtabit. Tertiam rationem addit Padil. *in l. vlt. num. 13. C. hoc tit.* quod beneficium pro alimentis datur iuxta *cap. clerici 1. quæſt. 2. cap. cum ſecundum, de præbend.* de alimentis autem tranſigi non poteſt ex *l. cum ij. 8. ff. de tranſaction.* ita reſoluit Gig. *de penſionibus quæſt. 51. à num. 21.*

Verum licet hęc ſentẽtia ab omnibus recepta ſit, cõtraria verior eſt, vt ſi habilis dentur termini circa beneficia trãſactio licite fieri põt, idq. ex eo probatur, quod certũ eſt, & ab omnibus cõfeſſum citatis locis, tranſactionẽ circa alia Iura ſpiritualia recte fieri, modo id qđ datur, & recipitur ſit ſpirituale, vt præ alijs docet Sylu. & Lamber. *locis cit.* ſed nulla ratio ſufficiẽs reddi poteſt quare magis circa alia Iura ſpiritualia, quã circa beneficiũ tranſactio fiat, ergo in omnibus idẽ dicendũ. Accedit, quod ſpecies ſimoniæ dari nõ poteſt niſi in conuentione ſpiritualium temporale conſiderabile interueniat, vt à contrario ſenſu probat tex. *in cap. vlt. de rerum permut.* Præterea ſi omnia Iura, quæ de his tranſactionibus, & conuentionibus agunt, recte expendantur, his rã-

tum

tum caſibus ſpeciem ſimoniæ conſtituunt, vel de ea dubitant vbi aliquid temporale ratione cenſus, penſionis, aut expenſarum recipitur, vt colligitur *ex c. cum pridem, de pactis, cap. ſuper eo, cap. præterea 1. & 2. hoc tit. c. 2. de arbit. c. niſi eſſent, de præbend. c. dilectus il 1. de ſimon.* Vnde licet colligere quòd ſi nihil tēporale interueniat erit trāſactio iuſta circa beneficia, vtpote ſi de duobus beneficijs cōtrouerſia fuerit, vel de beneficio, & alio ſpirituali iure ſimul, cōſtabit tranſactio ſi vnus in gratiā alterius vnius ius dimittat, & alterius ius recipiat, iam enim aliquid datur, & recipitur, vt tranſactio exiſtat, ab vtraque parte ſpirituale, vt ſpecies oēs ſimoniæ abſint: nec refert ſi quis dicat poſſe contingere, vt vnus tantum ex colligitantibus in vtroque ius habeat, vel neuter, ſicq. non conſtabit tranſactio, cum in effectu nihil recipiatur, reſpondetur enim ad exiſtentiam tranſactionis ſufficere, vt vnuſquiſque dimittat id, quod ſuum eſſe putat, vel Ius quod prætendit, iam enim quantum in eis eſt datur aliquid, & recipitur, Ordinarius tamen, vel is ad quem pertinet, titulum examinabit, vt ſic vel admittat, vel repellat, etenim tranſactio in re dimiſſa ius non tribuit *l. ſi pro fundo C. de tranſact.* vbi gloſ. Bart. & communis, Iaſ. *in l. ſtipulatio iſta §. ſi quis forte, nu. 7. ff. de verb. oblig.* Tiraq. *de retract. tit. 1. §. 1. gloſ. 14. n. 62.*

Qua retenta ſententia non obſtabunt argumenta, quæ pro prima contraria adduxi; ad primum enim ex hoc tex. *& d. cap. ſuper eo*, reſpondetur Iura illa agere cum de vno tantum beneficio controuerſia erat, quo caſu tranſactio dari non poteſt, quia qui Ius ſuum dimitteret cum vnicum ſit tantum, & indiuiduum, nihil poteſt ſpirituale ab alio conſequi, ſicque cum nihil recipiat potius liberaliter cedit quàm tranſigit; ſin autem aliquid recipiat temporale ſimoniaca erit tranſactio. Igitur rectè Pontifices prædictis Iuribus definiunt abſolute tranſactionem circa vnum beneficium fieri non poſſe, idque ſignificat *d. cap. ſuper eo*, in illis verbis, aliquo dato, vel recepto, oportet enim de temporali intelligere cum ſpirituali, ibi, recipi non potuerit; vult enim Pontifex ſignificare quòd vt tranſactio exiſtat neceſſe eſt, vt aliquid recipiatur, prout gloſ. & DD. ibidē colligunt, & Doctores etiam *in d. l. tranſactio*, cum autem in eo caſu nihil poſſit recipi niſi temporale, rectè colligitur tranſactionem non valere. Ad ſecundum reſpondetur nullam eſſe conſtituendam differentiam inter res mere ſpirituales, & mixtas, quæ ex ſpiritualibus, & temporalibus componuntur, ſi in ipſis ſpirituale ſit præcipuum, prout in beneficijs contingit, in quibus ſpirituale Ius Diuini miniſterij præcipuum eſt, temporalia vero quaſi acceſſoria dependentia titulum beneficij, ſequuntur, atque ideo cum tranſactio circa Iura ſpiritualia ſit, temporalia, quæ ex neceſſitate legis titulum beneficij ſequuntur, non ſunt in conſideratione, quoniam ſpirituale pro ſpirituali dimiſſo, non vero pro temporali datur. Ad tertium reſpondetur ad validitatem tranſactionis non requiri vt id, quod ab vtraque parte dimittitur vere dantis ſit, & ex ea tranſactione accipientis fiat. Ad vltimum dicendum beneficia natura ſua non dari immediate, & principaliter pro alimentis, ſed vt officium ſpirituale præſtetur, *cap. vlt. de reſcript. in 6.* Conc. Trid. *ſeſſ. 21. de reform. c. 3.* vt autem miniſtri ſtipendium ſanctis laboribus debitum accipiāt, bona temporalia ſub eo titulo ſpirituali conſtituta ſunt, & hoc eſt quod probat tex. *in d. c. cum ſecūdum*, vnde illa ratio parum concludit ad impediendam tranſactionem.

CAP. CONTINGIT. III. poſt *n. 1.* Refert hic tex. ſolum Prælatum tranſigiſſe de re Eccleſiæ, Capitulum vero tunc demum non poſſe diſſentire ſi tacite, aut expreſſe conſenſerit: conqueritur Panor. in præſenti Doctores tex. hunc minime aperuiſſe: nititur explicare Hoſt. *in ſum. huius tit. §. quis, verſ. ſed quaro*, aliqua per Felin. *in c. edocere verſ. ſequi poteſt, de reſcript.* & per Doctores *in l. 1. C. ſi aduerſus tranſact.* bifariè pōt intelligi, primò tranſactionem hic factam à ſolo Prælato potuiſſe valere, etiamſi eſſet alienatio, ſi Prælatus rem immobilem Eccleſiæ ab aliquo detentam recuperauit, & pecuniam, vel ſimile dedit, tunc enim nihil aliud alienari videtur niſi pecunia, quam vt & res alias mobiles non pretioſas ſolus alienat, *gloſ. verbo immobilē in cap. nulli, de rebus Eccleſiæ non alien.* cōmendat Roman. *ſing. 103.* Cremenſ. *ſing. 59.* Iaſ. *in l. 1. §. fuit quæſitum, ff. ad Trebel.* In quo intellectu conſentit gloſ. celebratiſſima *in l. nulli ff. hoc tit.* vbi Bart. & Iaſ. Federic. *conſ. 204.* Roman. *conſ. 166.* Panor. vbi ſup. *col. vlt. & in conſ. 57. vol. 1.* Secundo ſi Prælatus rem etiam immobilem relinquit ſub aliqua conditione vtili Eccleſiæ requiſito Capituli cōſenſu, nam certum eſt alienari poſſe vbi eſt vtilitas euidens, & ſolemnitas, in propoſita ſpecie vtrumque adeſt, ergo alienari poteſt: facit quod Iura vulgaria ſæpe reſtitutionem concedunt aduerſus tranſactionem factā à Prælato, & Collegio, ſed non daretur reſtitutio niſi tranſactio valeret, ergo &c. quod adeo verū eſſe exiſtimo, vt etiam Prælatus cum Capitulo poſſit tranſigere, & conſentire alienationi rei nunquam ſolitæ alienari, ſi modo ita ab aliquibus vſurpata ſit, vt moraliter impoſſibile, aut difficile videatur ab eorū manibus extorqueri, iuxta quę fieri poſſet, vt ea res cōcedatur eiſdem, vel aliis, vt recuperent eam honeſta penſione, & certitudine reuertendi ad Eccleſiā ea bona; præſtat enim, vt inquit poeta Seneca, donare dimidiū quàm perdere totum. Item prudens paterfam. ſuarum rerum amator ita facere debuiſſet, diceretur q. rebus ſuis diligenter conſulere, & huiuſmodi contractus in euidentem Eccleſiæ vtilitatem redundare. Vltimo moueor in hanc ſentētiam auctoritate præclara *c. 2. de feudis*, vbi in terminis dr̄ licere Prælato, qui iurauerat nullo modo res Eccleſiæ de nouo infeudare huiuſmodi alienationem facere, nec pōt tex. intelligi de re ſolita alienari, ſeu infeudari, vt Panor. & alii intelligunt, quia de hoc non potuit eſſe dubitatio, prædixerat enim tex. Prælatum illum poſſe res ſolitas alienari iterum concedere etiam poſtquā finita generatione ad Eccleſiam reuerterentur, agit ergo tex. quando bona erant male vſurpata, & tunc primum infeudabuntur, in quem ſenſum illum tex. intelligit Sylueſt. *in ſumma verbo alienatio.*

CAP. PRÆTEREA. IX. poſt *num. 1.* In tex. ibi [*ſimoniaca pactio*] Dum tex. dicit pactionem circa Iuſpatronatus factam de re temporali

eſſe ſimoniacam aperte probat in venditione Iuriſpatronatus ſimoniam reperiri, prout in ſpecie tradunt D. Thom. 2.2. *quaſt.100.art.4.& in 4. ſenten. diſt.25.quaſt.5.*vbi Palud.*quaſt.4. num.29.* Roch.*de iurepatron. verbo vtile quaſt.3. num.8.* Lambertin. *lib.1.2.par.quaſt.1.art.12.num.17.& quaſt.4.art.3. & lib 3.quaſt.9.art.6.*D.Antonin.*par.2.tit.1.cap.5. §.22.* Syluest.*in ſum.verbo ſimonia quaſt.12.* Sot. *de Iuſt.lib.9.quaſt.7.art.1.cum ſeqq.*Nau.*in man.c.23. num.108.*Pro quibus etiam facit, quia vbi ius aliquod eccleſiaſticum, ſeù poteſtas Eccleſiaſtica venditur ſimonia reſultat, & conſtat nihil aliud importare Iuſpatronatus quàm poteſtatem quandã,& ius ab Eccleſia datum ad præſentãdum miniſtrũ in beneficio vacante, quod quidem ius, & poteſtas licèt ex gratia ab Eccleſia concederetur, & à laicis poſſideatur,non ideo minus eccleſiaſticum,ſeù ius ſpirituale eſt, & poteſtatem Eccleſiaſticam continet, quemadmodum poteſtas eligendi Prælatum,iuxta tex. *in cap. Sacroſancta,& in cap. Meſſana,* iuncto *cap.1.de elect.* quæ quidem poteſtas aliquando Principibus ſæcularibus, & alijs laicis cõceſſa fuit,iuxta tex. *in cap.Adrianus, & in cap. in Synodo*, & quaſi per totam, *63. diſt.*

Nec contra prædictam ſententiam facit, quod vaſa ſacra ſpiritualibus antecedenter annexa eſſe dicuntur,vt docet Iuriſconſultus in *l. ſacra §. 1. ff. de rerum diuiſ. & in §.ſacra inſtit.eodem,*quæ tamẽ vendi poſſunt abſque crimine ſimoniæ, probat tex. *in cap.ea enim 10. quaſt.2.& in cap.aurum 11. q.2.* fatetur D.Thom.*dicto art.4.ad ſecundam,*Sylu. *loco citato,*Nauar. *conſ.1. de rebus Eccleſiæ;* reſpondetur enim vaſa ſacra,& ſimilia retinere naturam temporalem propter materiam,cui conſecratio,ſeu benedictio adhæret, quæ quidem materia temporalis, quæ pretio æſtimatur, efficit vt in illius venditione ſimonia non committatur, dummodo ſolum materia æſtimetur,& non ipſa ordinatio ad ſpiritualia, prout declarant ſupradicti; Quæ quidem materia conſiderari non poteſt in iurepatronatus prout conſiſtit in facultate præſentandi: & licet tex. *in dicto cap.aurum,* velit vt vaſa ſacra confringenda,& conflanda ſint priusquàm vendantur, obſeruat D.Tho. vbi ſupra,in quo videtur ſignificare ante prædictam conflationem dari ſimoniam, nihilominus tamen id locum habet quando vaſa ſacra ad profanos vſus venduntur contra regulam *quod ſemel lib. 6.* oportet enim vt illo modo amittant formam,qua amiſſa conſecratio euaneſcat, vt ſine indecentia à laicis tractari poſſint,ſecus vero ſi ad ſacros vſus vendantur; tunc enim integra vendi poſſunt, quod idem eſt in ſanctis Oleis obſeruandum ſi tanta ſit materia, quæ pretio aliquo æſtimari poſſit,nec pretium illius valorem excedat, vt benè aduertit Sot. *d. q. 6. art. 1.*

Nec ſimiliter contra prædictam ſententiam facit ſi dicatur quod ius ſepulturæ ſpiritualibus ſcilicet annexum eſt, vt fatetur *gloſ. 1. in cap. non ſatis, de ſimon.* & tamen abſque ſimonia vendi poteſt iuxta illud Geneſ. *cap.23. & 25.* & attento vſu quotidiano propria ſepultura in Eccleſia nonniſi pro certo aliquo tẽporali datur; ſatisfit enim ſi aduertas ius ſepulturæ quatenus tale, putà in cœmiterio, vel alibi, ſimiliter nunquam vendi poſſe,probat tex. *in dicto c.non ſatis,ad finem,& in c.penult. de ſepult.* Sed aliquando hoc fieri, quando aliquod temporale conſiderabile in illo reperitur, puta ſi fiat ſepultura in capella, ſeù in alio loco honorifico, tunc enim non ratione ſepulturæ, ſed ratione illius rei temporalis, quæ conſiderabilis eſt, aliquod temporale admitti poteſt, prout intendit *gloſ. verbo ſepultura in d.cap.penult.* vel ſaltem ratione eleemoſynæ, vt in aliquibus partibus fieri ſolitum mihi nunciatum fuit.

CAP. EX LITTERIS VI. poſt *num.4.* In tex.ibi [*cum litteras iſtas obtinuit*] Notatur ad hoc quod laicus non poteſt impetrare litteras ad beneficium vacaturum, etiamſi antequam vacet beneficium ad Ordines promoueatur, conſtat enim tempore impetrationis laicum eſſe, ac proinde reſcriptum veluti ſubreptitium nullum iudicari arg. tex. *in cap. ſi eo tempore,de reſcript. lib. 6.* iuuat quod vt reſcriptum valeat debet fieri expreſſio rei, qua declarata redderetur Pontifex difficilior ex reg. tex. *in cap.ſuper litteris, de reſcript.* & in ſpecie benè probant tex. in præſenti, *& in cap. cum adeo,de reſcript.*Gom.*de expectat. nu.90.* Rebuff. *in praxi tit. differentia inter reſcripta nu.* 38. Sic aliàs prouiſione beneficij facta laico licet ex poſtfacto ordinetur, nihilominus tamen beneficium vacare dicitur, vt aduertit Fuſc.*de viſit.lib.2.cap.21.nu.13.*

Ad Lib. I. Tit. X I. de Ijs,quæ vi, &c.

CAP. SACRIS. V. poſt *n.4.* Ego re maturè conſiderata,perpenſiſq. varijs ad hunc tex. Doctorũ reſolutionibus difficilem illũ reputo, dum probat communicantes cum excommunicatis per metum mortis minorem excommunicationem non euadere; difficultas in hoc eſt, quia ad incurrendas cenſuras non ſufficit culpa,ſed neceſſariò requiritur contumacia,*cap.quiſquis 2.quaſt.6.cap.1.* ibi, contumaciæ vitium reprimatur,*de except.lib.6.* D.Tho. *ad 3.par.quaſt.21.art.3.* Sot. *in 4. diſt.22. quaſt. 1. art.2.*Nau. *in man.cap.27. n.9.* quam quidem contumaciam non videntur habere illi, qui per metum mortis compulſi communicant cum excommunicatis non animo, & intentione offendendi Eccleſiaſticũ præceptum, ſed magis vt mortis periculum euadant,qua ratione licèt grauiter peccent ex *gloſ.vlt. in c.non ſolum 11.quaſt.3.* qui apud Saracenos, vel infideles metu mortis compulſi Idolis ſacrificant, vel alios ipſorum ritus celebrant animo Fidem Catholicã retinentes, quia tamẽ non agunt pertinaciter, vt eſt de ratione hæreſis, vt probat tex. *in cap. dixit 24. quaſt. 3.* Caſtro *de iuſta hæreticorum punit.lib.1.cap.7. verſic.quartum, & cap. 9.* ideò pœnas Canonicas eos euadere probant *gloſ. 2. in fine,* & Doctores communiter per tex. ibi, *in c. nunc autem.21. diſt.*Abb. *conſ.4.lib.1.* teſtatur communem Clar.*§.hæreſis nu.3.* Simanch. de *Catholicis cap. 17. num. 85.* Vnde quamuis communicantes cum excommunicatis per metum mortis grauiter peccare cõcedamus,ab excommunicatione tamen, alijſq. pœnis Canonicis liberos eſſe dicendum videbatur. Confirmatur magis difficultas, quia ex cauſis multo le-

to le-

to leuioribus, vt neceſſitate famis, vel cauſa exigendi debitum excuſari communicantes cum excommunicatis, probat tex. *in cap. quoniam multor. 11. quaſt. 3.* Et conſtat ex illo vulgari verſic. vtile, lex, humile, lex ignorata, neceſſe. Igitur non eſt, par credere voluiſſe Eccleſiam obligare ſubditos cum tanto rigore, vt inſtante mortis periculo teneamur excommunicatum vitare contra reg. tex. *in cap. quod non eſt licitum, de reg. Iuris in antiquis. cap. 2. de obſeruat. ieiuniorum*, iuncta communi Theologorum ſententia de qua Sot. *de iuſtit. lib. 1. quaſt. 6. art. 4. col. antepenult.* & latè poſt multos, quos refert, & explicat Azor. *inſtit. moral. par. 1. lib. 1. cap. 11. quaſt. 1.* & agens de Carthuſianis circa præceptum de abſtinendo à carnibus quod ad illud cum mortis periculo non teneantur diſputat idem Azor. *d. par. 1. lib. 5. cap. 6. quaſt. 7.*

Quibus difficultatibus oppreſſi Doctores communiter cõſtituunt metum mortis regulariter excuſare communicantes cũ excommunicatis, ità D. Tho. *in 4. diſt. 18. q. 2. art. 4. gloſ. 3.* vbi Sot. *diſt. 22. q. 1. art. 4.* Nau. *in man. cap. 27. n. 36.* Couar. *in cap. alma mater par. 1. §. 3. n. 9.* & poſt Ledeſ. Medin. & alios, quos refert, ſequitur Henr. *in ſumma lib. 13. cap. 21. §. 2. iuncta littera P.* Vgol. *de cenſur. tab. 2. c. 13. n. 4.* Iac. de Graff. *in aur. deciſ. lib. 4. cap. 13.* Soar. *to. 5. diſp. 4. ſect. 3. n. 12.* Azor *d. quaſt. 1.* qui omnes variè torquẽtur circà intellectum huius tex. varias interpretationes, ſeu magis diuinationes ad illum afferentes. In primis enim Innoc. *in cap. ſi verè, de ſent. excomm.* intelligit agere hunc tex. de metu leui, qui regulariter nõ excuſat *l. vani timoris ff. de regulis Iuris.* Sed conuincitur ex littera tex. ibi, pro nullo metu, &c. Vnde Theologi communiter intelligunt agere de communicantibus in Diuinis; ita D. Tho. Maior, & Ledeſma dictis locis. Alij ad ſolos communicantes in crimine, vel in contemptum Clauium, ita Nauar. Cou. Graff. Henric. Soar. & Azor. præcitatis locis. Verum hi omnes intellectus nimium reſtringũt litterã, & generalitatem huius tex. qui indiſtincte negat metum quantumcumque mortis ſic communicantes excuſare.

Quare non videtur recedendum à generali regula Pontificis, immo generaliter aſſerendum nullum metum quantumcumque mortis excuſare communicantes cum excommunicato ſiue in Diuinis, ſiue in humanis, & tam in crimine, & in contemptum, quàm & ſine, & extra illud, vt tenebant antiquiores communiter, & conſtat ex Abb. *n. 7. in fine in præſenti*, & ex Adrian. *in 4. q. de Clauibus q. 3. except. 18.* de quo meminit Cou. *d. n. 9. verſ. primus.*

Pro reſolutione autem difficultatum aduerte illum metum ſolummodo iuſtum eſſe, & excuſare in vtroque foro per quem quis eligit minus malũ ad vitandum maius, vt probat tex. opt. *in l. metum 5. ff. quod metus cauſa*, explicat poſt D. Tho. Ariſt. Fortun. & alios, Cou. de *ſponſal. p. 2. c. 3. §. 4. n. 2.* & vide quæ ſcribit Sanch. *de Matrimon. lib. 4. diſp. 1. n. 9.* Plane qui eligit peccatũ vt mortem effugiat, eligit maius malum, vt euitet minus, ideoq. à colpa liberum non eſſe probat tex. *in c. merito, & in c. illa cauenda 15. q. 1.* cum ſimilibus, quibus probatur eos, qui faciunt aliquid per metum velle ſimpliciter, id quod agunt, quia coacta voluntas, volũtas eſt, *l. ſi mulier §. ſi metu*, ibi, coactus volui, *ff. quod metus cauſa*, eamdemq. rationem inſinuat Pont. *in hoc cap.* dum reddit rationem differentiæ inter vim præciſam, & metum, quod in prima omnino excuſatur quia magis pati, quàm agere videatur, non ita in metu, cum nullus metus tanti ſit faciendus, vt pro eo debeat quis mortale peccatum incurrere, ſed oporteat potius omnia mala tolerare, quàm malo conſentire, vt inquit tex. ſimilis *in cap. ſtane 32. q. 5.* ex qua ratione merito Pontifex generaliter colligit in hoc tex. eos, qui per metum mortis cum excommunicatis communicant neque à culpa liberari, neque perconſequens excommunicationem euadere.

Quo retento intellectu nõ obſtant ſuprapoſitæ difficultates, nam ad primam de contumacia, reſpondetur repetita illa contumaciæ diſtinctione formalis ſcilicet, & materialis, in communicante cum excommunicatis per metum mortis, non reperiri contumaciam formalem regulariter, quæ conſiſtit in eo, quod quis non obtemperat præcepto ſuperioris animo, & intentione ei non obtemperandi, ſed tamen non deficit contumacia materialis, quatenus iſte legitimè monitus per metum culpabiliter ſuperiori non obedit, vt mortem euadat, quã materialem cõtumaciam ſufficere ad cenſuras incurrendas docent Cou. *in cap. alma p. 1. §. 9. n. 3.* & omnino *verſ. eſt tamen*, & Valen. *to. 4. diſp. 7. q. 7. puncto. 5.* Illud vero quod in argumento adducebamus de ſacrificante Idolis per metum mortis certum non eſt, immo contrarium conſtat ex vſu Eccleſiæ, quæ tales conſueuit abſoluere, vt teſtatur ipſe Clar. in argumento adductus, contrariumque magis probat *d. cap. nunc autem*, vbi Marcellinus Papa eo quòd carnificũ timore victus ab immaniſſimo Diocletiano Imp. Idolis thurificare coactus fuit culpam ſuam in generali Concilio confeſſus eſt, & ideo inquit tex. non fuiſſe depoſitum, quia prima Sedes à nemine iudicatur, ac ſubinde non ex defectu culpæ ſufficientis ad incurrendas pœnas Canonicas, ſed ex defectu poteſtatis, & iuriſdictionis; ex hiſtorijs tamen Damaſi, & reliquorum cõſtat Marcellinum ipſum Pontificatum depoſuiſſe, quod magis probat Cardin. Bellarmin. *tom. 1. de Romano Pont. lib. 4. c. 8. in fine, & de auctorit. Concil. lib. 2. cap. 19. in princip.* reclamantibus alijs, vt per Platin. *in eius vita*, Turrecrem. *de poteſtate Eccleſiæ lib. 2. cap. 103.*

Ad ſecundam ℞ poſſe Eccleſiam obligare præceptis ſuis ſubditos etiam cum mortis periculo, vt omnes fatẽtur, immo id intendere quoties materia grauis eſt bonum publicum concernens, docet Caiet. *1. 2. q. 96. art. 4. & 2. 2. q. 125. art. 4.* & tenere fere omnes Iuris Pontificis interpretes fatetur contrarium reſoluens Azor. *d. lib. 1. c. 11. q. 1. in princ. & lib. 5. cap. 6. q. 6.* certum eſt enim in violatione cenſurarum commune bonum offendi, quod magis conſiſtere noſcitur in auctoritate Eccleſiæ, per cenſuras (quæ ſunt ipſius arma) tuenda & conſeruanda *cap. cum inter, de conſuetud. c. 1. de exceptionib. lib. 6. in princip.* & quia licet leue quid videatur communicare cum excommunicato ſalutando, colloquendo, vel aliter in humanis, ex præ-

dicto tamen ſine debet grauiſſimum reputari iuncta communi traditione de qua Azor. *d. lib. 5. c. 6. q. 5.* Ad confirmationem autem ex tex. *in d. cap. quoniam multos* ℞. legem eſſe Canonicam, quæ ſpeciales caſus excepit à generali regula, inter quos non reperitur ille de communicāte per metum mortis, ſed potius eum excuſare noluiſſe apparet ex littera, cum enim in præfatione de his fecerit mentionem, qui ignorantia, ſimplicitate, timore, neceſſitate, &c. cum excommunicatis communicant, deinde in deciſione omnes alios expreſſit, communicantes vero per timorem omiſit, vnde bene ſuccedit reg. tex. *in cap. non ne de præſumpt. cum ſimilibus*: neque deeſt æquiſſima differentiæ ratio, quando enim quis propter neceſſitatem famis communicat cum excommunicato, ponitur circumſtantia, quæ tollit omnino ipſius actus malitiam, iuxta reg. tex. *in cap. diſcipulos, de conſec. diſt. 5.* vbi gloſ. & omnes notarunt, docuit *D. Thom. 2. 2. q. 66. art. 7.* Sot. *de Iuſtit. lib. 4. q. 7 art. 1.* Cou. *in reg. peccatum p. 2. §. 1. n. 3.* quia ſcilicet intentio petentis aliméta ab excommunicato principaliter fertur ſecundum finem illum ſubleuandi famis neceſſitatem, petitq. ab excommunicato rem ſibi debitam ab ipſa lege naturali, taliſque petitio eſt medium natura ſua ordinatum ad propriæ vitæ conſeruationem, quæ omnia deficiunt in communicante per metum, neque metus circumſtantia tollit actus malitiam, neque communicans cũ excommunicato petit rem ſibi debitam lege naturali, ſed potius ipſius intentio directe fertur in actum illicitum, quem ipſe eligit, vt mortem euadat ex dictis, neq; denique actus, quem eligit natura ſua ordinatur ad conſeruandam vitam, ſed ex intentione ipſius metum paſſi illud medium eligentis contra legis præceptum. Confirmatur hæc differentia ex hiſtoria Machabæorum, quos *lib. 1. cap. 2.* & *lib. 2. cap. 7.* conſtat propter metum mortis adduci non potuiſſe vt à patrijs legibus recederent, ſuinaſque carnes comederent, quas tamen conſtat comediſſe propter famis neceſſitatem, atque hanc differentiam ſentit Abb. *d. n. 7. in fine*, latius explicat Cou. *d. §. 3. n. 9. verſ. 1. & verſ. 2.* licet immerito deinde alias interpretationes magis probet.

Ad Lib. I. Tit. XLI. de in integrum reſtitutione.

CAP. REQVISIVIT. I. poſt *n. 1.* In tex. ibi (*ſub modico cẽſu.*) Tex. hic difficilis reputatur du quæritur aduerſus quẽ contractũ conceditur in integrũ reſtitutio, *gloſ. 1.* hic, & Pinel. aliud agens in *l. 2. C. de reſcind. vendit. p. 3. c. 1. n. 21.* arbitrantur procedere in emptione, & venditione, accipientes verba illa, ſub modico cenſu, pro modica pecunia inſtar pretij, & verba in fine, ibi, coloni, ideſt, emptores colẽtes poſſeſſiones ipſas: ſed quilibet etiam leuiſſimis tinctus litteris fatebitur prædictis verbis manifeſtam fieri violentiam. Alij intelligunt in locatione ad longum tempus, vt ita ſit ſenſus, quod ſi Eccleſia lædatur in contractu locationis reſtituenda ſit circa rem ipſam, non vero ad penſionis ſupplementum, poſt alios Pinel. *vbi prox.* ſed non placet quia tex. ſupponit ius & proprietatem poſſeſſionum per contractum fuiſſe tranſlatam ad laicos, patet ibi, redire, quod verbum ſupponit tranſlationem iam præceſſiſſe quoad vtrumque dominium, ſane quamuis locatio ad longum tempus vtile dominiũ trãsferat in conductorẽ, ob idq. non poſſit fieri à prohibito alienare, vt dixi *in collect. ad lib. 3. tit. 13. c. 3. n. 12.* nunquam tamen directum, ergo de locatione ad longum tempus intelligi non poteſt, vt recte conſiderant Abb. Beroi. & alij ſtatim referendi.

Quamobrem iuxta verba huius tex. ſupra relata cum Fortun. intellige reſtitutionem fuiſſe conceſſam aduerſus cõtractum cenſuarium vere & proprie conſideratum, certum enim eſt de ratione cenſus eſſe quod vtrumque dominium transferat in accipientem, cũ debita tamen ſubiectione, quæ domino antiquo præſtanda eſt iuxta formam conuentionis, plane tex. hic de conuentione agit per quam omne dominium tam vtile, quàm directum tranſlatum fuit, patet ibi, ad ipſius conuenit ius, & proprietatem redire, vt ſupra explicatum fuit. Deinde tex. in initio expreſſe agit de poſſeſſionibus ſub modico cenſu conceſſis, ergo vt verba hæc in ſua proprietate retineantur, & ſequentia conſonent, omnino oportet intelligere de conuentione cenſuali, & ita cum iudicio recte intelligunt poſt Abb. Ber. in præſenti, alij, quos refert Felician. *de cenſibus in proœmio. n. 9. verſic. & quo*, vnico verbo Valaſ. *de iure emphyteut. q. 32. n. 35.* Nec obſtat quod verba illa, ad ius & proprietatem, æquè propriè, immo magis adaptari poſſunt contractui emptionis, & venditionis, de cuius natura eſt omne ius & dominium transferre in emptorem. *l. cum manu ſata 80. in fine, ff. de contrab. empt.* Reſpondetur enim priora verba, ſub modico cenſu, hunc intellectum non admittere, deinde verbum, coloni, infrà adiectum propriè dici de cenſuarijs, quàm de emptoribus vt rectè aduertit Mant. *hic n. 26.* Tandem non obſtat quod retento hoc intellectu Eccleſia dici non poſſit notabiliter læſa, ac ſubinde reſtitutioni in integrum locus eſſe non debuerat contra tex. in præſenti, quo argumento à prædicto intellectu nouiſſime, vt ille ait, recedit Mantua. vbi proxime, neque enim læſio contingere dicitur quamuis res maxima ſub modico cenſu concedatur, quia vt plurimũ res quamuis opulentæ per huiuſmodi contractum ſub minima penſione conceduntur in recognitionem priſtini dominij, vt eſt de natura cenſus. ℞. namque adhuc læſionem conſiderari poſſe, quæ ſufficiat ad in integrum reſtitutionem, dum in eo quod res in cenſum fuerint conceſſæ, & ideo redire iubentur ad ius & proprietatem Eccleſiæ, tum etiam quia forte reſpectiue ad rem ipſam cenſus fuit modicus, & iniuſtus, vt tex. habet, neque oportet læſionem enormem eſſe vt reſtitutioni fiat locus, cum etiam ob minimam, dummodo maiori rei, vel ſummæ non præiudicetur, reſtitutio concedatur, *gloſ. 2.* recepta per tex. ibi *in l. ſcio 4. ff. de in integ. reſtitut.* plures vt per Cou. *lib. 1. var. c. 3. n. 11.* verſ. his. Coſta *in §. & quid ſi tantum, p. 2. n. 76.* Pinel. *in l. 2. C. de reſcind. vendit. p. 1. c. 1. n. 26.* Padil. *in l. quamuis n. 3. C. de iuris & facti ignor.* licet con-

contradicant gloſ. & DD. communiter citati ab eiſdem.

CAP. CVM VENISSENT. II. poſt *n. 1.* In tex. ibi (*qui in cauſis monaſterij. &c.*) Cum Capitulum Sede vacante non poſſit iudicium inſtituere, nec proceſſus contra Eccleſiã factus valeat, quippe quæ caret legitimo defenſore iuxta tex. *in cap. vlt. ne Sede vacante* mirum videtur cur in hoc tex. monachi vacante Eccleſia poſſint procuratorem ad iudicia conſtituere cõtra *d. cap. vlt.* & ſine auctoritate Prælati contra *cap. cauſam quæ*, ibi, cum autem &c. vbi *gloſ. verbo, aſſenſu, de iudicijs*, iuuat *reg. qui facit 72. lib. 6.* vbi gloſ. Iura ſimilia citat. Cui difficultati duobus modis poteſt reſponderi, primò tex. in præſenti agere ſolum de negotio & cauſa electionis, ideſt de iure eligendi Prælatum ad Eccleſiam vacantem, quod Sede vacante neceſſariò eſt tractãdum, nec commode differri poteſt, ita *gloſ. verbo procuratorem in præſenti*, quam *ſequuntur* Butr. *n. 34.* & alij, *gloſ. 1. in cap. cum dilectus de conſuetudine*, Felin. *in cap. edoceri n. 7. verſic. fallit. 2. de reſcript.* Nec obſtabit quòd hic tex. extra hanc cauſam procuratorem admittit ad alias, vt patet ibi, in cauſis &c. quia reſpõdetur agere de cauſis, quæ circa ipſum electionis negotium poſſunt contingere, quæ omnes tamquam acceſſoriæ ad negotium electionis principale poſſunt per Capitulum agitari, arg. *cap. de prudentia, de donation. inter virum*; ſic aliàs quamuis ſuprema poteſtas Pontificalis vacante Sede apoſt. non maneat penès Cardinales, poſſunt tamen facere ea omnia, quæ ſunt neceſſaria ad ſummi Pontificis electionem faciendam, *Clemẽt. ne Romani, in princ. de elect.*

Poteſt & ſecundo modo hic tex. intelligi in cauſis, quæ mouentur ſuper bonis diſtinctis, quæ ad ſolum Capitulũ ſpectant, in quibus illud per ſe abſque Prælato agere poteſt, argum. *d. cap. edoceri, ad finem*, ibi, niſi &c. ac perconſequens poterit ſuper eiſdem procuratorem conſtituere iuxta hunc tex. reſoluunt Abb. & communis *in d. c. vlt.* ac Felin. vbi proxime, quod intellige etiã in negotijs grauiſſimis, & arduis, in quibus conſenſus Prælati ſemper requiritur, quamuis bona ad ſolum ſpectent Capitulum, iuxtà communem *in d. cap. cauſam, quæ.* Felin. *in d. c. edoceri verſic. prima declar.* Vant. *de nullitat. tit. ex defectu inhabilitatis n. 47.* Mench. *frequent. cap. 16. à princ.* adhuc enim iudicium ſuper his bonis, cum ad Capitulum in totum quoad ſubſtantiam, & quoad adminiſtrationem pertineant, poteſt Sede vacante non obſtante defectu prædicti conſenſus tractari, vt per Abb. & communem *in d. cap. vlt* ſi tamen iudicia moueantur ſuper bonis, quæ non ad ſolum Prælatũ, verum etiam ad Capitulum pertinent ita vt inter eumdem, & Capitulum ſint communia, prout in ſpecie *d. cap. edoceri*, dubitãt Doctores an Sede vacante poſſint per Capitulum expediri; reſoluendum eſt quòd non, & ita ampliata deciſione *d. cap. vlt.* obſeruãt ibi Abb. & communis, Innoc. Hoſtien. But. & Imola *in cap. 1. ne Sede vacante*, Abb. *in c. 1. nu. 4. de præſcript.* Felin. *in d. cap. edoceri, verſic. vacante.* Cuius rei ratio eſt, quia quantumcumque bona ſint communia inter Prælatum, & Capitulum, adminiſtratio tamen illorum ad ſolum ſpectat Prælatum iuxta *d. c. edoceri* ibi, cum ex officio, &c. Gom. *in reg. de triennali q. 5.* Vant. *de nullitat. tit. ex defectu mandati à n. 26.* Vnde nil mirum ſi iudicia ſuper bonis licet communibus vſque ad futurum Prælatum ſuſpendantur. Nec obſtabit *cap. vnic. in princip. ne Sede vacãte lib. 6.* & *cap. vlt. de Regular. eod. lib.* vbi Capitulum, & Conuentus ſuccedit in collatione beneficiorum, & receptione monachorum ſibi, & Prælato communi, quia procedunt illa Iura in his, quæ ſunt modici præiudicij ſecundum Abb. *d. n. 4.* ſecus vero ſi maximi, vt in his terminis, in quibus agitur de alienatione bonorum Eccleſiæ, quæ magis eſt præiudicialis arg. tex. *in c. ſi is cui 42.* ibi, alienatione, &c. *de elect. lib. 6.*

CAP. AVDITIS. III. poſt *n. 4.* In tex. ibi (*Licet autem &c.*) Notatur ad hoc, quod poſt publicationem teſtium, Eccleſia, vel minor habet reſtitutionem ad teſtes producendos ſuper eiſdem articulis, vel directo contrarijs, ita in effectu *gloſ. verbo omiſſam*, Abb. ſtatim in princip. & reliqui DD. in præſenti, *gloſ. verbo lapſum in Clemen. vnic. hoc eod. tit.* Felin. *in cap. intimauit n. 2.* vbi Abb. *n. 2. de teſtib.* idem Felin. *n. 6. poſt med.* Bellem. *n. 19.* & Abb. *n. 4. in cap. fraternitatis, de teſtib.* in minore probat tex. *in l. minor 37.* vbi gloſ. *verba allegatione ff. de minor.* reſoluunt Iaſ. *in l. vbi exigitur, n. 6. ff. de edendo*, Anton. Gom. *tom. 2. var. c. 14. n. 5.* Mauric. *de integrum reſtit. c. 165. & ſeq.* Mench. *quæſt. frequent. cap. 31.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo vel aduerſarij dolo n. 9.* Contrariam tamen ſententiam tenuit Dyn. *in l. 1. §. nunciatio ff. de noui oper. nunc.* Paul. *in d. l. vbi exigitur*, & eſt de mente Innoc. *n. 2. in præſenti.* Sed eas fœdere diſtinctionis concordandas eſſe iudico, vt prima procedat quando nullos omnino Eccleſia, vel minor teſtes produxit, itaut elapſo termino ad faciendas probationes deſignato ſine teſtibus minoris, vel Eccleſiæ publicatio facta ſit; quia eo ipſo quòd minor non probauit, nec adduxit teſtes, quos poterat adducere, Iuris præſumptione patet illum eſſe deceptum, & per talem præſumptionem conſtare de eiuſdem læſione, ac proinde oportere, vt illi reſtitutio concedatur, qua conceſſa non obſtante publicatione teſtes producere poterit ad ſuã intentionem fundandam iuxta Iura ſupra citata, & in hoc caſu intelligi poteſt dicta ſentẽtia cõmunis Canoniſtarum, quam ſeruari in praxi teſtatur Aufrer. *ad Capell. deciſ. 53.* Secunda vero ſententia, vt procedat quã Eccleſia, vel minor plures, vel aliquos arbitrio Iudicis numero ſufficientes teſtes ad probandã intentionem ſuam adduxit, quorum teſtimonia per ipſum Iudicem legitime recepta fuerunt, in quo caſu non aliter minor reſtituitur, quàm ſi probet meliores, & potiores teſtes prætermiſiſſe, conſtat namque aduerſus illum maximam dari præſumptionem, quod meliores teſtes produxit in cauſa, vt regulariter à litigantibus fieri ſolet, & vti talem læſionem non habere, ac proinde ſtãte tali præſumptione denegabitur reſtitutio, donec doceat interueniſſe læſionem in eo, quod meliores teſtes prætermiſit, & in hoc caſu procedit opinio Bar. *in l. nam & poſtea. §. ſi minor n. 7. ff. de iureiur.* vbi Iaſ. *n. 19.* dicit communem legiſtarum, Boer. *deciſ. 79. n. 6.* procedit etiã tex. *in cap. cum veniſſet* à *verſ.* nos igitur, ibi, intelligentes,

Digitized by Google

gentes, quod monaſterij procurator, &c. & *in cap. ex litteris 4. in princ.* ibi, intelligimus, & in verſ. perſpeximus, *hoc tit.*

Nec prædictæ concordiæ refragatur tex. *in præſenti*, vbi teſtes fuerunt producti, patet in *verſ. Verum* ibi, probantur per teſtes, & tamen tex. dicit ſolummodo ad petitionem propoſitam, & allegationē partis aſſerentis neceſſariam probationem fuiſſe omiſſam, reſtitutionem concedi, patet ibi, neceſſariam (vt aſſerit) probationem omiſſe, reſpondetur cum Imol. *in præſenti*, & Iaſ. *vbi ſupra* dum dicunt adijciendum eſſe verbum, & probat, quaſi dicat tex. vt aſſerit, & probat, cum ſint termini habiles, quos tex. neceſſario ſupponere debet, prout etiam ſupponit tex. ſic intelligendus *in cap. ſuſcitata*, ibi, poſtulauit quam eidem duximus indulgēdam. *hoc tit.* Vel melius dicendum eſt tex. in præſenti agere de duabus Eccleſijs inter quas erat controuerſia, & à quibus ſimul petebatur reſtitutio, patet ibi, quia tamen vtraque pars, &c. quo dato cum nemini reſultaret præiudicium in concedenda petita reſtitutione, nil mirum ſi non fuiſſet denegata, & vtriuſque partis aſſertioni tanquam veræ probationi ſine alia probatione ſtaretur.

CAP. EX LITTERIS. IV. poſt *n. 3.* Obſtat tamen quia attento Iure potuit mulier de qua agitur audiri contra ſententiam de qua hic, ex reg. *cap. lator, & cap. conſanguinei, de re iudic.* ac ſubinde nec fuit neceſſaria, nec potuit competere reſtitutio iuxta *l. in cauſa 2. in princip. ff. de minorib.* vt pūgit *gloſ. in præſenti*: Vnde hic tex. varie intelligitur per DD. in præſenti, & præcipue per Bero. *nu. 27.* Cōis tamen obtinuit neceſſariā fuiſſe reſtitutionem, quia mulier voluit, & petijt audiri contra ſententiam ex actis antiquis, proceſſu, & inſtantia priori ad quam à Pontifice reſtituitur, ſiquidem reg. *d. cap. lator*, intelligitur per nouum proceſſum, & inſtantiam inchoandam, non vero ex actis prioribus, quorum reſpectu ſententia omnino tranſiit in rem iudicatam, & fidem fecit, iuxta tex. *in l. properandum C. de iudic. c. 2.* ibi, ſententia terminari, *de re iudic.* Sic Butr. Abb. & alii *in præſenti*, Abb. *in d. cap. lator n. 12.* vbi Felin. *n. 8.* Cou. *de ſponſal. p. 2. cap. vlt. §. vlt. nu. 12. verſ. ſecundo*. Pro quibus facit vltra verba tex. ibi, audientiam, quia vt habetur *ad gloſ. vlt. cap. ad reprehendam, de offic. Ordin. & in d. c. lator*, & ſimilibus, retractatur ſententia per viam querelę, quæ noue inſtituitur contra ſententiam. Igitur libellus, & proceſſus nouus in noua inſtantia requiritur, ac ſubinde in propoſito huius tex. competit, & conceditur extraordinarium reſtitutionis auxilium, quia pinguius, & vtilius eſt reſpectu inſtantiæ eiuſdem ad quam fit regreſſus, iuxta ſententiam *gloſ. vlt. in l. vlt. C. ſi aduerſus rem iudic.* receptæ ex Pinel. *in l. 2. C. de reſcind. vendit. p. 3. c. 1. n. 19.* Intellige prædictā communem procedere, & nouum proceſſum requiri, vbi error ſententiæ contra veritatē prolatæ pendet ab errore proceſſus, & probationum, quæ contra veritatem productæ ſunt, vt in ſpecie *d. cap. lator, & d. c. conſanguinei*; ſecus vero ſi proceſſu recte riteq. ordinato, & probationibus legitimis allatis ſecundum veritatem ipſa ſententia contra actorum veritatem pronuntiata ſit, itaut in ea tantum ſit error; inconuenit enim tunc nouam litem inſtitui, & nouas probationes fruſtra offerri, labores, & expenſas magis augeri vbi ex eiſdem actis, & probationibus ſentētia emēdari, & ſecundū veritatem proferri potuit. Sane mulier hæc reſtituitur nō vt vltimam ſententiam retractet, quia nec contra illam agere intendit, ſed vt proſequatur appellationem priorem, quam contra priorem ſententiam propoſuerat, vt ſatis innuunt verba tex. ibi, de cauſa prioris appellationis, &c.

Ad Lib. I. Tit. XLIII. de Arbitris.

CAP. NON SINE. II. poſt *n. 1.* Dum in hoc tex. videtur condemnari arbitrium quo alter ex litigantibus iubetur liti cedere, & ab altero pecuniam recipere vbi controuerſia de beneficio erat, cum ſummus Pont. rationem prædicti arbitrij iniqui non reddat, non parum difficile eſt id intelligere; Gloſ. poſt varias rationes illam magis amplectitur *verbo, quinque* quod pro ſpirituali iure pecunia data ſit, ſicq. quaſi ſimoniacum putant improbari arbitrium, & hunc intellectum communem teſtatur Beroi. ibid. *n. 44.* Repugnat tamen *cap. niſi eſſent, de præbend.* & communis omnium traditio, quæ habet ex mandato arbitri pro bono pacis pecuniā recte dari ſi nulla præcedat conuentio, aut conditio. Conſtat autem in hoc tex. litigantes de pecunia data mentionem egiſſe, & tamen negotium in poteſtate arbitrorum fuiſſe poſitum, igitur arbitrium quaſi ſimoniacum non debuit improbari. Rurſus contra facit quod ſummus Pont. in hoc tex. arbitrium abſolute non condemnat, ſed Iudici præcipit vt ſi conſtiterit eſſe adeo iniquum, vt fuit à parte relatum, eam abſoluat, ſi autem æquum eſſe videret, ſeruari iubeat, vnde aperte probat retento eodem caſu pecuniam inique, & iuſte dari potuiſſe, ac perconſequens non bene gloſ. affirmat ob id ſolum arbitrium non valere, quia pecunia data fuit. Quare Hoſt. Innoc. Zabar. *n. 5. oppoſit. 6.* Imol. *n. 16.* Abb. *in.* Beror. *46. in præſenti* difficultatem auxerunt, & varijs modis explicant, à quibus receptum eſt arbitrium huius tex. valere potuiſſe quia pecunia data fuit pro bono pacis iuxta terminos *d. cap. niſi eſſent*, ſed quoniam Presbyter iuſſus fuit renuntiare ſuo Iuri ſpirituali, & liti cedere, & ob id quinque marchas recipere, potius pro ceſſione Iuris ſpiritualis pecuniam videtur dare, nec enim arbitri beneficium ius habenti adiudicabant, & pecuniam alteri pro bono pacis iubebant dari, ſed vt recepta pecunia iuri ſuo cederet, quod non licet iuxta *cap. vlt. de rerum permut.* Verum cum tex. non ſimoniam arbitrij, ſed iniquitatem condemnet, & ita demum ſit iniquitas, non videtur illum intellectum verbis tex. conuenire.

Pro vero igitur intellectu aduertendum eſt arbitrium arbitratoris, quod laudum dici ſolet, euidenter iniquum, vel quod maximam affert læſionem, petita reductione ad arbitriū boni viri coram Ordinario, vel à Principe, aut emendari, aut inualidum declarari poſſe, quamtumuis iuramento fuerit confirmatum, vt Abb. & omnes reſoluunt *in cap. Quintauallis, de iureiur.* Menoch. *de arbitr. caſu 76.*

in

in princ. Roland. conſ.76. à n. 26. lib. 1. intra triginta annos Bapt. de different. inter arbitrum & arbitratorem q. 84. Alex. conſ. 183. n. 4. lib. 6. Afflict. deciſ. 132. Gaſp. Caballin. milleloq. 873. His ſuppoſitis dicendum in hoc tex. Clericos arbitratores fuiſſe, & Presbyterum de quo ibi iniquitatem arbitrij ſummo Pont. retuliſſe ex cauſis in hoc tex. expreſſis; Pontifex vero Iudici prærepit vt ſi arbitriũ adeo iniquum eſſe viderit Presbyterum abſolnar, & ſi æquum iudicauerit ſeruari iubeat, vnde propter iniquitatem non propter ſimoniam tantùm arbitriũ reſcinditur; potuit enim ſeruatis ſeruandis ſimonia in eo caſu abeſſe, & dari iniquitas, ideoque tantùm Sũmus Pont. in hoc tex. definit iniquum arbitrium, ſiue in ſpiritualibus, ſiue in temporalibus detur, non obſtante iuramento reſcindendum; ſi vero quæras in quo iniquitas verſetur, dicendum eſt in eo quod is iubebatur cauſæ cedere, qui euidens ius habebar, quod ſi in temporalibus fiat vt paruo recepro pretio is, qui meliorem cauſam videtur habere, liti cedar, iniquum etiam iudicabitnr arbitrium vt Pontifex docet in præſenti; augeturq. in hoc tex. iniquitas ex rationibus per gloſ. & DD. ſupra adductis, ex quorum mente hic intellectus deſumitur, quamuis non ita derlarent.

CAP. DILECTI. IV. poſt. n. 5. In gloſ. [Conſuetudinem] ibi (conſuetudo dat iuriſdictione) Vide Paris. conſ. 25. n. 36. lib. 1. Decian. tract. crimen. lib. 4. c. 27. ſub. n. 6. Ambroſin. de immunit. c. 14. n. 1. Natt. conſ. 98. n. 4. Menoch. conſ. 112. n. 65. vol. 2. Sehrad. de feudis p. 10. ſect. 5. n. 5. cum ſeq. Surd. conſ. 465. n. 4. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 184. n. 25. Sayr. de cenſur. lib. 1. cap. 6. n. 31. Biag. de conſuctud. q. 8. n. 17.

CAP. CVM TEMPORE. V. n. 4. ibi, & p. 3. q. 34. adde Cened. canonic. quæſt. lib. 1. q. 26. ſub n. 9. Seraphin. deciſ. 1025. paulo ante n. 16. Aloyſ. Ricc. deciſ. 163. n. 6. p. 1. Fachin. conſ. 55. n. 10. & conſ. 16. n. 9. lib. 1.

Ibid. poſt eund. n. 4. Vnde ex hoc tex. colligitur exemptum ſine licentia Summi Pontificis non poſſe renunciare exemptioni; cuius deciſionis ratio eſt quia intereſt Romani Pontificis, qui eſt ſuperior, ſubditos ſuos ab alijs non iudicari Abb. in cap. 1. n. 19. de re iud. & in cap. ſi de terra n. 5. de priuileg. & in cap. ſignificaſti 27. n. 8. in fine & ſeq. de foro comp. Armil. in ſum. verbo exemptio n. 8. Galerat. de renunciat. tom. 2. cent. 2. renunc. 140. n. 18. Caſtr. conſ. 432. incip. videtur dicendum n. 3. lib. 1. late & eleganter Rot. in vna Vlixbonen. monaſterij 19. Nouemb. 1625. coram Reuerendiſs. D. meo Coccino Decano, vbi contrarijs reſponder.

Ibid. poſt n. 9. In gloſ. [Libertatis] ibi (ſed quantum ad ſe potuit renunciare, & non quantum ad Papam) Notari ſolet ad hoc quod priuilegio poteſt renunciari in præiudicium exempti, non vero eximentis. Verum, vt melius dicit Abb. hic. num. 7. non poteſt conſiderari aliquis effectus quantum ad exemptum, nam ius libertatis eſt ita coniunctum inter exemptum, & ſuperiorem, vt commode ſeparatio fieri non poſſit, nec eſt verum quod ait Alberic. in l. ſi quis in conſcribendo 39. n 9. de Epiſcopis & cleric. quod ſcilicet poſſit renunciari priuilegio ſpecialis exemptionis quando Motu proprio non fuit conceſſum, quia Sylueſt. in ſum. verbo exemptio §. 10. dirit contrarium eſſe verius euidentiſſima ratione, quia exemptio fit gratia exemptoris, quod dictum ſequitur Armil. in eod. verbo n. 8. Rebuff. conſil. 142. col. 2. verſ. exempta, refert Rot. in d. Vlixbonen. monaſterij.

Ad Lib. II. Tit. I. de Iudicijs.

CAP. DECERNIMVS. II. poſt n. 3. Notatur ad hoc quod Abbates Prælatorum nomine continentur vt per Abb. in præſenti n. 2. Dec. n. 8. & Ripa. n. 30. Butr. in cap. 1. num. 7. de ætate & qualitate, Lap. alleg. 84. num. 11. Dec. in cap. edoceri. n. 40. de reſcript. & in cap. quia nos, num. 7. de appellat. Vitalin. in. Clement. 1. n. 3. de ſupplenda neglig. Prælatorum. quamuis ſint Abbates commendatarij, dummodo perpetui exiſtant, Dec. in d. cap. edoceri n. 4. Barbat. conſ. 2. num. 18. & 25. lib. 2. Sarnen. ſuper reg. de trienn. quæſt. 5. num. 17. cum ſeq. Rebuff. conſ. 77. num. 1. Rot. deciſ. 346. num. 2. part. 3. lib. 3. diuerſorum Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſ. 5. §. 8. n. 27. præcipue ſi verſemur in oratione vniuerſali, vt ponderat Dec. hic nu. 8. in 2. notab. poſt quos omnes ità cenſuit Rot. in vna Romana prælat. 8. Aprilis 1622. coram Domino Buratto.

Ibid. num. 5. in fine, ibi dict. 234. Iacob. de Graff. in aureis deciſ. part. 1. lib. 1. cap. 13. num. 72. Octau. Corit. reſp. 13. n. 26.

CAP. CÆTERORVM. V. n. 2. in princ. ibi, Eccleſiaſtica perſona, Prælatus enim Eccleſiaſticus in iuriſdictione temporali, quam obtinet in feudo à Principe habito, iudicatur tamquam laicus, vt Baro, ſeu feudatarius, & vaſſallus Principis, & ideo à ſententia Prælati habentis iuriſdictionem temporalem nõ appellatur ad ſuperiorem eccleſiaſticum, ſed ad Principem ſærularem, vt per Innoc. Abbat. & Felin. n. 4. in cap. ſolitæ de maior. & obed. Gail. lib. 1. obſeru. 30. n. 4. cum ſequenti, Autrer. de poteſt. Eccleſiæ in ſeculares n. 14. verſic. 19. Mill. in verbo appellatio Myſing. centur. 5. obſeru. 5. Cou. pratic. cap. 4. n. 2. Frec. de ſubfeud. lib. 3. differ. 53. Schrad. de feudis parte 10. ſect. 5. num. 53. Franc. Marc. deciſ 454. num. 10. & ſeq. p. 1. Pereg. conſ. 1. à Ponte deciſ. 2. n. 1. & ſub n. 24. Moder. de Iuriſd. part. 4. caſ. 198. n. 1. Bobadil. in ſua politica. lib. 2. cap. 17. n. 196. & cap. 18. num. 64. ea ſane ratione quia iſto caſu Prælatus non iudicat vt clericus, ſed vt Baro, & laicus Cancer. variarum lib. 3. cap. 13. n. 345. Oliban. de iure fiſci cap. 10. nu. 3. Carol. de Graſſis de effectibus clericalibus effectu 1. n. 513. Maſtril. de magiſtr. lib. 3. c. 8. nu. 31. quod quidem velim reſtringi ad feudum rectum, & ad caſum in

quo

quo non poſſit qualitas hæc controuerti ex patenti ipſius inueſtituræ tenore.

Ibid. *n. 3.* ibi. *n. 27.* adde, *& de appellat. lib. 3. cap. 2. quæſt. 8. n. 92.* Capibl. *in tract. de auctorit. Baronum pag. 1. n. 31. & 32.* Hieron. Papin. *conſ. 151. num. 2. verſic. & ſimiliter*, Anton. Piag. *de conſuet. quæſt. 6. n. 292.* Martin. Vran. *conſ. 9. num. 41. col. 1.* Gaſp. Theſaur. *quæſt. foren. lib. 2. cap. 15. ſub. n. 9.* Petr. Aziu. *practicarum quæſtionum lib. 1. quæſt. 8.* nouiſſime Octau. Glorit. *in reſponſ. 13. num. 29.*

CAP. CAVSAM, QVÆ. IX. poſt *num. 3.* In tex. ibi (*Epiſcopi ſui*) Collige ex tex. Regulares Eeeleſias itidem eſſe Cathedrales, neque enim eæ ſunt qualitates incompatibiles, vt poſt Card. bene docent Barbat. *in Clement. 1. num. 32. de elect.* quo caſu Epiſeopus ibi eſt loeo Abbatis, vt probat tex. *in cap. nullus, de elect. lib. 6.* & ponitur exemplum in hue tex. quem præ eæteris explieat clarius Bonifat. VIII. (vt aduertit etiam Cniae. ibid.) *in Extrau. debent ſuperioribus ſuis §. dudum, de offieio Ordinarij, inter communes*, multas qnoque alias Eeeleſias præter Dulmen. de qua in præſenti, quæ ſimiliter ſunt Cathredales & Regulares, in Anglia exiſteutes refert Hoſtieuſ. *in princ.* & duas in Sieilia Panormitana ſeilieèt, & Mõtis Regalis commemorat etiam hic Abb. ſub *n. 8. verſie. & die quod in Sieilia*, vbi notat in his Eeeleſijs Epiſeopum eſſe loco Abbatis, nec ideo alium ſuperiorem Regularem extare, qui ſit caput Conuentus, ſed conſtitui vnum eorpus ex ipſo Conuentu & Epiſcopo. Cõpetit igitur Epiſeopo omnimodam iuriſdictionem in Canonieos ſuæ Cathedralis Abbatiali & Epiſcupali ſimul vuitis potentijs, vt loquitur Abb. in *præſenti n. 10.* lieet in his, quæ ad regulam pertinent vicaria vtatnr poteſtate Monaehi alieuius tamquam melius verſati in his, quæ ad regulam hniuſmodi ſpectant, quæ fuit mens Ioan. Andr. & Gemin. *in d. cap. nullus*, hineque dum viſitat adhibet vnum Regularem ad minus, vt *in d. Extrauag. debent*, nec tenetnr explieare an quod faeit faciat magis vt Epiſeopus, quàm vt Abbas, ſie doeet Panor. *hie ſub eod. num. 10. verſ. & etiam puto.*

Vnde prouenit quod in hac controuerſia non admittatur diſtinctio an procedatur in figura iudieij, vel ſeeus, ſi enim idem eſt Epiſeopus & Abbas & eæ virtutes ſunt vnitæ, proeuldubio talis diſtinctio eſt frnſtatoria, tenendumq. eſt Epiſeopum qnouis modo procedere poſſe, vt bene firmatum fuit in Rot. *deeiſ. 69. n. 6. p. 1. in recent.* etiam priuatiue quoad alios Regulares Rot. *deeiſ. 121. num. 4. ead. p. 1.* etiamſi menſæ ſint ſeparatæ, vt *in d. deeiſ. 69. n. 4.*

Qui qnidem ſtatus Eeelcſiæ Regularis Cathedralis haue præeipuam habet prærogatiuã, vt ſi qui elerici ſeeulares in ea ſint recepti, vel recipiuntur pro eelebratione Diuinorum, teneantur ij eelebrare officium Regulare, nec ſunt admittendi ad ſæeulare pro euitando ſeandalo, optime doeuit Vitalin. *in Clem. vnic. ſub. n. 53. verſ. eodem modo, de eelebrat. Miſſar.* quem probauit Rot. *deeiſ. 79. num. 3. d. p. 1. reeent.* nec euntrarium poſſet per Epiſeupum ſtatui, vt ibi *n. 5. & deeiſ. 84. per totam eadem p. 1.*

CAP. QVIA V. XI. poſt *n. 2.* Difficilis eſt hie tex. varioſque patitur intellectus, dnm admittit reſeriptum contra prædeceſſorem obtentum ratione ſpolij eomprehendere etiam ſuceeſſorem in benefieio, quaſi non diuerſa perſona ſit, contra tex. *in cap. P. & G. de officio deleg.* de quo opponit gloſ. hie *verſ. ſed contra*, vbi in fine reſpondet ſuceeſſorem in hoe tex. non eonueniri virtnte primi reſcripti, ſed potius ex nouo mandato Papæ, vt videtur probari in hoe tex. ponderando verbum, præeipimus, ſequitnr in præſenti Dee. *n. 4.* & adiuuatur hie intellectus, quia ex originali relato *tom. 3. Coneil. inter acta Alex. III. tit. de ſpoliatis reſtituen. cap. 9.* vbi pro verbo, præcipimus, de quo in hoe tex. inueniuntur illa verba, volumus, & præcipimus, quod quidem verbum, volumus, Ius nouum denotat, vt docet *gloſ. fin. in Clem. 1. de rerum permut.* Sed iſte intellectus deſendi nequit, quia vetius eſt in illo tex. R. fuiſſe eonuentum virtnte primi reſeripti eontra G. & probatur in verbo, præcipimus, vbi Romanus Pont. refert ſe ad primum reſeriptum arg. *cap. litteris 39. de reſcript.* & quia epiſtolæ Deeretales ſunt declaratoriæ Iuris cõmunis, & non continent noua præeepta ex tex. *in cap. in cauſis 19. de re iudic. & in c. ex multa de voto, gloſ. fin. in eap. conſultationi, de tempor. ordinat.* & ita eũ miſterio fuit ab hae Deeretali ſublatum verbum, volumns, de quo in originali, ne prima faeie videretur indueere nouum præeeptum, & iſtum intellectum aſſignauit *gloſ. hie verbo verum eſt*, & communis teſte Dee. *hic n. 4.* Rip. *in c. ſæpe, de reſtit. ſpoliat.* Corraſ. *in l. naturaliter §. nihil commune n. 50. ff. de aequir. poſſeſſ.* Gom. *in reg. de triennali q. 11. in fine.* & facit hic tex. ibi, mediante ratione.

Quare alij reſpondent ideo ſueeeſſorem eonueniri in hoe tex. ex reſetipto impetrato eontra prædeceſſorem, quia ſuceeſſor in benefieio ſueeeſſit in vitioſa poſſeſſione ſeienter, & ratione violentiæ beneficium manſit affectum, & tranſiuit eum illo vitio in ſueceſſorem, & hae ratione ſueeeſſor eenſetnr eadem perſona eum anteceſſore ex tex. in *l. vitia C. de acquir. poſſeſ. & in § furtiuæ, Inſtit. de vſueap. gloſ. a. in cap ſeire 2. q. 1.* quam eommendat Felin. *in cap. prudentia §. ſexta, de offieio deleg.* Et pro hoc intellectu pondero originale buius tex. vbi pro verbo, ingreſſus, de quo hie, ponitur verbum intruſus, quod ſonat in vitium & malam fidem, vt *in c. iam dudum, in fine de præb. & in c. auaritiæ, de elect. li. 6.* Sed hie intellectus conuineitur quia nullibi eautum reperitur à lege, vt ille, qni in vitium alterius ſuecedit, eenſeatur eadem perſona, & ſine lege hæc fictio induei nequit *l. ſi forte*, vbi Bart. *ff. de eaſtrenſi peeul.* Menoeh. *de præſumpt. lib. 1. præſ. 9. nu. 19.* Deinde confunditur ex *cap. ſæpe de reſtitut. ſpoliat.* dum eontra talem ſcientem & vitioſum ſuceeſſorem nouum remedium coneedit obrogato Iuris rigore, vt patet ibi, ſancimus, &e. & tamen ſi ipſe ſueeeſſor vna perſona eum prædeceſſore eſſet, abſque dubio competeret remedium poſſeſſorium, quemadmodum eontra hæredem vt *in l. 1. §. vlt. ff. de vi & vi arm.* Menoeh. *remed. 1. recuper. n. 157.* Conuincitur denique ex *d. §. furtiuæ*, qui loquitur in poſſeſſore bonæ fidei, & tamen res vitio affecta tranſit cum illo vitio in ſueceſſorem & ideo cum miſterio

in hoe

in hoc tex. pro verbo, intruſus, de quo in originali, fuit poſitum verbum, & ingreſſus, ad denotandum quod etiãſi ſuccedat quis bona fide in re affecta vitio, procedit hic tex. Nec obſtat *d.l. vitia*, quia dum probat vitium violentiæ tranſire in quemcumque ſucceſſorem, procedit ſolum quoad impediendam longi temporis præſcriptionem, vt in *d. §. furtiua, & in auth. malæ fidei* C. *de præſcript. longi temporis*, docent Rip. *in d. cap. ſæpe n.49.* Corraſ. *in d. §. nihil cõmune n.114.* Menoch. *remed.16. recup. n.62.*

Verus igitur intellectus duplex aſſignari poteſt. Primus eſt in eo reſcripto comprehendi etiam ſucceſſorem in beneficio, quia fuit reale directum principaliter in rem, vel cauſam, de qua agebatur, non contra certam perſonam, ſed tantum ad ſpolium illud reponendum, & ex eo fit vt quemcumque ſucceſſorem comprehendat. Nec obſtat quod tex. in principio facit mentionem de perſona ſpoliatoris, & ſic videtur dirigi in perſonas, & eſſe perſonale; quia reſpondetur non ex eo dici perſonale reſcriptum, quod certæ perſonæ mentio facta ſit, niſi fiat in conceſſione ipſius, & cũ conceditur ſimpliciter ad reſtitutionẽ, licet perſonã deſignet, reale cenſeri debet.

Secundus tenet reſcriptum de quo in hoc tex. extendi ad ſucceſſorem ſecundum vim comprehenſiuam, pro cuius rei declaratione præſuppono, quod in reſcriptis ad lites conſideratur duplex vis, comprehenſiua ſcilicet, & extenſiua, & dicitur vis comprehenſiua quando reſcriptum extenditur ad illa, quæ comprehenduntur ſub ipſius verbis, vt comprehendũtur perſonæ non expreſſæ in reſcripto ſub clauſula illa, & quidam alij, vt *in cap. ſedes, de reſcript. & in cap. 2. eod. tit. lib. 6.* Vis autem extenſiua dicitur quando agitur de extendendo reſcriptum de re ad rem, vel de perſona ad perſonam non comprehenſam ſub verbis reſcripti, vt in terminis *cap. Rodulphus, & cap. fin. de reſcript. & d. cap. P. & G. de offic. deleg.* Quibus præſuppoſitis reſoluo reſcripta ad lites quantum ad vim comprehenſiuam non eſſe ſtricti iuris, ſed late poſſe interpretari, vt extendantur ad ea, quæ comprehenduntur ſub verbis reſcripti proprie, ſeù lato ſumpto vocabulo, ſed quãtum ad vim extenſiuam eſſe ſtricti iuris, & ſtricte interpretanda, vt *in cap. edoceri, de reſcript. & in c. dilecti, de foro competen.* docet Innoc. *in cap. Epiſcopus, de rebus Eccleſ. non alien.* ſequuntur Abb. *n.3.* Barbat. *num. 4.* & communis ibi, idem Abb. *hic in fine*, Felin. *in rub. de reſcript. nu.3.* Beroi. *in d. cap. Epiſcopus num.10.* qui dicit magis communem, licet Barbat. *in d. rub. de reſcript. num.4.* dicat communiter reprobari Innocentium. Vnde cùm ille, qui ſuccedit in beneficium, quaſi ſuccedat in vitiũ, vt in *d. cap. ſæpe gloſ. 2. in c. denique 7. quæſtir.* quam dicit ſingularem Felin. in *cap. prudentiam §. ſexto nu.16. de offic. deleg.* merito extenditur reſcriptum ex vi illa comprehenſiua ad ſucceſſorem in vitium.

CAP. CVM VENISSENT. XII. *nu. 2.* ibi, concedentem, Ruin. *conſ. 38. num. 8. vol. 1.* Alex. *conſ. 216. num. 13. vol. 3.* Gail. *lib. 1. obſeru. 1. num. 7.* Card. Mantic. *de tacitis & ambig. conuen. lib. 2. tit. 1. num 55. & ſeq.* Surd. *conſ. 558. num. 6.*

Ibid. *d. num. 2. in fine.* Eius enim eſt interpretari actum, cuius eſt condere, ſeù actum facere, Decian. *conſ. 36. nu. 8. cum ſeq. vol. 5.* Gutier. *practic. lib. 3. q. 28. n. 3.* Alderan. Maſcard. *de gener. ſtatut. interpret. concl. 2. nu. 146.* Menoch. *conſ. 3. nu. 22. & conſ. 684. n. 23.* Surd. *conſ. 383. n. 18.* Ioan. Garc. *de nobilit. gloſ. 1. §. 1. num. 2.*

Ad Lib. II. Tit. II. de Foro competenti.

CAP. CVM SIT GENERALE. VIII. *n. 2.* ibi, *reg. 21.* adde Roland. *conſ. 23. num. 8. & 12. vol. 2.* Surd. *conſ. 266. nu. 8.* Carol. Bardel. *conſ. 19. n. 14.* Guaſp. Theſaur. *q. forenſ. lib. 2. c. 15. n. 6.*

CAP. SI DILIGENTI. XII. *num. 3. in fine*, adde, Surd. *conſ. 280. num. 9. & deciſ. 26. n. 10.* Ambroſin. *de immunit. cap. 16. nu. 9.* Octau. Glorit. *reſp. 13. num. 6.*

CAP. CVM CONTINGAT. XIII. *n. 4. in fine*, Natt. *conſ. 294. num. 2. lib. 2.* Rebuff. *ad leges Galliæ tom. 3. tit. de conſuetud. in præfat. n. 79.* Tiber. Decian. *conſ. 35. num. 45. tom. 5.* Petr. Greg. *in cap. conquerente, de officio Ordin. cap. 11. nu. 14.* Menoch. *conſ. 302. num. 44.* Lancel. *de attentat. par. 2. cap. 12. limit. 48. num. 4.* Surd. *conſ. 465. num 4. & 5. vol. 4.* Paul. Comit. *reſponſ. moral. lib. 1. q. 28. num. 1. ad fi.* Fachin. *conſ. 98. nu. 4. lib. 1.*

CAP. DILECTI. XVII. *nu. 14.* ibi, *nu. 6. & concl. 934.* Anton. Gabr. *communium ſub tit. de citation. concl. 1. n. 396.* nouiſſime Hieron. Buccaroni. *de different. inter iudicia ciuilia, & crimin. differ. 122. num. 2.* vbi intelligunt in ciuilibus: in criminalibus vero, & in obligatis alicui ex delicto, putà ex dolo, violentia, rapina, & ſimilibus dolo commiſſis, ſufficit illa probari per iuramentum intereſſe, & damnum paſſi, ſi tamen de violentia, & crimine prius plene conſtiterit, Seraph. *de priuil. iuram. priuil. 31. à num. 79.* Menoch. *de arbitrar. caſu 208. n. 6.* Maſcard. *de probat. concluſ. 832.* Cardin. Tuſch. *verbo furtum concluſ. 564. num. 54.* Hieron. Buccaron. *vbi ſupra nu. 1.* cum quo numeris ſequentibus multipliciter declarabis.

Ad Lib. II. Tit. IX. de Ferijs.

IN rub. ibi, de diebus feſtis, adde Vincent. Filliuc. *tom. 2. tract. 27.*

CAP. OMNES DIES. I. *num. 3. in fine*, Filliuc. *d. tract. 27. cap. 11. num. 208.*

Ibid. *nu. 6. in fine*, vide Filliuc. *d. tract. 27. cap. 10. num. 183.*

CAP. LICET. III. *num. 4.* ibi, *num. 14.* Filliuc. *tom. 2. tract. 27. c. 9. num 164.*

Ibid. *eod. num. 4. in fine*, Filliuc. *d. cap. 9. n. 166.*

Ibid. *num. 5. in fine*, Filliuc. *d. cap. 9. à num. 172.*

CAP. CONQVESTVS. V. *nu. 5. in fine*, Filliuc. *tom. 2. tract. 27. cap. 3. n. 32.*

Ibid. *n. 6. in fine.* Filliuc. *d. tract. 27. c. 5. nu. 71.*

Ibid. *n. 7. in fine.* Filliuc. *d. tract. 27. c. 5. n. 73.*

Ibid. *n. 9. in fine*, Filliuc. *d. cap. 5. nu. 72.*

Ibid. *n. 10. in fine.* Filliuc. *d. tract. 27. c. 3. n. 31.*

Ibid. *n. 11. in fine.* Filliuc. *d. tract. 27. c. 3. n. 32.*

Ibid. *n. 12. in fine.* Filliuc. *d. cap. 3. n. 42.*

Ibid. *n. 14. in fine.* Filliuc. *d. c. 3. n. 44.*

Ibid. *n. 15. in fine.* Filliuc. *d. c. 3. num. 37.*

Ibid.

Ibid. *num. 16. in fine*, Filliuc. *d. cap. 3. num. 40.*

Ibid. *num. 18. in fine*, & de omnibus feſtiuitatibus Beatiſſimæ Virginis vide Filliuc. *d. tract. 27. cap. 4. num. 48. cum ſequentibus.*

Ibid. *num. 19. in fine*, Filliuc. *d. tract. 27. cap. 5. num. 66. & 67.*

Ibid. *num. 20. in fine*, Filliuc. *d. cap. 5. num. 68.*

Ibid. *num. 25.* ibi, *num. 36.* Filliuc. *d. tract. 27. cap. 6. à num. 83.*

Ibid. *num. 26.* ibi, *num. 44.* Filliuc. *d. tract. 27. cap. 11. num. 219. & 220.*

Ad Lib. II. Tit. XII. de Cauſa poſſeſſionis, & proprietatis.

CAP. CVM ECCLESIA. III. poſt *num. 12. In tex. verſic. verum commode*, &c. Hic tex. difficilis videtur quatenus in ſpecie illius Ius commune reſiſtebat Clericis ſpoliatis poteſtate eligendi Epiſcopum, & aſſiſtebat Canonicis Eccleſiæ Cathedralis ſpoliatoribus, de quibus in præſenti, vt hic fatetur Pontifex in illis verbis, Canonica inſtituta, &c. & tamen ſupponit abſque vlla tituli oſtenſione prædictos clericos fore reſtituendos, niſi inſimul actum fuiſſet petitorio in quo Clerici defecerunt contra tex. *in. cap. ad decimas, de reſtitutione ſpoliat. lib. 6.* & ita probat tex. clericos contra quos Ius commune reſiſtebat potuiſſe præſcribere poteſtatem eligendi Epiſcopum abſque vllo titulo, quem non allegarunt, neque probarunt contra reg. *cap. 1. de præſcript. in 6.* Omiſſis varijs explicationibus, de quibus Abb. *num. 44.* Ripa *n. 120. in præſenti.* & alijs relatis per Couar. *lib. 1. variarum cap. 17. nu. 7.* et Mench. *illuſtrium cap. 86. à princ.* ex mente nonnullorum Doctorum reſpondēt Præceptores in hoc tex. propterea non fuiſſe factam reſtitutionem, quia clerici de quibus hic non breui tempore ſicut *in d. cap. ad decimas* (prout illi intelligunt verbum eo aliquandiu, ibi poſitum) poſſeſſionem habuerunt, ſed diuturnā & longam quaſi poſſeſſionem, eo quod conſtet ex littera eos non tantum in vna, vel duabus, ſed in trium Epiſcoporum electionibus inſimul cum Canonicis concurrere, patet ex tex. ibi, electio trium Epiſcoporum, &c. Inſuper non ſolum per ſe, ſed etiam per ſuos prædeceſſores concurrere patet ex princip. tex. in verſic. *verum*, ibi, ipſi ac prædeceſſores eorum, &c. ex qua diuturna quaſipoſſeſſione inſurgit præſumptio tituli præcedentis, & ex illa iuſtificatur poſſeſſio eligendi iuxta reg. tex. *in l. cum de in rem verſo, ff. de vſur. & in l. filius, C. de petitione hæredit.* qua de cauſa tex. iſte expendit illas tres electiones, alias enim ad probandam poſſeſſionem per ſe ſolam ſufficiebat vnicus actus, qui effectum ſortiretur, iuxta tex. *in cap. conſultationibus, de iurepatron.* communis ex Couar. *in reg. poſſeſſor. p. 2. in princ. num. 6.* quæ quidem explicatio probabilis eſt, & vti talis defendi & teneri poteſt.

Sed vrget aliquo modo, quia aſſiſtentia trium electionum de neceſſitate non conuincit longinquitatem temporis, ſiquidem poterant Epiſcopi electi breui viuere tempore. Vrget ſecundo quia tex. non expendit illas tres electiones in cauſa poſſeſſorij, de quo directe non agebatur, (tunc enim vnica ſolum electio ſufficiebat), ſed in cauſa petitorij, ſuper qua ſententia prolata fuit. Vrget tertiò quia tex. *in d. cap. ad decimas* indiſtinctè procedens, talem diſtinctionem temporis non facit, quæ quidem facienda erat ſi de neceſſitate requireretur. Vrget denique quia verbum, aliquandiu, poſitum *in d. cap. ad decimas*, etiā longinquitatem temporis, licet non magnam, importare ſolet; ac proinde videtur inconueniens, vt poſſeſſio in hoc tex. iuſtificetur, recurrere ad longinquitatem temporis.

Quare aduertendum duxi in hoc tex. per euidentem præſumptionem conſtare de titulo, ſiquidem Clerici de quibus hic, ex ſcientia & patientia Canonicorum fuerunt recepti ad electionem faciēdam, ex qua ſcientia & patientia vrgenti præſumptione reſultauit priuilegium, ſine quo non eſt veriſimile Canonicos recepiſſe prædictos Clericos: Vnde neceſſariò dicendum eſt in ſpecie huius tex. Clericos habuiſſe titulum, vel ſaltem aliquid loco tituli, & de illo conſtare, iuxta reg. tex. *in l. 2. C. de ſeruitutibus, & l. ſi ego, §. 1. ff. de publican.* ibi, per traditionem, ac patiētiam, quo quidem titulo ſeu cauſa ſufficienti iuſtificabatur poſſeſſio, qua iuſtificata tex. in præſenti ſupponit Clericos fore reſtituendos ſi ſolum remedio poſſeſſorio ageretur, eo maxime quia Canonici non ſemel, ſed ter receperunt & admiſerūt ad electionē Epiſcopi Clericos, quos facile potuiſſēt excludere, per quam admiſſionem, & receptionem in hac materia, quæ præiudicium non graue continere videtur, perinde acſi Clerici haberent titulum legitimum ex conceſſione Canonicorum, iuſtificatur quaſipoſſeſſio illorum, & tollitur Ius commune eiſdem Clericis contrarium vt in propoſito intendunt Imol. *hic num. 26.* Dec. *conſ. 134. in fine*, Roland. *conſ. 47. num. 42. lib. 1.* Menoch. *d. loco verſ. tertius, & num. 5.*

Nec obſtat huic intellectui quod ſcientia, patientia, & admiſſio prædicta, quæ tacitā importat conceſsionē, tantummodo attendi, & locū habere debet vbi ſciens, & admittens potuit expreſſe titulum concedere iuxta *d. l. 2.* & reg. *l. cum quid ff. ſi certum petatur.* At vero in propoſito Canonici non poterāt expreſſe titulum, & ius eligendi Epiſcopum alijs concedere tum ex tex. *in cap. conſtitutis 47. de elect.* tum etiam quia per huiuſmodi conceſſionem alienarent Iura Eccleſiæ, quod nunquam licet extra caſus & ſolemnitates Iuris, *cap. nulli, de rebus Eccleſiæ non alien.* cum vulgaribus, vt aduertit Abb. *in præſenti num. 43.* Refellitur enim ſi aduertas quod dum ſtatuta Canonica Ius eligendi Epiſcopum Canonicis Cathedralium Eccleſiarum concedunt, vt tex. habet, tantummodo euincunt alios Clericos eiuſdem Diœceſis eſſe priuatos eo Iure, nō quidem in totum, & abſolute, ſed quoad ipſos Canonicos, idest ſi à Canonicis non fuerint admiſsi arg. tex. vbi *gloſ. verbo admiſerunt* & DD. *in. cap. cum. Vintonien. 25. de elect.* Ratio eſt quia cum Epiſcopus non ſolum Canonicorum, ſed etiam omnium Clericorum ſuæ Diœceſis ſuperior ſit, & Prælatus Ordinarius, per totum *de officio Ordin. cap. cum Epiſcopus, illo tit. lib. 6.* & omnes cum Epiſcopo vnum corpus conſtituant

Digitized by Google

tuant. *cap.ſcire 7.q.1.* non eſt contra Ius, quod Canonici Clericos aliarum Eccleſiarum eiuſdem diœceſis admittant ad electionem Epiſcopi, *cap. obeuntibus 63. diſt.* præſertim quia per hanc admiſſionem non alienatur ius eligendi, quod remanet adhuc penes Canonicos *l. alienatū ff. de verbor.ſignif.* Textus vero *in d. c. conſtitutis* vltra varios intellectus, de quibus per Abb.ibi, Rip. *hic n.120.* agit non quidem de Iure eligendi communicato Clericis eiuſdē diœceſis, & ita ſubditis eidem Epiſcopo, qui eligendus eſt, ſed de facultate eligendi communicata illis, qui non erant de illo Collegio, immo extranei, & non ſubditi illius Prælati, de cuius electione agebatur, id quod eſt contra Ius commune iuxta tex. quem ſic intellige *in cap. dilectus*, ibi, Iuri communi, *de conſuetud.* & reg. *cap. vlt. verſ. vlt. de religioſis domibus*, quæ in ſpecie *d. cap. conſtitutis* omnino, & directe violatur, non ita in ſpecie huius tex. Neque etiam refragatur, quod ſi receptio, & admiſſio prædicta inducit titulum, & conceſſionem Iuris eligendi, quam Canonici præſtare potuerunt, vtique illa per ſe ſufficere debuit abſque alia præſcriptione, quinimmo illa ſtante præſcriptio locum habere non potuit, argumento *l.4.§.lana ff. de vſucap.* reſpondetur enim quod licet Canonici potuerint huiuſmodi ius eligendi clericis communicare, nihilominus tamen dum eoſdem ſimpliciter receperunt, & admiſerunt ad electionem, non ſatis conſtat de perpetua, & expreſſa conceſſione in futurum, quia adhuc dubitari poteſt an pro tunc, an vero in perpetuum eligendi facultatem communicauerint. Vnde meritò huiuſmodi receptio, & admiſſio, quæ per ſe ad plenum non ſufficit, ſufficiet loco tituli, vt cauſam tribuat præſcribendi, & ita ſatisfaciat regulæ.

Ibid. *poſt num.21* in ead. gloſ. [*Breuitatem*] ibi, (*duplicatum tempus requirunt*) Licet hanc ſententiam ſequantur multi hic, & alibi, vt per Abb. *n.13.* Bero. *à nu.40. in cap. de quarta, de præſcriptionibus*, Cou. *lib.1. variarum, cap. 17. num. 10.* nihilominus tamen veriùs videtur etiam in præſcribendis ſeruitutibus diſcontinuis tempus ordinarium decem, vel viginti annorum ſufficere abſque duplicatione *l. ſeruitutes ff. de ſeruitutibus* in quibus etiam locum habet *l.1. C. de vſucap. transformanda.* Nec obſtat tex. *in l. ſi ſit*, quem gloſſa hic expendit, de cuius materia, & explicatione plura tradūt vltra Doctores ibi, *gloſ.3.* & alii *in l. vlt. C. de ſeruit.* Abb. Bero. & Cou. dictis locis, Conan. *lib.4. cap.12. à nu.19.* Cuiac. *lib. 14. obſeru.18.* Sed probabilius eſt illic ad ſeruitutem admittendam requiri tempus duplicatum, non quia eſſet diſcontinua, ſiquidem etiam hæc ordinario nō duplicato tempore amittitur *l. ſequuntur §. ſi viam ff. de vſucap.* docet Paul. *lib.1. receptar. tit.18.* Sed quia in ſpecie illius tex. ex conuentione partium ſeruitus fuit limitata, & habebat interualla alternis annis, vel menſibus diſtincta, ac ſubinde ſtante huiuſmodi conuentione dominus prædij dominantis licet maxime vellet non poterat omni tempore, vti ſeruitute, quinimò tanto tēpore tenebatur abſtinere quanto vtebatur, vnde meritò non ſufficit tempus ordinarium, in cuius dimidia parte dominus non ceſſauit, nec fuit negligens cum vti non potuerit *l.3. ff. de regul. Iuris* Ac ſubinde ad inducendam negligentiam, & non vſum temporis ordinarij requiritur continuum duplicatum, quia v.g. ex viginti annis inſurgit non vſus, & negligentia decem annorum per quos tantummodo vti potuit ſtante conuentione illa, aliter enim ſi decem continui ſufficerent amitteretur ſeruitus per non vſum, & negligentiam annorum quinque, & ita non per tempus ordinarium, ſed per dimidium illius, vt aduertunt Conan. *vbi ſupra*, Bero. *in d. cap. de quarta à nu.52.* Rip. *in præſenti num.119.* & ſatis præſentit Iureconſultus *in d. l. ſi ſit*, ibi, quo cum vti, &c.

CAP. CVM SVPER. IV. poſt *num. 1.* In tex. ibi [*fuerit confirmatus, &c.*] Ergo confirmatus in Eccleſia non probata, nec allegata corporali poſſeſſionis apprehenſione eſt admittendus ad intentandum remedium poſſeſſorium contra ea, quæ addidimus *ad cap. tranſmiſſam 15. de elect.* Textus igitur in præſenti intelligendus eſt datis terminis habilibus, ſcilicet data corporali poſſeſſionis apprehenſione, quæ neceſſariò ſupponitur ad intentandum poſſeſſorium ex tex. *in cap. conſultationibus, de officio delegat. & in l. 1. §. adijcitur ff. de vi, & vi armata.*

Ad Lib. II. Tit. XIII. de Reſtitutione ſpoliatorum.

CAP. LICET. I. poſt *num. 3.* In hoc text. proponitur ſpolium factum à familiaribus Eccleſiæ, & data fuit actio aduerſus ipſam Eccleſiam, quod Hoſtien. Abb. & Bellem. *in præſenti* dicunt eſſe verum, quia Eccleſia in hoc tex. approbauit, & ratum habuit ſpolium; ſed hic intellectus diuinat cum hoc ex tex. non conſtet; ex quo alij contendunt teneri Eccleſiam, quia ſcienter ſucceſſit in vitium ſpoliantis iuxta reg. *cap. ſæpe, infra hoc titulo*, quod etiam non placet, quia illa ſcientia debet prius allegari, & probari, vt *in dicto cap. ſæpe*, probatur, iuncto *cap licet, verſ. idem quoque, de probation.* Vnde Beroius *hic num. 9.* dicit Eccleſiam conſenſiſſe ſpolio, & propterea teneri, eo enim ipſo quòd familiares non retraxit conſenſiſſe viſa eſt *gloſ. fin. in cap. notum, 2. quæſt. 1.* quod minus placet, quia non conſtat illo caſu Eccleſiam ſpolium agnouiſſe eum requiratur, vt teneri poſſit, quod de ipſius domini voluntate fiat, vt *in l. 1. §. deieciſſe ff. de vi, & vi armata, & in cap. cum ad ſedem, hoc tit.* nec tex. *in d. cap. notum* contrarium probat, quia ibi ſine ordine iudiciario fuit poſſeſſio occupata, quo caſu etiam per Iudicem datur actio ſpolij, quia mandauit, vt conſiderauit Alex. *in dicto §. deieciſſe num. 4. & 7.*

Quare dicendum eſt quòd in hoc text. ideo Eccleſia tenetur ex ſpolio, quia res ablata ad illam peruenit, & ſuccedit reg. tex. *in l. ſi me, & Titium ff. ſi certum petatur*, non tamen intelligas hoc caſu dari actionem directam vnde vi, ſed vtilem tantum, quatenus res ad ipſam peruenit ex Abb. in *cap. paſtoralis num. 12. in fine, de cauſa poſſeſſ.* ad quod facit *l. 1. §. ſi quis tamen*, iuncta *gloſ verbo competit, ff. de vi, & vi armata*, vnde fit quod ſucceſſor violenter rem adeptam poſſidens, & ex ea fru-

ctus colligens vtique ſpolium factum probare videbitur, quemadmodum in pupillo reſpondit Soccin. *in l.1. §. item acquirimus, num. fin. ff. de acquirenda poſſeſſ.* inferens eo caſu dari actionem vnde vi, licet à tutore fuerit violentia commiſſa, quæ forte ratio eſt propter quam *in l. ſi plures 9. ff. de vi, & vi armata* non omnes hæredes conueniuntur, ſed ille tantum, qui rem ipſam à defuncto violenter acquiſitam poſſidet, vt ſentit Corraſ. *in l. naturaliter §. nihil commune ff. de acquirenda poſſeſſ. num. 117.* firmans hæreditariam actionem id non efficere, quoniam per eam omnes, non vero tantum poſſeſſor, conueniri poſſent.

Ibid. *num. 4.* ibi, *num. 36.* vſque ad minimum quadrantem, tàm quoad reſtitutionem rei, quàm quoad fructus, damna, & intereſſe, Roland. *conſ. 53. num. 25. volum. 1.* Rot. *deciſ. 334. par. 2. diuerſ.* Anton. Gabr. *commun. tit. de reſtitut. ſpoliat. concl. 1. num. 11. & 19.* Menoch. *conſ. 758. in fine*, Surd. *conſ. 166. num. 1. lib. 2.* Pereg. *conſ. 132. num. 1. & 2. vol. 5.* Cardin. Tuſch. *litt. S. concluſ. 381. num. 7.* Giurb. *deciſ. 39.* Maſtril. *deciſ. 198. num. 1. & 2. & deciſ. 270. num. 7. & 10. & deciſ. 272. num. 1. & num. 2.*

CAP. AVDITÆ. IV. poſt *num.* 2. In text. ibi, [*nullatenus reuocare tenetis*] Collige ex tex. valere proceſſum, & omnia alia, quæ facta fuerint iuxta priores litteras per Iudicem reuocatum in litteris poſterioribus, ante earundem litterarum præſentationem, & receptionem, ita *gloſ. verbo receptionem*, Abb. & alij *in præſenti*, Felin. poſt alios *in cap. cæterum, à num. 8. de reſcript.* Dec. *conſ. 295. num. 5.* Vanti. *de nullitat. tit. quibus modis ſententia nullitas num. 74.* Boer. *deciſ. 347. num. 16.* Couar. *pract. cap. 9. num. 9.* iuuat tex. *in l. ſi forte 17. ff. de officio eius*. Intellige procedere in quibuſcumque litteris auocatorijs, patet ſi expendas ante litterarum receptionem, & intimationem poſſe Iudicem vti poteſtate ſibi antea competenti, & ſic geſta fieri ab illo Iudice, qui poteſtatem habet, ac proinde valere. Iuuat quia huiuſmodi litteræ habent tacitam, & ſubintellectam conditionem, ſcilicet ſi is pro quo emanarunt, ijſdem vti vellit, vt colligitur ex hoc tex. qui magis de expreſſa, quàm de tacita reuocatione agit, vt ex eo notant omnes *in d. cap. cæterum*, vbi Felin. *num. 11.* Couar. *d. num. 9.* vel dici poteſt dari quidem reuocationem poteſtatis, & iuriſdictionis interim tamen ſub illa tacita, & ſubintellecta conditione ſi ijſdem litteris impetrans vſus fuerit. Amplia tex. procedere etiamſi Iudex per poſteriores litteras reuocatus aliunde ſciat ſuæ poteſtatis, & iuriſdictionis reuocationem, adhuc enim valent proceſſus, & reliqua per eum geſta quouſque ille, in cuius fauorem iuriſdictionis fit reuocatio, præſentans litteras eiſdem vtatur, legitime excipiens; Abb. hic *num. 15.* Innocen. *in d. cap. cæterum*, Dec. *vbi ſupra*, Couar. *d. n. 9.* quorum ſententia ſuadetur tũ ex hoc tex. *& in cap. ſuper eo, de præbend. in 6.* & *in cap. vt debitus, de appellat.* in quibus non ſcientiæ Iudicis, ſed receptionis & intimationis litterarum tempus attenditur, tum etiam quia per ſcientiã reuocationis quãdiu pars non petit, nec opponit, nõ eſt Iudex certus, immo dubius, quod illa vult vti reuocatione, præſertim quia requiritur vſus cum effectu, itaut ſi Iudex reuocatus, cui reuocatoria præſentatur, & opponitur eiuſdem intimatio, non deferat eidem, debeat offerens inſtare, & appellare ad ſuperiorem, ne aliter acquieſcere, ſeu renunciare videatur, ex reg. tex. ſic intelligendi *in cap. gratum in fine de offic. deleg.* Non obſtat tex. *in cap. 2. illo tit. de offic. deleg.* ibi, innotuerit, per quem tex. nonnulli dicunt ſufficere ſcientiam reuocationis aliunde collectam, quia reſpondetur verbum illud, innotuerit, referendum eſſe ad notitiam legitimam, & ſecundum Ius, quæ habetur, & colligitur ex præſentatione, & intimatione reuocationis, ſic explicabis tex. à contrario ſenſu *in l. ſi forte 17. ff. de offic. Præſid.* ibi, cognouerit. Nec item aduerſatur tex. *in cap. ſi duobus, in princip. de appellation.* quia ℞. illum non agere de reuocatione per litteras facta, ſed de iuriſdictione ſuſpenſa per appellationem apud Iudicem interpoſitam, in qua ſpecie ſiquidem à conſenſu partis non dependet, meritò abſque alia intimatione, & oppoſitione litterarum ſatis eſt quòd Iudex ſciat citatũ legitime appellaſſe.

CAP. CONQVERENTE. VII. *n. 2.* ibi, vt per Grat. *conſ. 76. col. 1. vol. 2.* Brun. *conſ. 22. n. 2.* Roland. *conſ. 6. n. 12. vol. 2.*

Ibid. *n. 4.* ibi, *alleg. 58. n. 2.* Nec dicitur facta reintegratio niſi totaliter quis ſit reſtiturus, Dec. *conſ. 199. ſub n. 1.* Pariſ. *conſ. 105. n. 7. vol. 3.* Anton. Gabr. *ſub hoc tit. concl. 1. n. 19.* Roland. *conſ. 53. n. 25. vol. 1.* Cancer. *vari. lib. 2. cap. 7. n. 4.*

CAP. LITTERAS. XIII. poſt *nu. 21.* Tenet hæc gloſ. ſecundum gradum in linea inæquali tranſuerſalium, hoc eſt inter patruos, & conſobrinas, & conſobrinos, & amitas Iure diuino ad nuptias prohiberi, atque ideo Rom. Pontificem in eo non poſſe diſpenſare, ſequuntur poſt alios hic, Abb. *n. 17.* Imol. *n. 13.* Zabarel. & reliqui communiter ſcribentes, idem repetit gloſ. *in c. gaudemus de diuort.* Præpoſ. *ad arborem n. 12.* Palud. & Maior *in 4. diſt. 40* Syluest. *verbo Papa q. 17.* Viguer. *c. 16. §. 7. verſ. 9.* Sed contrariam ſententiam veriorem eſſe profitentur, & ſequuntur Bonau. Scot. & Durand. ac reliqui Theologi communiter *in 4. diſt. 40.* vbi Sot. *diſt. 41. art. 4. verſ. ad tertium*, & poſt Caetan. Specul. *par. 1. art. 43. concl. 5. & par. 2. art. 25.* Cou *de ſponſalib. par. 2. c. 6. §. 10. n. 6.* Anch. *conſ. 117.* & alij plures, quos refert, & ſequitur Sanch. *de Matrim. lib. 7. diſp. 52. n. 6.* Nec obſtat tex. in præſenti, dum ait, præſertim in gradibus diuina Lege prohibitis, & paulo poſt, cum in illis diſpenſari non poſſit, quo loco Pontifex agens de gradibus prohibitis in Leuitico definit non poſſe diſpenſare, quaſi gradus illi omnes Lege diuina naturali adhuc obligante prohibeantur, quia reſpondetur Pontificem ibi agere de gradibus prohibitis Lege Diuina veteri iudiciali, vt gloſ. & communis hic exponit, ſolẽt enim Romani Pont. leges iudiciales Eccleſiaſticis cõſtitutionibus renouare, & quaſi inuiolabiles obſeruare, non quaſi diuinarum legum hodie vim habeant, ſed propter earum bonitatẽ, & cõmoditatem, cũ enim Deus Opt. Max. eas ad populi ſui gubernationem dederit olim, dubitandum non eſt, quin maximè ſint vtiles, ac neceſſariæ, meritoq. ad iuſtificandas leges humanas adducuntur, prout etiã

fit in

ſit *in cap. parochianos, & in cap. tua nobis. cum ſeqq. de decim. & in cap. 1. de homicid. & toto tit. de iniurijs*, qua ratione in hoc tex. Pontifex ait non poſſe diſpenſari, non quia lex diuina ſit obligans, aut quia ſi diſpenſatio facta ſit non valeat, ſed quia non expedit in illis gradibus diſpenſari, nec mirum eſt, quod ſuper prohibitione Iuris humani tex. dicat diſpenſari non poſſe, quoniam cum lex eſt adeo iuſta, & Reip. neceſſaria, vt non expediat in ea diſpenſari, non fiet ſine peccato diſpenſatio, requirit enim omnis humanæ legis diſpenſatio cauſam iuſtam ad bonum commune pertinentem, vt docet D. Thom. *1. 2 q. 97. art. 4.* Caiet. *in ſum. verbo, diſpenſatio*, Sot. *lib. 1. de Iuſtit. art. vlt. quæſt. vlt.* Cou. *d. cap. 6. §. 9. n. 7.* Cum ergo perſonæ prohibitæ in Leuitico adeo ſint ſanguine coniunctæ, & inter eas reperiatur quædam conſeruandæ honeſtatis, & pudicitiæ naturalis ratio, licet non ſit ad documentum ſufficiens per ſe, nihilominus ſuadet eſſe ab illis nuptijs abſtinendum, & ideo rectè fit, vt in illis non detur diſpenſatio, & quod non expedit vt fiat, rectè Pontifices aiunt fieri non poſſe, iuxta *l. filium. C. de condit. inſtitut. & in cap. non liceat Papa, 12. q. 2.*

CAP. CVM AD SEDEM. XV. poſt *n. 5.* In tex. ibi (*nec per dicta teſtium, vel confeſſiones partium, &c.*) Ergo atteſtationes, & partium confeſſiones inter ſe differunt, idem probat tex. *in cap. in præſentia, in princ. de renunciat.* tex. melior *in cap. cum cauſa, pen.* ibi, ex probationibus viri, vel ex mulieris confeſſione, *de raptorib. & in cap. at ſi clerici, 4. in princ.* ibi, conuicti fuerint, vel confeſſi, *de iudic & in cap. cum olim, 24 in fine, de verb. ſignif.* & hanc ſententiam ſequitur, & latè defendit Tyndar. *in tract. de teſtib. lib. 2. c. 7. num. 1.* Non obſtat quod partis confeſſio probatio eſt, & liquidiſſima, per quam Iudex inſtruitur in cauſa, *Clem. conſtitutionem, in fine*, ibi, probationem tamen per aduerſarij confeſſionem, &c. *de elect.* quia reſpondetur ſecundum aliquos confeſſionem non eſſe propriè probationem, immo magis ab onere probandi releuare, & ea de cauſa rubricam de confeſſis ante rubricam de probationibus in hoc volumine poſitam fuiſſe, prout tanquam veriorem ſententiam ſequuntur Abb. *n. vlt.* & Doctores communiter *in d. rub.* Perez *ad l. 5. tit. 8. lib 3. Ordin.* Vel rurſus meliùs reſponderi poteſt teſtimonium eſſe quidem probationem quemadmodum ſimiliter confeſſio dicitur probatio ſecundum meliorem & probabiliorem ſententiam, & continetur ſub genere probationis, nihilominus tamen tanquam diuerſas ſpecies inter ſe diſtinctas maxime differre, eo quod confeſſio in cauſa propria, teſtimonium vero in cauſa aliena manifeſtationem facit, vt per ſe patet. Vnde aduertendum, quod licet teſtimonium ſit confeſſio propria reſpectu ipſius teſtificantis, & ita procedat tex. *in cap. per tuas, de probation. & in l generaliter, C de nõ num. pecun.* non tamen talis dicitur reſpectu perſonæ, pro qua, vel contra quam profertur, iuxta ſupradicta.

Ad Lib. II. Tit. XVI. Vt lite pendente, &c.

CAP. A MEMORIA. I. poſt *nu. 1.* Notari ſolet hic tex. ad hoc quod inhibitioni contrauenire non dicitur, qui ſuam continuat poſſeſſionem, vt per Mandoſ. *de inhibit. q. 9. ſub nu. 3. & q. 23. & ſuper reg. de ſubrogandis, q. 8. num. 5.* Hieron. Gabr. *conſ. 52. n. 17. lib. 1.* Lancellot. *de attent. p. 2. cap. 4. limit. 1. num. 10. & cap. 20. limit. 9.* Farin. *fragment. crimin. p. 2. lit. I. n. 324. vbi n. 325.* docet vnumquemque lite pendente ſuam poſſeſſionem continuare poſſe.

Ad Lib. II. Tit. XVIII. de Confeſſis.

CAP. CVM MONASTERIVM. I. poſt *n. 3.* In gloſ. [*Confeſſi*] in fine, ibi (*ſed quantum ad præſumptionem, &c.*) Collige ex gloſſa confeſſionem delinquentis aduerſus ſocium aliquam facere præſumptionem, & indicium, ſequuntur Innoc. *n. 2.* apertiùs Abb. *n. 6. & 8.* Imol. *n. 2* & alij in præſenti, *gloſ. in verbo, peregiſſe, in cap. quoniam, 3.* vbi Dec. *num. 11. de teſtib.* communis ex *Clar. §. fin. q. 21. n. 5.* plures, quos refert Menoch. *de arbitr. caſu 474. num. 24.* Sed contrariam ſententiam tenuerunt Bald. *in præſenti, n. 2. & in l. quoniam liberi. notab. 2. C. de teſtib.* Salicet. *in l. fin. vbi gloſ. in verbo, conſcientia, C. de accuſat.* Alex. *conſ. 89. à n. 10. lib. 3.* Ruin. qui dicit communem, *conſ. 147. lib. 5. n 1. in fine*, Dec. *conſ. 189. à n. 7.* Hippol. *ſing. 209. & conſ. 78. n. 17.* Fulgoſ. *conſ. 136.* aſſerit receptum Iaſ. *conſ. 22. n. 1. vol. 1* Roland. *conſ. 73. n. 6. & 20. lib 1.* Clar. referens alios *§. fin. q. 21. n. 5.* Menoch. *d. num. 24.* Pro qua ſententia facit tex. in præſenti, ibi, nulli cenſemus pœnæ, &c. quod quidem verbum, pœnæ, de pœna lato ſumpto vocabulo intelligendum eſt propter verbum, nulli, arg. tex. *in l. Iulianus, ff. de legat. 3.* & ita de illa, quæ importat aliquam paſſionem, quamuis ordinetur ad veritatem indagandam, & conſequenter carcerem etiam importat ex tex. *in l. 3. in fine*, ibi, pœna, *ff. de cuſtodia reorum*, ad quam pœnam ille, aduerſus quem confeſſio proceſſit, erat condemnandus propter dictum delinquentis, ſi ex illo aliquod indicium reſultaret, ac proinde cum tex. hic dicat, nullam pœnam illi eſſe imponendam, neceſſariò videtur dicendum tale dictum delinquentis nullam præſumptionem, nullumve indicium efficere. Non obſtat ratio huius tex. illa enim rectè accommodata eſt regulæ præcedenti, quæ intelligenda eſt nõ tantùm quoad plenariam probationem, ſed etiam quoad indicium; & ſic intelligendus eſt tex. hic, quatenus agit de pœna non imponenda, non ſolum de illa prout importat ſatisfactionem criminis, ſed etiam prout importat aliquam corporis paſſionem, vel læſionem perſonæ, vt ſupra dictum eſt, id quod aperte videtur ſignificare dictio vniuerſalis, nulli, qua tex. vtitur, quæ quidem omnem pœnam excludens, aliquam non admittit arg. tex. *in l. Iulianus, aliàs teſtatorem, ff. de legatis 3.* Nec etiam obſtat *l. Diuus Adrianus, 6 ff. de cuſtodia reorum*, ibi, cum apprehenderint latrones, interrogent eos de ſocijs, &c. *& in d. cap. quoniam*, ibi, cum quibus peregiſſe dicitur, quia procedunt in criminibus grauiſſimis, & in Reipublicæ præiuditium tendentibus, in illis enim delinquentis interrogatio non tanquam teſtimonium, cui aliqua fides ſit adhibenda, ſed ſolummodo ad Iudicis informationem, & certiorem veritatis inueſtigationem ad

Digitized by Google

aliquos Iuris effectus; ſic aliàs in cap. ſicut 9. de teſtibus, recipitur teſtimonium periurij, & ita inhabilis ad inueſtigandam veritatem, & tamen tex. ibidem fatetur nullatenus illi credi, neque aliquod indicium, aliquamue præſumptionem efficere.

CAP. CVM SVPER. II. Vide addita ad cap. 1. in fine, de except.

Ad Lib. II. Tit. XIX. de Probationibus.

CAP. EX EPISTOLÆ. I. num. 4. ibi, C. de legibus, Abb. conſ. 94. col. 3. verſ. quoad 3. vol. 2. Soccin. conſ. 4. num. 1. vol. 2. Ruin. conſ. 90. num. 4. vol. 1. Gabr. commun. tit. de iure quæſito non tollen. concl. 5. num. 19.

Ibid. eod. num. 4. in fine. Adeo quod nec de plenitudine poteſtatis poſſit Princeps contrauenire, & ſubditi contractum infringere, Soccin. conſ. 86. num. 14. vol. 4. Gabr. d. concl. 5. num. 18. Burſat. conſ. 160. num. 36. vol. 2. Beroi. conſ. 138. num. 1. & 9. vol. 3. Pereg. conſ. 7. num. 1. vol. 3. Rodolphin. de abſoluta Principis poteſt. cap. 6. nu. 170. Grammat. deciſ. 65. num. 27.

Ibid. num. 7. ibi, deciſ. 335. num. 5. adde Burſat. conſ. 160. ſub num. 36. volum. 2. Aym. Crauet. conſ. 241. ſub num. 17. Menoch. conſ. 1. num. 228. & conſ. 264. num. 15. & 17. Surd. deciſ. 326. Soccin. Iun. conſ. 60. num. 18. vol. 3. Roland. conſ. 13. num. 36. vol. 3. Rudolphin. d. cap. 6. num. 195. Carol. de Tapia, ad l. fin. ff. de conſtitutionib. Principum. cap. 9. num. 11.

Ibid. num. 9. ibi, n. 170. adde Xuar. alleg. 9. Aym. conſ. 241. num. 10. Mohedan. deciſ. 6. num. 2. ſub tit. de priuileg. Pute. deciſ. 322. num. 3. lib. 1. Roland. conſ. 76. num. 13. & ſequen. volum. 2. & conſ. 13. num. 21. & ſequen. volum 3. Petr. de Petra de poteſtate Princip. cap. 32. dub. 2. num. 154. Pereg. de iure fiſci lib. 1. tit. 3. num. 28. Sanctarel. vari. reſolut. lib. 1. quæſt. 17. num. 3. Talia enim priuilegia, præcipuè ex cauſa meritorum conceſſa, ſunt irreuocabilia etiam de plenitudine poteſtatis Nau. in cap. nouit, de iudic. vbi Aretin. num. 28. & Felin. num 12. Afflict. deciſ. 128. num. 10. Tiraquel. in l. ſi vnquam, verbo donatione largitus num. 11. Natt. conſ. 122. num. 24. Becc. conſ. 129. num. 48. vol. 2. Surd. conſ. 419. num. 51. Bardel. conſ. 22. num. 20. quod vendicat ſibi locum etiamſi tale priuilegium ſit ſubdito conceſſum, Burſat. conſ. 16. num. 44. & ſeq. vol. 1. Nat. conſ. 268. num. 5. Surd. citato loco, Bardel. d. conſ. 22. num. 20.

Ibid. n. 10. ibi, lib. 3. idem Bald. conſ. 327. incip. pridie ſub n. 4. vol. 1. Boſſi. in tit. de Principe nu. 18. Iacob. de Leo conſ. 117. num. 95. cum ſeq. inter conſilia Bruni, Rodolphin. de abſoluta Principis poteſt. cap. 6. num. 186.

Ibid. num. 11. ibi, reuocare, Iaſ. conſ. 227. verſ. 13. & 14. & nu. 45 & 49. vol. 2. Riminald. iun. conſ. 601. nu. 114. vol. 6. Abb. conſ. 94. col. 3. verſ. quod textum vol. 2. Afflict. deciſ. 361. n. 6. Menoch. de præſump. lib. 2. præſ. 10. num 49. Pereg. de iure fiſci lib. 1. tit. 3. nu. 67. & lib. 6. tit. 1. n. 3.

In eod. nu. 11. in fine, adde Rodolphin. d. cap. 6. nu. 199. dummodo tamen cauſa publicam reſpiciat vtilitatem Menoch. conſ. 351. num. 21. Cæſ. Barz. deciſ. 118. num. 10. Surd. conſ. 303. nu. 26. Pereg. de Iure fiſci lib. 5. tit. 2. ſub num. 49. Becc. conſ. 3. ſub num. 50. Crauet. conſ. 276. ſub nu. 7. Roland. conſ. 80. num. 29. vol. 3. Decian. conſ. 51. num. 31. vol. 3. qui voluit tunc ratione publicæ neceſſitatis poſſe derogari priuilegijs, quando conſtat quod talis vrget neceſſitas, quæ non poteſt euitari, niſi priuilegiati ſoluant, Burſat. conſ. 16. nu. 71. vol. 1. qui hoc intelligit in caſu valde inſolito, & omnino raro.

CAP. SICVT. II. n. 17. ibi, Surd. conſ. 109. n. 19. adde Card. Tuſch. lit. T. concl. 540. n. 48. Mancin. de Iuram. p. 2. art. 6. n. 10. Farinac. fragm. crimin. par. 2. lit. I. nu. 1243.

Ibid. n. 18. in fine. Farin. d. lit. I. n. 1243.

Ibid. nu. 19. in fine, Farin. d. lit. I. n. 1237. Mancin. d. par. 2. art. 6. nu. 15.

Ibid. nu. 44. ibi, caſu 464. nu. 4. adde Card. Tuſch. d. concluſ. 540. nu. 66. & 72. Mancin. d. art. 6. n. 5. 13. & 14. Setſer. de Iuram. lib. 4. cap. 14. num. 1. Farin. d. lit. I. nu. 1235.

Ibid. eod. num. 44 in fine. Cardin. Tuſch. d. concl. 540. nu. 23. & 69. Mancin. d. art. 6. nu. 4. Setſer. d. c. 14. n. 4. Farin. d. lit I. n. 1238.

CAP. EX LITTERIS. III. n. 5. in fine. nam in pari cauſa melior eſt conditio poſſidentis l. fin. C. de rei vendicat. c. in pari, de regul. Iuris in ſexto. Ozaſc. deciſ. 108. n. 18. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſ. 66. n. 7. Honded. conſ. 49. in fine vol. 2. Vincen. de Franc. deciſ. 167. nu. 13.

CAP. IN PRÆSENTIA. VIII. nu 2. in fine. Henriq. conſ. 37. num 3. Nicol. Intrigl. tract. de feudis cent. 1. q. 26. à nu 83. & in tract. de ſubſtitut. cent. 3. q. 63. Polyd. Rip. in tract. de actis in articulo mortis cap. 44. Camill. Borrel. conſ. 33. Cardin. Tuſch. lit. M. concl. 344. Farin. fragment. crimin. p. 2. litt. M. n. 345. cum multis ſeqq. Sanctar. vari. reſol. q. 26. n. 20. cum ſeqq.

Ibid. nu. 3. ibi, vol. 1. adde deciſ. Pedam. 126. n. 11. Cardin. Tuſch. d. lit. M. concl. 344. d. num. 5. Farin. d. lit. M. nu. 377.

Ibid. nu. 4. ibi, quæſt. 6. n. 6. Farin. de lit. M. nu. 379.

Ibid. nu. 13. ibi, nu. 13. adde Tuſch. d. concl. 344. à nu. 18 Farin. d. lit. M. n. 380.

CAP. LICET CAVSAM. IX. poſt n. 3. Collige ex tex. teſtes ſingulares deponentes de aliqua re in genere ſi deponãt de diuerſis actibus particularibus circa eandem rem in genere plenã probationem non efficere, ita in ſpecie Hoſt. in ſum. de teſtib. §. quia diuerſitas, verſ. quid ſi agitur, gloſ. 3. in fine, & alij in c. vt officiũ, de hæret. lib. 6. Dec. in præſenti n. 7. Abb. d. n. 12. Felin. n. 2. verſ. 2. Bellem. n. 9. & alij in c. licet ex quadam, de teſtib. Curt. in tract. de teſtib. concl. 37. à num. 77. Boer. deciſ. 352. num. 2. Albertin. de agnoſcendis aſſert. quæſt. 34. num. 12. Cou. lib. 3. vari. cap. 3. num. 5. Simanch. de catholicis inſtitut. cap. 64. à n. 66. Burſat. conſ. 16. n. 14. & conſ. 17. n. 10. Roland. conſ. 48. n. 29. lib. 4. deciſ. Pedam. 12. Maſcard. de probat. concl. 947. n. 1. vbi plures referendo commune dicit. Pro quibus vrgenter facit tex. in præſenti, quia nõ eſt negandum in probatione

ne

ne alicuius rei generalis requiri,& eſſe neceſſarium numerum duorum teſtium conteſtium ex reg. tex. *in cap.licet vniuerſis,de teſtib.* ac proinde cum teſtes ſingulares in eadem re generali non dicantur conteſtes,neque enim concordant in actibus particularibus ex quibus res illa generalis componitur, & probatur, & vti tales reſpectu illorum maneant ſingulares, & etiam maneant tales reſpectu eiuſdem rei generalis, vtique dicendum eſt reſpectu illius non efficere plenam probationem, prout expreſsè colligitur ex hoc tex. *in princip.* iunctis verbis relatis, quamuis contrariam ſententiã teneat gloſ. *vlt. in l. ob carmẽ §.fin.ff.de teſtib.et gloſ.verbo ſimul,in cap. nihilominus 3.q.9.* Innoc. cui hæc ſententia imputatur,& alij relati per ſupracitatos. Non obſtat quòd teſtes ſingulares licet differant in medijs, hoc eſt, in actibus ſingularibus, nihilominus conuenire videntur in fine, & ſubſtantia rei de qua agitur, quæ quidem conuenientia efficit, vt reſultet plena probatio ex reg. *l. qui ſententiam C. de pœnis*, reſpondetur enim teſtes ſingulares in actibus ſingularibus eo ipſo non conuenire,nec concordare in fine, vel ſubſtãtia rei generalis, eo quòd ſubſtantia,& finis in quo, vel in qua teſtes concordare debent,non verificatur in genere aliquo per ſe, quod quidem cum aliquo ſenſu corporis percipi nõ poſſit, de illo teſtes deponere nequeunt niſi per ſpecies, & actus eiuſdem generis, quod de illis prædicatur iuxta tex. vbi *gloſ. verbo quæ mouerunt,& viderunt in cap.teſtes 3. q.9.* qua de cauſa finis,& ſubſtantia, in qua teſtes debent eſſe concordes, tantummodo intelligitur, & verificatur in actu, ſeu ſpecie illa, de cuius probatione agitur, vt ex illius probatione reſultet eiuſdem generis probatio,ac proinde ſi reſpectu actus, vel ſpeciei teſtes fuerint ſingulares, non poſſunt dici concordes in actu, vel ſpecie,& cõſequenter nec in fine, nec in ſubſtantia rei de qua agitur: Vnde cum non agatur de probatione generis, quod quidem vt ſic probari nequit iuxta ſupra dicta,ſed agatur de probatione illius per probationẽ ſpeciei, vel actus eiuſdem generis,non erit mirum ſi teſtes exiſtentes ſingulares reſpectu eiuſdem ſpeciei, vel actus,dicantur non concordare in ſubſtantia, vel fine rei de qua agitur, & ſic reſpectu illius in effectu diſcordes erunt, cuius probatio reſultare nequit deficiente probatione actus, vel ſpeciei.

Ibid.*n.10.in fine.*Corn.*conſ.63. col.fin. lib.1.* Menoch.*conſ.96.n.7. & 8. vol.1.* Octau.Glorit. *reſp.1. par.3. nu.100.*

Ibid.*nu.12.in fine.*Gozadin. *conſ.86. nu.7.* Pariſ. *conſ.126.vol.4.*Roland.*conſ.46.nu.40.vol.2.& conſ. 72. num.2. eod. vol.& conſ.9. num.12. & conſ. 41. num.13. vol.3.*

Ibid.*num.21.* ibi, vt per, Alex. *conſ.64.num.2.& conſ.86.nu.17.vol.3.*Marſil.*conſ.113.nu.47.* Boſſ. *in pract.tit.de oppoſit.contra teſtes nu.9.& 13.* Myſing. *cent.4.obſer.38.*Hieron. de Monte *de finibus regundis cap.59.num.2.& 3.*Surd.*conſ.303.num.4.*Farin. *in praxi crimin.q.65.n.107.*

Ibid. *eod.nu.21. in fine.* Facit tex. *in l. ob carmen §.fin.in fine,vbi gloſ.*& Bart. *ff. de teſtib.* vbi legitur quod non ad multitudinem inſpiciendum eſt, ſed ad ſynceram teſtimoniorũ fidem, & teſtimonia,quibus potius lux veritatis aſſiſtit, quapropter ad teſtium qualitatem potius, quàm ad eorum multitudinem inſpiciendum eſſe inquiunt gloſ. Butr. Abb. Aret.Dec.Beroi & alij *in cap. in noſtra,inf.de teſtib.* Roland.*conſ.24.n.53.vol.1.* Anton. Gabr. *commun. ſub tit.de teſtib.concl.4.n.37.*Petra.*de fideicom. q.12. n.5593.*Farin.*d.q.65.n.520.& q.57.n.38.*

CAP. QVONIAM CONTRA. II. poſt *nu.9.*Collige ex tex. teſtimonio vnius Iudicis non eſſe credendum etiam reſpectu cauſæ, ſeu proceſſus, qui apud illum ventilatur, vel qui apud illum geritur, ita in effectu gloſ. apertius Beroi. *à num. 26.* & DD.communiter in præſenti,Innoc. *ſtatim in princ.* Abb.*not.3.*Felin.*n 3.Bellem.n.5.*&Myſing.*n.1.*& alij *in cap.cum à nobis de teſtib.*cõmunis *in cap.licet, illo tit.* Cou.*var.lib.1.cap.1.n.9.verſ.ſexto,* Menoch. *de arbit.q.26.*Nau.*conſ.11.aliàs 6.n.8.de teſtam.* Intellige procedere huius tex. deciſionem de Iure nouo quando Iudex tanquam talis profert dictum ſuum verbaliter circa proceſſum in ſuo iudicio factum, prout in effectu intelligunt DD. communiter in præſenti, quæ quidem explicatio in primis ſuadetur ex verbo, ſtatuimus, de quo in hoc tex. quod Ius nouum neceſſariò inducit iuxta tex. & DD. *in cap.ſtatuimus,de officio deleg.lib.6.gloſ.vlt.in Clem. vlt.de reſcript.*cõfirmatur etiam ex alijs verbis, ibi, nec pro ipſius, &c. quæ quidem verba ſimiliter innuere videntur id de nouo eſſe ſtatutum contra Iudicem,pro quo antea præſumebatur iuxta tex. *in cap.in præſentia,de renunciat.*Confirmatur denique ex alijs verbis in princip. ibi. quòd Iudicis aſſertionem, &c. in quibus ſupponitur antea credi Iudicis aſſertioni, quam pars impugnare non poterat.

Neque prædictæ declarationi refragatur tex. *in cap.cum à nobis, de teſtibus* qui quidem tex. ſimiliter eſt Innocen. III. huius Decretalis Auctoris,& tamen dicit eodem modo verbo vnius Iudicis nequaquam credendum eſſe, in quo ſe refert ad Iura Canonica, & Ciuilia, ibi, & Canonica, & Ciuilia Iura, &c. ſic plane videtur probare iam antea eſſe ſtatutum ne vni Iudici aſſeueranti crederetur,ſiquidem reſponderi poteſt tex. illum licet ſit eiuſdem Innocentij conſtitutum eſſe poſt hanc deciſionem, qua ſuppoſita Ius Canonicum ſequutus decidit illud, quod tex. iſte antea dixerat; qui quidem intellectus poterat defendi ſi tex. *in d. cap. cum à nobis* ſolummodo ad Ius Canonicum ſe retuliſſet, ſed cum tex.ille in præcitatis verbis etiam ad Ius Ciuile reſpectum habeat,& illud ſequatur, nequaquam ſuſtineri poteſt. Vnde melius reſpondetur tex. illum non agere de Iudice, qui tanquam Iudex circa proceſſum, & acta apud ipſum facta aſſeuerat, ſicut agitur in hoc tex. & *in dicto cap. in præſentia*,ſed potius agere de Iudice, qui tanquam teſtis adinſtar aliorum teſtium in cauſis deponit, & ſuum in illis pro parte profert teſtimonium, patet ex littera ipſius tex.*in dicto cap. cum à nobis*, ibi, ſiue ſuper teſtamentis, ſiue ſuper quibuslibet alijs contractibus, & colligitur ex rub. *de teſtib.* ſub qua tex. ille collocatur.

Neque ſimiliter refragatur tex.*in l.acta, cum ſeq. ff.de re iudic.& in l.2.C.de edendo,& in l. Illud.17.*

vbi gloſ. verbo actorum C. de Sacroſ. Eccleſ. & paſſim alibi, vbi fit mentio actorum publicnrum, & ſctipturarum in quibus acta iudicialia in publicum redigebantur, ex quibus colligendum videtur tex. in præſenti declaraſſe magis in ſpecie illud, quod antea iam cautum erat: Satisfit enim ſi aduertas qnod licet in prædictis Iuribus fiat mentio actorum, nullibi tamen ante hunc tex. legitur conſtitutum quod talia acta omnia per publicam perſonã, vel illa deficiente per duos viros idoneos ſemper & neceſſariò ſcribãtur, ſicut id nouè per hunc tex. legitur ſtatutum; vnde aliquando in aliquibus caſibus ſic cõtigiſſe aliqua Iura referunt, aliquando alia ſimpliciter agunt de actis non facta mentione publicæ perſonæ, aliquando denique alia appellant publica etiam illa, quæ coram Iudice publicum officium habente geſta ſunt, vel in loco publico fiunt, nunquam tamen in Iute inuenitur hoc indiſtincte & abſolute, ſeu per viam tegulæ in omnibus caſibus ſtatutum, ſicut modo per tex. in præſenti ſtatutum eſt.

CAP. CVM CAVSAM. XIII. *num.* 2. *in fine*, Vnde ſufficere videtur leuis probatio, licet non ſit omnino plena, Hieron. de Monte *de finibus regund. cap. 50. num. 2. cum ſequentib.* Pariſ. *conſ. 104. num. 24. & conſ. 107. num. 7. & 8. vol. 1.* Maſcard. *de probat. concl. 393. in princip.*

Ibid. *num. 10.* ibi, *num. 15.* adde Hieron. de Monte *d. tract. cap. 51.* Rom. *conſ. 92. ſub num. 1. vol. 4.* qnod abſque dubio locum ſibi vendicat in teſtibus, qui non ſimpliciter dicunt audiuiſſe ab antiquis, ſed expreſſe teſtantur audiuiſſe ab eorum maioribus, quorum aliquos nominant, Crauet. *de antiquit. tempor. verſ. viſo de fama, num. 12.* Hieron. de Monte *d. cap. 51. num. 9.* Maſcard. *d. concl. 395. num. 7.*

Ibid. *num. 11. in fine*, Ruin. *conſ. 92. num. 2. vol. 4.* Grat. *reſp. 138. num. 11. vol. 1.*

Ibid. *num. 12. in fine.* Innoc. per tex. ibi *in cap. quid per nouale, de verb. ſignif.* Bart. *in l. 2. §. item Labeo, nu. 8. ff. de aqua pluuia arcenda,* Iaſ. in *l. prætor ait §. prætor, num. 25. ff. de edendo.* Dec. *in cap. 1. de appellat.* vbi Franch. *num. 10.* idem Dec. *in cap. venient il 1. num. 11. de teſtib.* Afflict. *deciſ. 277. num. 2.* Caſſad. *deciſ. 2. de probat. num. 2.* Tiraq. *de iureprimog. in præfat. num. 103.* Duen. reg. 299. *limit. 7.* Nec obſtat quod alter ex his duobus Epiſcopis debebat eſſe in poſſeſſione iſtius limitationis, de qua hic agebatur, quæ poſſeſſio, dum aliud non oſtenditur, efficaciſſimam producit obligationem, probat tex. *in l. fin. C. de rei vendic. & in l. cogi ff. de petit. hæred.* quia Rꝫ cum Dec. *n. 1. ad fi. in præſenti,* quod licet poſſeſſor tuendus ſit in poſſeſſione, non tamen excluditur quin alius probare poſſit de defectu proprietatis ipſius poſſeſſoris, qui quidem defectus probari poterit per modos legitimos, & à Iure approbatos, inter quos reſpectu ſupradictæ antiquitatis fama connumeratur. Nec etiam obſtat quod in hoc tex. ibi, & quæcunque adminicula, &c. vltra famam alia adminicula deſiderantur ad plene probandum in rebus antiquis, quia Rꝫ. in hoc tex. requiri adminicula non copulatiue, ſed diſtributiue, cum dictio, &, diſtributiue aliquando recipiatur iuxta materiam de qua agitur, arg. tex. *in cap. 2.* ibi, te, tuaque liberando, *de homicid.* Vel aliter & melius, tentari poteſt in hoc tex. nõ fieri mentionem de ſpatio centũ annorũ, nec de exceſſu memoriæ hominum, prout requiritur ad effectum vt fama plene probare poſſit, & proinde dicendum videtur tex. non agere de finibus, qui erant antiqui antiquitate requiſita, prout colligitur ex verbo, teſtes, quo tex. in præſenti vtitur, per quod ſignificat diuiſionem, de qua erat dubitatio, per teſtes ſcientes, vel videntes probari poſſe.

CAP. CVM BONÆ. XV. & vlt. *poſt n. 4.* Vtrum autem atteſtationes receptæ in iudicio incompetẽti in alio cõpetenti in quo ab eiſdẽ partibus litigatur, admittantur, & faciant fidem, dubiũ eſt non contemnendum. Partem affirmatiuam ſuſtinere videtur Bald. *in l. 1. col. fin. ff. de ferijs*, Dec. *num. 9. & 30. in cap. at ſi clerici, de iudic.* refert alios Maſcard. *de probat. concl. 33. num. 24.* Pro quibus facit primò quia iudicium ſæculare reſpectu clerici dicitur iudicium incompetens, probat tex. *in cap. 2. & in cap. ſi diligenti, de foro comp.* & tamen atteſtationes in iudicio ſæculari contra clericum receptæ contra eumdem in iudicio eccleſiaſtico admittuntur, & faciunt fidem, vt videtur probare tex. *in cap. multi, 2. q. 1. verſ. nos vero*, ibi, ſiue ſæculari, &c. Facit ſecundo qnia ſi prædictæ atteſtationes in iudicio competenti non admitterentur, non fieret aliquo modo condemnatio arg. tex. *in cap. at ſi clerici, in princ. de iudic.* conſtat autem per tales atteſtationes fieri condemnationem per Iudicem competentem, vt videtur probare tex. vbi DD. communiter *in cap. vlt. de reſtit. ſpoliat. & in cap. 1. de accuſation. in 6. ergo, &c.*

Contrariam tamen ſententiam obſeruat communis vt per Clar. *§. fin. q. 36. num. 49.* Maſcard. *vbi ſup. num. 25.* Pro qua facit quia vbi Iudex incompetens eſt, ſtatim redditur nullum iudicium illius, ex reg. *l. 1. & 2. C. ſi à non competenti Iudice*, conſtat autem atteſtationes, & acta geſta nulliter in iudicio nullo nullam fidem efficere, iuxta reſoluta per DD. *in d. cap. at ſi clerici*, facit deciſio tex. *in l. pen. ff. ſi certum pet.*

Ego vero reſoluendum puto atteſtationes catenus fidem facere & probationem in alio iudicio, quatenus in iudicio omnino, vel ex partium conſenſu competenti recipiuntur, quæ vero apud Iudicem omnino incompetentem & prohibitum recipiuntur nullam fidem efficere, nec eſſe admittenda in alio iudicio competenti, conſtat namque prædictas atteſtationes eatenus fidem facere, quatenus valida ſunt, arg. tex. *in l. 4. §. condemnatum ff. de re iudic.* Vnde cum valeant atteſtationes, quæ recipiuntur in iudicio competenti, vel ex ſe, vel ex partium prorogatione, minime vero illæ, quæ ſunt receptæ in iudicio omnino incompetenti, & improrogabili iuxta tex. *in d. cap. at ſi clerici*, merito effectum eſt vt illæ faciant fidem, minime vero iſtæ, quæ in tali iudicio recipiuntur. Accedit quod teſtes ad faciendam fidem, oportet vt iudiciales ſint, qui quidẽ tales efficiuntur ſi reſpectu illius iudicij recipiens proprie & vere Iudex ſit in illa cauſa, de qua agitur iuxta tex. *in cap. forus, de verborum ſignificat.* ac proinde cum ſolum dato iudicio competenti ſimpliciter,

Digitized by Google

pliciter, vel ex partium prorogatione propriè, & verè Iudex eſſe dicatur, & iudicium ſufficiens exiſtat, minime vero ſi incompetens omnino proponatur, merito dicendum eſt reſpectu illius atteſtationes receptas fidem facere, non vero reſpectu iſtius ſi in hoc fuerint receptæ.

Qua retenta explicatione non obſtant ſupra adducta pro prima ſententia. Ad primum enim de tex. *in d. cap. multi* reſpondetur tex. illum eſſe reducendum ad terminos habiles, itaut loquatur de clerico conuicto in iudicio ſæculari competenti, & legitimo reſpectu ipſius clerici conuicti; ſic alias ſententia prolata à Iudice ſæculari, vbi ad illum ſpectat cognitio, parit exceptionem rei iudicatæ ſi opponatur apud eccleſiaſticum Iudicem iuxta tex. *in cap. fin. de exception. in ſexto*. Ad ſecundum ſatisfit ſi dicas Iura illa *in d. cap. fin. & in d. cap. 1.* procedere in illis caſibus, in quibus iudicium non eſt nullum ex defectu competentiæ, ſed ex alio longe diuerſo, qui totaliter non annullat atteſtationes receptas, prout eleganter conſiderat Valaſc. *conſ. 65. num. 3. verſ. illud*.

Ad Lib. II. Tit. XX. de Teſtibus, & atteſtationibus.

CAP. PLACVIT. I. poſt *nu.* 1. Collige ex tex. teſtes, qui ad ferendum teſtimoniū producuntur, pretium recipere non poſſe, idem probant tex. *in c. placuit 4. q. 3. & in cap. non ſanè, verſ. ſed non ideo 14. q. 1. tradūt gloſ. verbo pretio*, Abb. *n. 2. in fine*, Felin. & Imol. *n. 1.* Dec. *nu. 3.* Anan. *in princ.* Bald. & alij *in præſenti*, reſoluunt DD. *in cap. licet cauſam, de probat. & in cap. ſicut, inf. hoc tit.* Bart. *in l. 1. §. 1.* vbi Hippol. *n. 5. ff. de falſis*, Anan. *in cap. 1. nu. 15. de crimine falſi*, Alberic. *de teſtib. p. 3. n. 1.* Aufrer. *cod. tract. n. 30. & 79.* D. Thom. *2. 2. q. 71. art. 4. in corpore*, Cou. *in reg. peccatum p 2. §. 3. n. 2. & in c. quamuis pactum p. 1. §. 7. num. 5.* Menoch. *de arbitrar. caſu 310.* Ratio eſt quia per receptionem pretii violatur integritas, & veritas, quæ in iudicio neceſſaria eſt, ſiquidem teſtis pretium accipiens non tam liberè teſtificatur, nec præſumitur dicere veritatem, eo quòd munera excæcant prudentes, & ſubuertunt verba iuſtorum ne veritatem intelligant, vt legitur Deuteron. *cap. 17.* quæ quidem ratio concludit etiā quādo ab vtraque parte pretiū recipitur, licet enim teſtis in dicendo teſtimonium veritatem de neceſſitate dicat, & quoties id oportuerit ad dicendum teſtimonium teneatur, ex doctrina D. Tho. *d. q. 70. art. 1.* Nau. *in cap. inter verba, corol. 63.* non tamen poteſt tacere, vel facere illud in quo falſitas, vel aliquo modo violatio integritatis reperiatur, ac proinde nil mi rū ſi receptio ab vtraque parte ſimiliter reprobetur.

Non obſtat *tex. in l. quoniam C. de teſtib. & in c. ſtatutum §. proferendo, de reſcrip. lib. 6.* quia reſpondetur in his Iuribus receptionem, de qua ibi, non fieri pro ipſo teſtimonio, ſed pro expenſis, quas faciunt teſtes in ferendo teſtimonio, quas quidem non ſolum teſtes recipere poſſunt, ſed etiam de neceſſitate illis perſoluendæ ſunt. Nec etiam obſtat quod aduocato licet pecuniam, ſeu pretium recipere ab illo, cuius cauſam defendit *d. cap. non ſanè, & l. ſumptus ff. de pactis*, quia ſatisfit ſi dicas aduocati patrocinium, eo quòd continet hominis miniſterium, eſſe pretio æſtimabile, ſicut etiam conſilium Iuriſperiti, cum ſint actus ſcientiæ acquiſitæ, ac proinde nil mirum ſi pro illis pretium licite recipiatur, D. Thom. *d. art. 4.* Sot. *de Iuſtit. lib. 5. q. 8. art. 4.* Nau. *in man. cap. 25. num. 30.*

Ibid. poſt *n.* 3. Dum tex. iſte dicit in ieiunio eſſe teſtimonium ferendum, varie à DD. explicatur, nonnulli enim intelligunt procedere in illis locis tantū vbi homines, qui teſtificantur, poſt potū aliquantulū indiſcreti cēſentur remanere, ex quorum numero ſunt Io. And. & alij in præſenti. Alij vero exiſtimant tex. procedere de honeſtate, & conſilio iuxta *c. honeſti 22. q. 5.* ita gloſ. Inno. Bellem. Bal. & Anan. vterq. *n. 4.* Imol. *à nu. 2.* & communis ſententia ex Myſing. *nu. 29. in præſenti*. Sed verius eſt prædictam ieiunij ſolemnitatem in teſtimonijs ex præcepto deſiderari, itaut aliter attento Iure idoneus teſtis non cenſeretur, quemadmodum aliæ ſolemnitates etiam in teſtimonijs requirebantur, putà vt Iuramenta in Eccleſia prope Altare teſtibus præſtarentur, prout tradit D. Thom. *2. 2. q. 89. art. 10.* refert Sot. *lib. 8. de Iuſtit. q. 1. art. 10. col.* 2. Cou. *in cap. quamuis p. 1. in §. 1.* quæ quidem ſolemnitates per deſuetudinem antiquatæ ſunt, vt in ſpecie fatetur Felin. *in præſenti n. 3.* & iam in aliquibus conſtituerat tex. *in cap. decreuit, 22. q. 5.*

CAP. IN NOMINE. II. *n. 2.* prope finem, ibi, *p. 1. recent.* adde Alberic. *de teſt. p. 3. n. 1.* Simanc. *de cathol. inſtitut. cap. 64. nu. 28.* Card. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 1. n. 16.* Pariſ. *conſ. 83. n. 14. vol. 1. & conſ. 85. n. 9. & conſ. 145. n. 10. vol. 4.* nouiſſimè Hieron. Buccaron. *de different. inter iuſtitia ciuilia, & crimin. differ. 101. à princip.* vbi *nu. 8.* poſt Menoch. *conſ. 366. nu. 25.* Honded. *conſ. 101. & ſeq. lib. 1.* ac Farin. *q. 72. n. 73.* quærit nunquid ſtylo, ſtatuto, vel conſuetudine introduci poſſit quòd teſtes examinentur parte non citata: Quæ quidem ex tex. deſumpta concluſio exceptis aliquibus caſibus recte procedit ex eo, quia facta tali citatione melius extorquetur veritas abſque partis præiudicio, vt ſententia iuſte proferatur: accedit quod pars citata tempore, quo teſtimonium recipitur contra teſtem, quem non approbauit, talem exceptionem poteſt opponere, per quam omnino illius teſtimonium audiri, aut ſcribi impediatur iuxta tex. *in cap. ex parte, & in cap. teſtimonium 54. inf. hoc tit.* Nec obſtat quòd abſens, ad quem citatio non peruenit, nec potuit peruenire, dicitur inauditus, & non citatus, fatentur omnes *in cap. 1.* per tex. ibi, *de cauſ. poſſeſſ. & in l. de vno quoque ff. de re iudic.* & tamen conſtat contra talem abſentem poſſe recipi teſtimonium, itaut receptum validum ſit, vt eſt tex. *in cap. perlatum 8. qui filij ſint leg.* & *in cap. 1. qui matrimon. accuſ. poſ. & in cap. quoniam frequenter, vt lite non conteſt.* quia reſpondetur iura illa *in d. cap. 1. & in d. cap. perlatum* agere de partibus per contumaciam abſentibus, contra quas procedi poteſt ſine citatione, maxime exiſtentes in locis, in quibus ad illas citatio peruenire nequit.

CAP.

Digitized by Google

CAP. QVONIAM. III. poſt *n.1.* Collige ex tex. mulieres non obſtante fœmineo defectu poſſe admitti ad teſtificandum, idem probat tex. á contrario ſenſu *in. l. 3. §. lege*, ibi, quæ vt palam quæſtum faciat, *ff. hoc tit. tex. opt. in l. ex eo 19. ff. eod. & in cap. ex eo 15. q. 3. & in cap. ſuper eo il 2. in princ. hoc tit.* tradunt *gloſ. verbo mulieres*, Innoc. Bald. Abb. & Felin. *num. 1.* Dec. *num. 5.* Imol. *num. 3.* Myſing. *à num. 2.* & alij DD. communiter in præſenti, *gloſ. verbo fœminas in cap. forus, de verbor. ſignif. & verbo mulier, in §. teſtes Inſtit. de teſtam. & verbo fœminas. in cap. tam litteris, inf. hoc tit. gloſ. in ſum. 15. q. 3.* reſoluunt Alber. & alij *in d. §. mulier*, Syluest. *verbo teſtis num. 1.* Anfrer. *de reprobat. teſtium num. 69.* Gom. *tom. 3. vari. cap. 12. num. 13.* Duen. *reg. 315.* Roland. *conſ. 7. num. 12. lib. 1.* & *conſ. 24. num. 13. eod. lib.* Maſcard. *concl. 764. à princip.* Ordin. Regia *Luſitan. lib. 3. tit. 56.* vbi Parens meus. Licet enim antiquiſſimo Iure nullius teſtimunij ius mulieribus concederetur, niſi tãtum virgini Veſtali vt ſcribit Aul. Gell. *noctium Atticarum lib. 6. cap. 7.* tamen ex poſtfacto á Iure habilitatæ fuerunt ad dicendum teſtimonium. Nec obſtat tex. *in cap. mulierum 33. q. 5.* vbi dicit ſimpliciter mulierem non poſſe dicere teſtimonium, ſatisfit enim ſi aduertas tex. illum eſſe S. Ambroſij, qui principaliter intendit ſubiectionem mulieris, quam marito ſuo exhibere tenetur, ad quod oſtendendum enarrat plura, quæ licet mulier facere poſſit, tamen ſine obedientia nequaquam eidem licere conſtituit.

CAP. IN OMNI NEGOTIO. IV. poſt *n. 77.* In tex. ibi (*habenda eſt pro teſte*) Collige ex tex. denunciatorem poſſe exiſtere teſtem in illa cauſa in qua denunciator eſt, vt per *gloſ. 1.* Innoc. Abb. *num. 2.* Imol. *in princ.* Bald. *num. 4.* Myſing. *n. 2.* & DD communiter in *præſenti*, Nau. in *cap. inter verba num. 779. 11. q. 3. & in man. cap. 25 nu. 33.* Sot. de *ratione tegendi ſecretum, memb. 2. q. 4. concl. 8. verſ. ſecundum dubium*, Simanch. de *Cathol. inſtit. cap. 19. in fine, & cap. 64. num. 65.* Intellige procedere generaliter in omni negotio, in quo denunciator principaliter, & immediate nullam vtilitatem, nullumve emolumentum percipit ex denunciatione, data enim tali denunciatione, dummodo ſuſpectus non exiſtat denũciator de re ſibi nota, habetur pro vno teſte, & in aliorum numero nuncupatur. Nec obſtat tex. *in l. ab accuſatione 6. §. numeratores ff. ad Turpil.* vbi tex. videtur dicere non poſſe eumdem hominem eſſe denunciatorem, & teſtem, expendit Bald. *d. num. 4.* quia R. hunc tex. non probare illud ad quod adducitur, & licet probet intelligendum eſſe in denunciatore, qui ex ſua denunciatione prædictum emolumentum recipit. Nec etiã obſtat quod in tex. in præſenti, ibi, principalis, indicatur denũciatorem perſonã eſſe principalem, ac proinde teſtimonium tamquam in cauſa propria dicere non poſſe, iuxta vulgaria Iura; quia ſatisfit ſi dicas in hoc tex. non appellari denunciatorem principalem perſonam quaſi in hoc caſu ſuam propriam cauſam agat, & proſequatur, ſed appellari perſonam principalem quia mouet cauſam alterius ſui ſcilicet principalis.

CAP. INSVPER. VI. poſt *n. 1.* in ſuperſcriptione tex. ibi, *Priori*. Ex hac ſuperſcriptione, iuncto tex. in præſenti, ibi, vobis, colligitur poſſe ſuperiorem quemcunque dicere teſtimonium in cauſa ſuæ Communitatis, idem probat tex. *in cap. etſi Christus 26. in fine*, verſ. licet, ibi, vobis, iuncta ſuperſcript. illius, ibi, Abbati, *de iureiur.* tradunt *gloſ.* in ſpecie *in c. ſuper prudentia 14. q. 2.* Abb. *à n. 5.* Imol. *n. 2.* Bald. *n. 10* Bellem. *n. 6.* Dec. *n. 1. & 11. &* alij communiter *in præſenti*, Anch. *n. 12.* Dominic. *17. in cap. præſentium hoc tit. lib. 6.* reſoluit Alberic. *de teſtib. p. 1. tit. quando ratione affectionis à n. 34.* Non obſtat quod Prælatus quicunque reſpectu ſuæ Eccleſiæ procurator eſt, & habet adminiſtrationem illius, vt probat tex. in *cap. 2. de donat.* reſoluit Sarmien. *de reddit p. 3. c. 1. n. 4. &* procurator, ſeu adminiſtrator in cauſa, quam procurat, ſeu adminiſtrat teſtis eſſe non poteſt vt probat *tex. in l. vlt. ff. hoc. tit. & in c. fin. in fine, eod. lib. 6.* Meneh. *vſufreq. c. 33. n. 5.* Reſpondetur enim tex. *in d. c. 2. &* melius *in cap. edoceri, de reſcript.* non eſſe intelligendos in proprio procuratore de quo loquitur tex. in præſenti, ſed lato modo, nam Prælati procuratores Eccleſiarum ſuarum appellantur non propter mandatum, quod habẽt ad negotia peragenda in iudicio vel extra, quod requiritur vt proprie quis procurator eſſe dicatur, ſed quia bona Eccleſię, & illius negotia ratione ſuorũ titulorũ diligenter curare tenẽtur, quę quidem cura & diligentia efficere nequit vt à teſtimonio repellantur. Nec etiã obſtat quod procurator à ſuperiore Communitatis conſtitutus ad agendum in cauſa illius teſtificare non poteſt vt probat tex. *in præſenti, verſ. dummodo*, vnde à fortiori videbatur conſtituentem in eadem cauſa teſtimonium dicere non poſſe, arg. *tex. in auth. multo magis C. de Sacroſ. Eccleſ.* R. enim obiectionem procedere quando ſolus Prælatus abſq. Conuentu, ſeu congregatione ad illam cauſam peragendam procuratorem conſtituit, itaut nomine ipſius per eumdem negotium tractetur, quia hoc caſu huiuſmodi Prę latus cõſtituens, veluti per inſtrumentum, tanquam actor principalis agere videtur *cap. qui per alium, de regulis lib. 6.* ac proinde in teſtimoniũ eiuſdem cauſæ nequaquam venit admittendus, vt in ſpecie tradit Archid. *in. cap. ſuper prudentia n. 2. 14. q. 2.* Verum ſecus dicendum quando idem ſuperior vnà cum Communitate conſtituit eundem procuratorem, ſyndicum, vel actorem, qui nomine ipſius Communitatis cauſam exerceat iuxta terminos tex. *in cap. præſentium, hoc tit. lib. 6.* in quo caſu ſine dubio ſuperior teſtimonium dicere poteſt eo quod in hac ſpecie reſpectu talis cauſæ ſicut quilibet alius de Communitate connumeratur, vnde ſicut quilibet de Communitate teſtificari poteſt, ita quoque ſuperior, qui in hoc caſu tanquam quilibet particularis reputatur.

Ibid. *num. 2.* ibi, vt per, adde, *Aym. de antiquitate p. 1. cap. quid in libro à n. 17.* Hippol. *in l. 1. §. ſeruus a n. 1. ff. de quæſt.* Crot. *de teſtib. n. 171.* Curt. *eod. tract. concl. 3. à n. 11.* Aufrer. *de reprobat. teſtium à n. 1. & n. 91.* Cou. *practic. cap. 18. n. 4.* Surd. *conſ. 28. & conſ. 65. n. 8.* Afflict. *deciſ.* 400.

400. Capic. *deciſ. e52.* Nouar. *in quæſt. forenſ. 270. lib. 1.* Octao. Glorit. *reſp. 12. nu. 27.*

Ibid. poſt *nu.* 5. In tex. ibi [*non debet admitti, &c.*] Collige ex tex. ſingulos de Communitate inſtitutos procuratores non poſſe pro eadem dicere teſtimonium, idem probat tex. *in l. fin. ff. hoc tit. & in cap. vlt. hoc eod. tit. lib. 6.* tradunt *gloſ. vlt.* Bald. & Abb. vterque *n. 8.* Bellem. *n. 2. & eo.* Imol. *n. 1.* Dec. *n. 14.* & alij in præſenti, DD. communiter *in cap. cum à nobis inſ. hoc tit.* vbi Felin. *nu. 13.* Rot. *deciſ. e22. in nouis,* Roman. *conſ. 320.* Alex. *conſ. 152. nu. 7. vol. 7.* Rip. *in cap. e. de iudic.* Alberic. *de teſtib. p. 1. in princip. tit. ratione domeſticitatis, n.* 22 *& tit. ratione affectionis, n. 2.* Aufrer. *à n. 8.* Xuar. *alleg. 1. n. e5.* Ratio autem quare procurator non admittatur ad teſtimonium ſecundum *gloſ. vlt. in præſenti* eſt, quia teſtificando duplex officium exercere cenſetur, nempe teſtis, & procuratoris litigantis, quod quidẽ inconueniens eſſe conſtat ex tex. *in cap. ſingula, 86. diſt. & in cap cum ſingula, de prabend. in 6.* Vel ſecundum Bellem. *hic num. eo.* quia procurator virtute ſui mandati repræſentat Communitatem, ſeu dominum conſtituentẽ, & veluti illius inſtrumentum eiuſdẽ conſtituentis vices gerit, arg. tex. *in cap. ſane, de officio deleg.* & conſtat ipſam Communitatem ſi per ſe procederet ſicuti dominum conſtituentem nequaquam in cauſa veluti propria ad teſtimonium admittendam fore propter tex. in *l. omnibus, C. hoc tit.* Sed melius dicendum puto propterea procuratorem in teſtimonium non admitti, quia attenta Iuris præſumptione dicitur habere affectionem maximã ad cauſam in qua procurator eſt conſtitutus, tũ quia ex terminatione illius laus aliqua ſi victoria cõparetur, damnũ vero ſi condemnatio ſequatur reſultabit. Nõ obſtat *l. deferre, e8. §. idẽ decreuerũt ff. de iure fiſci.* quia reſpondetur illam non loqui de interrogatione facienda procuratori tanquã teſti, ſed tãquã parti, prout in ſpecie aduertit gloſ. *verbo interrogari,* Bart. & alij DD. communiter ibidem. Nec etiam obſtat tex. *in cap. ſuper prudentia, verſ. caeterum, 14. q. 2.* quia ſatisfie ſi dicas illum non eſſe intelligendum de tractatu aduocati, vel procuratoris, prout in *d. l. fin.* ſed de tractatu Capitularium electorum, ſeu fratrum eiuſdem Eccleſiæ, de quo tractatu optime dicitur teſtimonium, veluti per illos, qui magis inſtructi & informati ſunt, iuxta tex. in *cap. tertio loco, de probat.*

CAP. SIQVI TESTIVM. VIII. poſt *n. 4.* In tex. ibi [*mittatis perſonas idoneas*] Collige ex tex. poſſe Iudicem committere examinationem teſtium, qui ad illum venire nequeunt, idem probat *cap. e. de teſtib. cog. cap. 2. verſ. ſed cum, de iudic. lib. 6. Clem. 1. de offic. leg. l. ad perſonas egregias, 15. ff. de iureiur. auth. ſed Iudex. C. de Epiſcopis & cleric. Auth. de hered. & falcid. §. hinc nobis, in fine, collat. e.* tradunt Innoc. Abb. & Felin. *n. e. & e4.* Bald. in *princ.* Imol. & Bellem. vterque *num. 1.* Myſing. *n. 6.* & alij in præſenti, Bart. *in l. Iudices C. de fide inſtrum. Abb.* in *cap. quoniam contra n. 30. de probat.* Felin. in *cap. cum cauſam, à n. 21. & nu. 28. inf. hoc tit.* Alberic. *de teſtib. p. 2. à n. e.* Roman. *ſing. 397.* Gom. *in d. cap. 3. à n. 30.* Tiraquel. *de nobilit. cap. 20. n. 46.* Cou. *lib. 2. vari. c. 13. nu. 10. Clar. in §. vlt. q. 26.* Cened. *ad Decretal. collect. 133.* Non obſtat quod Iudex debet colligere an vera ſint quæ dicunt teſtes ex modo, quo ipſi ſuum proferunt teſtimoniũ, iuxta tex. in *c. in noſtra 32. inf. hoc tit.* quod iudicium non poſt colligere, nec intelligere per illas perſonas, quas mittit ad recipiendos teſtes, ℞. enim huiuſmodi obiectionem tantummodo euincere quòd Iudex debet tales perſonas mittere ad recipiendos teſtes, quæ veluti diſcretæ bene conſiderent vultum teſtium, illorumque perturbationem, ſeu titubationem in dicendo teſtimonio, notantes & ſcribentes dignitates, qualitatesque, ſeu alias eorum circumſtantias, vt in ſpecie aduertit Abb. *in d. cap. quoniam contra n. 35.* Simanch. *de catholic. c. 64. nu. 11.* Nec etiam obſtat quod receptio teſtiũ continet in ſe nudũ miniſterium ipſius recipientis, quod alteri perſonæ per Iudicem committi non poteſt vt videtur probare tex. *in cap. vlt. §. vlt. de offic. deleg.* quia ℞. faciendam eſſe diſtinctionem inter nudum miniſterum, quod competit ex delegatione, & inter illud, quod ratione proprij officij ad aliquẽ ſpectat, itaut priori caſu nequaquam committi poſſit propter tex. ſic intelligendum *in d. c. vlt. §. vlt.* contra vero in poſteriori, in quo commiſſio & licita & valida reputatur, ſic explicatur tex. in *Clem. 1. §. ſane, de haret. & in c. inter cætera, verſ. vnde, de officio Ordin.*

Amplia tex. in præſenti procedere non ſolum quando mittitur perſona habens iuriſdictionem, ſed etiam quando notarius, vel loco illius mittuntur alij carentes omni iuriſdictione, ita in ſpecie tradunt Salicet. *in auth. ſed Iudex C. de Epiſcopis & cleric.* Bald. *in l. hac conſultiſſima §. ſi quis autem n. 1.* vbi Alex. *n. 4. C. de teſtam.* Hippol. *in l. de minore §. plurimum n. 16. ff. de quaſt.* Abb. *in d. cap. quoniam contra, n. 30.* Felin. per tex. ibi *in cap. 2. à num. 30. de iudic.* Cou. *vari. lib. 2. cap. 13. num.* 10.

Limita tamen non procedere in cauſis criminalibus, in quibus Iudex regulariter ad teſtium examinationem alteram perſonam mittere non poteſt, ſed ipſe per ſe ire tenetur ad perſonas taliter impeditas *Auth. apud eloquentiſſimum C. de fide inſtr. d. c. 2. verſ. ſi forte,* vbi *gloſ. verbo Iure prohibente, gloſ. vlt. in c. 1. de teſtib. cog.* Abb. *n. pen.* Felin. *à num.* 21. *in c. cum cauſam, hoc tit.* Gom. *d. cap. 2. n. 32.* Cou. *d. c. 13. num.* 10. Auend. *de exequendis mand. lib. 2. cap. 17. in fine.*

CAP. SICVT NOBIS. IX. poſt *nu. 1.* In tex. ibi [*Poſtea vero &c.*] Collige ex tex. non eſſe credendum teſti deponenti contrarium illius, quod antea in ſuo teſtimonio depoſuerat, ſed priori dicto ſtandum eſſe, idem probat tex. *in cap. per tuas, de probat.* tex. melior *in cap. præterea in fine, de teſtib. cog.* tradunt *gloſ. in caſus poſitione in fine,* Abb. Felin. & Imol. *n. 1.* Bald. *n. 4.* Anan. *n. 2.* Myting. *n. 8. &* alij *in præſenti,* Felin. *in c. exhibita, de homicid.* Crot. *de teſtib. n. 340.* Boer. *deciſ. 81.* Duen. *reg. 59.* Alciat. *reg. 2. præſ. 29. in princ.* Clar. *in §. falſum à n. 9. & §. fin. q. 53. à nu.* 12. Cou. *vari. lib. 2. c. 13. n. 7. ad fin.* refert alios Valaſc. *conſ. 73. à princ.* Ratio eſſe poteſt quia per teſtimo-

ſtimo-

ſtimonium priori loco datum dicitur Ius quæſitum litiganti, vt virtute illius à Iudice proferatur ſentētia ex reg. *tex. in l. illicitas §. veritas ff. de offic. Præſid.* explicat D. Thom. 2. 2. *q. 67. art.* 2. Sot. *lib. 5. de Iuſtit. q. 4. art.* 2. Cou. *lib. 1. variar. cap. 1. à princip.* quod quidem Ius ſicut ſine ipſius conſenſu nequit auferri iuxta reg. tex. *in l. id quod noſtrum ff. de reg. Iuris* explicat Mench. *illuſtr. c. 5. & c. 12. à n.* 29. ita quoque tale teſtimonium in detrimentum eiuſdem mutari non poteſt, iuxta reg. tex. *in l. nemo poteſt. ff. de reg. Iuris*.

Amplia tex. procedere etiam quando vtrumque teſtimonium repugnans in diuerſis iudicijs præſtitum fuit, *gloſ. verbo purgauit in c. litteras 14. de præſumpt.* vbi addit. Limita non procedere in cauſa hæreſis, in qua poſteriori teſtimonio ſtatur, *cap. accuſatus 8. §. licet, de hæret. lib. 6.* Villadieg. *de hæret. prauit. q. 13. n. 12.* Cou. *var. lib. 2. c. 13. n. 9. verſ. ex his,* Simanch. *de cathol. c. 64. à n. 58.* Rojas *de hæret. p. 2. n. 110. & ſing. 206.*

Ibid. *poſt nu. 6.* In tex. ibi (*eſt ſententia reuocanda*) Collige ex tex. ſententiam diuortij in cauſa matrimonij lata per teſtes corruptos, probata poſtea corruptione reuocari, ita in ſpecie tradunt Innoc. Abb. *n. 6.* Felin. *n. 5.* Imol. *n. 2.* Bald. 7. Bellem. & Anan. vterque *n. 2.* Myſing. *n. 13.* & alij *in præſenti*, in effectu *gloſ. verbo, opponi, in cap. licet cauſam*, vbi Abb. *n. 24.* Dec. *n. 30. de probat.* ſubſcribit Bart. *n. 7.* Alex. *n. 59* vbi Iaſ. *n. 27. in l. diuus ff. de re iud.* refert plures Valaſc. *conſ. 51. n. 14.* Cuius tex. deciſionem nonnulli, vt Abb. *in præſenti num. 6.* & Dec. *in d. c. licet cauſam, n. 20.* intelligunt procedere ex eo, quia in ſpecie illius non ſolum fuit propoſita corruptio & probata, ſed etiam falſitas ab eiſdem teſtibus in his teſtimonijs relata ſimiliter probata fuit, per quæ duo diuortium, de quo in tex. pronunciatum eſt. Alij vero, vt Felin. Bart. Alex. & Iaſ. *dictis locis*, putāt faciendā eſſe differentiam inter corruptionem ſimpliciter, & ita in genere, & ſic alio quocumque modo factā, & inter illā, quæ per dationem pecuniæ fieri ſolet, ita vt in priori caſu probatio illius non ſufficiat ad reuocandam ſententiam diuortij, prout ſic intelligunt tex. *in d. cap. licet cauſam*; ſecus vero in poſteriori caſu, in quo ſolū ſufficit probatio corruptionis, ſicut etiam requiritur.

Ego tamen omiſſis prædictis explicationibus dicendum puto tex. in præſenti ſpecialiter procedere in cauſa matrimoniali, in qua licet de falſitate non conſtet, probata tantumodo corruptione, interim dum ſecūdum matrimonium non contrahitur, reſultat præſumptio falſitatis propter quam ſuppoſito fauore Matrimonij ſententia diuortij reuocanda eſt ad effectum vt ſeparati coniuges iterū coniungantur, in quorum coniunctione minus præiuditium reperitur reducendo illos ad ſtatum antiquum, in quo ante ſententiam permanebant. Qui quidem intellectus confirmatur ex finalibus verbis huius tex. ibi, in hoc caſu, &c. quaſi ſentiat tex. extra hunc caſum, ideſt matrimonij, teſtimonium eſſe ſuſtinendum, & ſententiam non eſſe retractandam ex defectu probationis circa ipſam falſitatē licet conſtaret de corruptione, ex quo ceſſat difficultas de tex. *in d. c. licet cauſam.*

CAP. VENIENS. X. poſt *n. 1.* Probat hic tex. ſocium criminis contra alium ſocium eiuſdem non eſſe interrogandum, nec illius teſtimonium recipiendum, idem probat tex. *in l. Diuus Seuerus, & in l. repeti, §. is qui ff. de quæſtionib.* tex. opt. *in l. vlt. ad fin. verſ. nemo igitur, C. de accuſat. & in cap. ſi teſtes, verſ. item liberi 4. q. 3 & in cap. vlt. 15. q. 3.* tradunt *gloſ. verbo, confeſſio,* Innoc. *in princip.* Bald. *n. 1. & 4.* Abb. & Bellem. *n. 7.* Imol. *n. 3.* Anan. *n. 1.* & alij in præſenti, reſoluunt Alberic. *de teſtib. p. 1. tit. quando ratione affectionis n. 32.* Curt. *eod. tract. concl. 1. à n. 1. & 5.* Gom. *tom. 3. var. cap. 12. n. 16.* Duen. *reg. 300. & ſeq.* Soccin. *reg. 425.* Boer. *deciſ. 319. à princ. & deciſ. 117. nu. 4.* Sot. *de ratione tegendi, memb. 2. q. 9.* Simanch. *de cathol. inſtit. c. 6. n. 26. & c. 51. n. 10.* Clar. *§. fin. q. 21. à n. 4.* Tiraq. *de pœnis temper. c. 40. n. 25.* Corraſ. *lib. 1. miſcel. c. 20.* Alciat. *de præſ. lib. 1. præſ. 9. n. 5.* Ratio eſt ſecundum Ign. *in l. etſi certus, n. 3. & 10. ff. ad Syllan.* quia ſcilicet delinquentes in tormentis de ſe confeſſi, & de alijs interrogati ſæpe mētiuntur iuxta tex. *in l. 1. §. quæſtione ff. de quæſt.* Vel ſecundum Menoch. *de arbitrar. caſu 474. n. 18.* delinquentes confitentes de ſe crimen eo ipſo declarantur infames, qui aduerſus alios interrogari non poſſunt, nec illorum dicta fidem faciunt iuxta tex. *in c. teſtimonium inf. hoc tit.* Vel denique meliùs ne ſceleratus homo in ſummo diſcrimine conſtitutus alicui, vel aliquibus falsò afferat nocumentum, quorum fauore aut priuilegio ſperet debitā euadere vlctionem, aut ne inimicos ſuos conuocet in ſuum diſcrimen, prout colligitur ex *d. l. vlt.*

Sed obſtat maxime tex. *in l. Diuus Adrianus ff. de cuſtodia reorum, & in cap. quoniam 3. ſupra hoc tit.* ibi, mulieres cum quibus peregiſſe dicitur, &c. Quapropter nonnulli Doctores quos refert Abb. *in cap. 1. n. 6. de confeſſis*, exiſtimant faciendam eſſe differentiam inter delinquentem, qui prius de ſe quàm de alijs loquitur, & inter illum, qui prius de alijs interrogatur, ita vt in priori caſu audiendus non ſit, ſecus in poſteriori, in quo reſpectu ſociorum auditur & recipitur teſtimonium illius, Salicet. vero *in d. l. vlt. n. 5 de accuſat.* exiſtimat eſſe faciendam differentiam inter ſeruos, & homines ingenuos, ita ut priores de ſe cōfeſſi ſemper interrogentur de ſocijs, eo quòd ſerui, cum abiecti ſint animo, non ſolent ſine ſocijs crimina committere. Tertio loco Bart. *in d. l. repeti, §. 1.* Abb. *in d. c. 1. n. 7.* Alex. *conſ. 69. n. 8. lib.* 2 Hippol. *in l. 1. §. diuus Seuerus n. 6. ff. de quæſt.* Angel. *de maleſic. verbo fama publica n. 75.* Clar. *d. q. 21. n. 4.* Roland. *conſ. 51. n. 26. lib. 1.* exiſtimant aliam eſſe faciendam differentiam inter crimina, quæ ad vtilitatem perpatrantis principaliter committuntur, prout eſt furtum, adulterium, falſa moneta, & alia ſimilia, & inter illa, quæ principaliter fiunt in odiū offenſi, prout eſt homicidium, incendium, & alia huiuſmodi, ita ut in prioribus teſtimonium ſocij contra alios ſocios admittatur ſic intelligentes tex. *in l. prouinciarū pen. C. de ferijs & in l. 1. C. de falſa mon.* contra vero in poſterioribus, in quibus exiſtimant ſocium criminis non eſſe interrogandum, prout intelligi poteſt tex. in præſenti, & *in l. fin. C. de accuſat.* Ad tex. vero *in d. l. diuus, & in d. cap. quoniam* reſpondebis iuxta ea, quæ dicta ſunt in addit. ad *cap. 1. de confeſſis*, & quæ infra dicentur.

Amplia tex. procedere etiamſi infamia, aut alia probatio aduerſus aliquem exiſtat, & etiam deficientibus

tibus

Digitized by Google

tibus teſtibus, & in criminibus ſua natura difficilis probationis, *gloſ. verbo iuramentum ad fin.* Abb. *n.* 2. & alij *in præſenti*, tradunt Bald. *in l. quando liberi n. 3. C. de teſtib.* Aretin. *conſ. 61. n. 3.* Alex. *conſ. 64. lib.* 1. Roland. *conſ. 73. nu. 26. lib.* 1. Limita non procedere in crimine læſæ maieſtatis, & in alijs, quæ à lege aliqua particulari ad prædictum effectum excipiuntur, reſoluunt omnes *in l. fin. C. de accuſat. & in c. fin. de teſtib. cog.* tradunt Alberic. *de teſtib. tit. quando ratione affectionis n. 32.* Gom. *tom. 3. vari. c. 12. n. 16.* Duen. *reg. 300. & ſeq.* Simanch. *d. cap. 51. n. 10.* Clar. *d. q. 21. n. 5.* Menoch. *d. caſu 474. n. 27.* Maſcard. *concl. 1317. n. 21.* Limita etiam non procedere quando confeſſus de crimine conuenitur non criminaliter, ſed ciuiliter, prout dictum eſt *in addition. ad cap. per tuas, de ſimon.*

CAP. CAVSAM QVÆ. XI. *n. 2.* ibi, eaſdem perſonas, idem probat tex. *in cap. præſentata 50. inf. hoc tit. & in l. fin. C. eod. & in l. pen. in fine. C. de arbitr. & in auth. de teſtibus, §. quoniam. collat. 7.* tradunt *gloſ. verbo Iudicibus, Innoc. nu.* 1. Bald. *n. 3.* Abb. & Bellem. *nu. 2.* Dec. *nu. 4.* Myſing. *nu. 3.* & alij *in præſenti*, reſoluũt Bart. *in l. vnic. C. quando act. ciuil. & in l. 2. §. 1. ff. vi bonorum rapt.* Aretin. *conſ. 136. n. 1.* Afflict. *deciſ. 396. n. 3. & 7.* Boſs. *in practica de violent. nu. 24.* Maſcard. *concl. 33. à princip.* & alij plures.

Ibid. poſt *n. 5.* Cætera autem, quæ ad principalem concluſionem faciunt, vel contra illam obijci poſſunt vide *in addition. ad cap. dilectos 6. de fide inſtrum.*

CAP. CVM NVNTIVS. XII. poſt *num. 3.* In ead. gloſ. ibi (*Alij dicunt quod verius &c.*) Collige ex gloſ. clericum, ſeu monachum, vel ſimilem poſſe compelli ad teſtificandum contra eandem Eccleſiam, monaſterium, vel aliam ſimilem Communitatem, idem tenet *gloſ. vlt. in cap. veniens il 2. inf. hoc tit.* Bald. & Imol. *num.* 2. ac alij in præſenti. Pro quibus facit, quia in iudicio debet eſſe litigantium æqualis conditio, iuxta *cap. in iudicijs 12. de regulis Iuris lib. 6.* conſtat autem licitum eſſe Eccleſiæ, ſeu monaſterio adducere pro ſe clericum, ſeu monachum ad teſtificandum in cauſa ſua, vt dixi *ad cap. inſuper, ſup. hoc tit.* igitur ſimiliter alteri litiganti licitum erit contra eandem Eccleſiam pro ſe adducere eundem clericum ad teſtimonium dicendum, iuxta *cap. non licet, 32. de regulis Iuris, in 6.* Non obſtat *cap. fin. verſ. clericus, de poſtulando.* quia R. pœnam illius prohibitionis procedere in clerico tale officium poſtulationis exercente, eo quòd illud voluntarium eſt, & nulla coactione à volente ſuſcipitur, propter quod clericus illud ſuſcipiens culpam committere cẽſetur, vnde nil mirum ſi in illo pœna incurratur, ſecus vero in teſtimonio dicendo, quod quidem non volens ſed aliquo modo inuitus teſtis præſtare ſolet, & propterea ceſſat in illo aliqua culpa; prout in ſpecie fatetur *gloſ. vlt. in d. c. veniens, verſ. & hæc eſt cauſa.* Nec etiam obſtat quod filius non poteſt compelli contra patrem dicere teſtimonium *l. 4. ff. hoc tit. c. ſi teſtes, verſ. lege Iulia 2. 4. q. 5.* quia in illo reperitur particularis prohibitio de qua in illis Iuribus, quæ iuſtificatur ex eo, quòd ille ſimiliter pro eodẽ patre teſtificari nequit, quod ſecus eſt in clerico reſpectu ſuæ Eccleſiæ, & in monacho reſpectu ſui monaſterij, qui quidem recte poſſunt in fauorem Eccleſiæ, ſeu monaſterij ſuum proferre teſtimonium per dicta *ad d. cap. inſuper.*

CAP. DE CÆTERO. XIV. *num. 2. in fine*, ex quorum mente ratio aſſignatur, quia laici valde eccleſiaſticis ſunt infeſti, vt dicit tex. in *cap. laicos 2. quæſt. 7.* Non obſtat *tex. in cap. tam litteris*, ibi, ſiue laicos, *inf. hoc tit.* quia reſpondetur non agere de cauſa criminali clerici, ſed ſolum de cauſa ciuili, ſiquidem ibidem ſolummodo agebatur de electione eiuſdem clerici in Prælatum, patet ibi, contra Iulianum electum, &c. inſuper agebatur de probanda irregularitate non ex crimine, ſed ex actu licito reſultante, putà de bigamia contracta ex matrimonio celebrato cum vidua, patet ibi, ſuper matrimonio, quod idem electus dicitur contraxiſſe cum vidua, iuncto tex. *in cap. ſi quis viduam 54. diſt.* Sic ſimiliter procedere videtur tex. & poteris intelligere *in cap. veniens 10. ſup. hoc tit.* propter verba, quibus vtitur, ibi, obiectum fuit quod in Eccleſia, &c. Nec etiam obſtat *cap. quoniam 3.* ibi, mulieres *ſup. hoc tit.* quia nonnulli reſpondent illum ſimiliter agere de crimine ciuiliter intentato, prout in ſpecie refert, & ſequitur Maſcard. *concl. 965. num.* 13. Sed meliùs reſpondetur quod licet in illo tex. agatur de crimine criminaliter intentato, nihilominus tamen teſtimonium illarum mulierum à Pontifice nõ approbari, ſed tantummodo conſtituiſſe vocandas eſſe cũ alijs vt melius Iudex inſtrueretur, & veritas inquireretur, patet ex eodẽ tex. in finalibus verbis, ibi, poſſint, quæ vera ſint, aperiri. Vtrum autem tex. iſte procedat data conſuetudine in contrarium? dicendum eſt quod non propter reg. *cap. fin. de conſuetud.* Vtrum etiam è conuerſo teſtimonium Clerici contra laicum recipiatur vide *gloſ. per tex.* ibi *in cap. teſtimonium 11. quæſt.* 1. Abb. *num. 1.* & Felin. 3. *in præſenti*; Crot. *de teſtib. num. 69.*

CAP. IN CAVSIS. XV. poſt. *n. 1.* Probat hic tex. poſt tertiam productionem amplius partem non admitti ad teſtes producẽdos, idem probant tex. *in cap. de teſtibus 29. & in c. ſignificauerunt. 36. verſ. mandamus, & in c. pen. hoc tit. auth. vt qui ſemel C. de probat. auth. de teſtibus § quia vero, collat. 8.* tradunt *gloſ. verbo productione, Innoc.* & Bald. *in princip.* Abb. Felin. & Bellem. *n. 1.* Myſing. *n. 5.* & alij in præſenti, *DD. in cap. fraternitatis, & in cap. cum veniſſent inf. hoc tit. & in Clem. 2. eod. tit.* reſoluũt Crot. *de teſtib. à n. 262.* Soccin. *reg. 498.* Cou. *pract. c. 18. n. 9.* Perez *l. 4. tit. 11. lib. 3. Ordin.* Gabr. *cõmun. ſub. tit. de teſtib. concl. 20. à princip.* Maſcard. *de prob. q. 5. à n. 4.* Cened. ad *Decretal. collect. 27.* In explicatione vero quid ſit productio, & quid importet in hoc tex. variant DD. & in primis *gloſ. verbo productionẽ, Innoc. n. 2.* Bald. *n. 1.* Zabarel. & alij *in præſenti*, item & *gloſ. verbo productionẽ in d. cap. pen.* & alibi, exiſtimãt productionem idem eſſe ac dilationẽ, quaſi ſit ſenſus huius tex. quod finita prima dilatione iuſta cauſa allegata Iudex dabit ſecundã, & iterũ tertiã, quartã vero nonniſi interueniente Iuris ſolemnitate, iuxta quã declarationem putant eſſe explicanda Iura ſup. relata. Sed ego breuius dicendum puto tex. in præſenti non procedere in dilatione, ſed in actu producendi teſtes, ſiue inter

vnam,

Digitized by Google

vnam, ſiue inter aliam temporis dilationem trina, ſeparata tamen productio & legitime facta præcedat, prout in effectu colligitur ex Abb. in *præſenti n.1.* & antea ex Bart. *in d. auth. at qui ſemel n. 8.* vbi Bald. in princip. quæ explicatio confirmatur ex hoc tex. ibi, debent teſtes produci, quæ verba non poſſunt intelligi de dilatione, quæ diuerſa eſt ſed de actu producendi ipſos teſtes, ſiue in nominatione, ſiue in præſentatione illorum conſiſtat.

CAP. CVM TV. XVI. *n.* 2. ibi, ſunt reducendi, idem probant tex. *in cap. periculoſe de Pœnit. diſt.* 1. *& in cap. nihil 7. de verb. ſignif.* tradunt *gloſ. verbo benigne*, Innoc. Bald. & Abb. *n.* 2. Felin. *n.* 5. Belle. Imol. & Myſing. omnes *nu.* 1. *in præſenti*, gloſ. *verbo ſimul in cap. nihilominus* 3. *q.* 9. gloſ. 1. *in cap. cum contingat, de officio deleg.* gloſ. *verbo nec Iure communi in cap. cum dilectus de conſuetud.* Bart. *in l.* 1. *num.* 3. *ff. de noui operis nunciat. & in l. Gallus §. illi caſus n.* 3. *ff. de liberis & poſth.* Alex. *in l. inter. ſtipulantem §. Stichum n.* 11. *ff. de verb. oblig.* Dec. in *l.* 2. *§. creditum n.* 9. vbi Iaſ. *num.* 12. *ff. ſi certum pet.* Roman. *ſing.* 576. *& conſ.* 301. Crot. *de teſtib. n.* 337. Pariſ. *conſ.* 169. *n.* 17. *vol.* 4. Alex. *conſ.* 70. *col.* 1. *vol.* 1. Ruin. *conſ.* 14. *num.* 3. *vol.* 5. Octau. Glorit. *reſp.* 1. *p.* 1. *n.* 57. Hieronym. Buccaron. *de different. inter iudicia ciuilia, & crimin. differ.* 111.

Ibid. cod. *n.* 2. *in fine*, ibi, in recent. immo Indices huiuſmodi interpretationem debent facere, etiam præſumendo pluralitatem factorum, & perſonarum ad euitandam falſitatem ſecundum Butr. Abb. Felin. & alios *in præſenti*, Bertazol. *conſ.* 15. *n.* 20. Grammat. *conſ.* 23. *n.* 1. Ioſeph. Ludou. *Peruſ. deciſ.* 9. *n.* 13. *p.* 1. Menoch. *de præſumpt. lib.* 5. *præſ.* 20. *num.* 3. *&* 4. cum alijs citatis per Farin. *q.* 65. *n.* 38. & ſic Iudices ſumma ope niti debent vt teſtes contrarij reducantur ad concordiam, etiam per improprietatem verborum, impropriando ſcilicet verba depoſitionis eorum, Menoch. *d. lib.* 5. *præſ.* 23. *num.* 11.

Ibid. poſt *n.* 3. Verum quia vbi teſtes inter ſe aduerſantur illorum teſtimonia non valent, *cap. licet cauſam, verſ. quamquam, de probat. gloſ. verbo ſed aduerſa, poſt princ. verſ. ſi vero in cap. in noſtra* 32. *inf. hoc tit.* & quia vbi teſtes inter ſe ſunt contrarij, maiori numero, ſeu digniori inæquali ſtandum eſt, *d. c. in noſtra, cap. ſi teſtes in princip.* 4. *q.* 3. *c. in Canonicis* 29. *diſt.* & quia quando teſtes inter ſe ſibi contradicunt oportet vt in ſuis errent teſtimonijs, qui quidem error facit vt in iudicio fidem non faciant *cap. præterea, de teſtib. cog.* Ideo Doctores mire variant in intellectu præſtando ad hunc tex. In primis Hoſt. in præſenti intelligit hunc tex. contra Iuris regulas de nouo ſtatuiſſe vt teſtes ſibi ad inuicem repugnantes ad concordiam reducerentur, motus verbis huius tex. ibi, benignè interpretari, quæ quidem verba aperte videntur iudicare hoc eſſe factum ex indulgentia contra regulas Iuris, prout in ſpecie conſiderat Ioan. Andr. *in c.* 2. *vt lite pend. lib.* 6. Secundo loco *gloſ.* 1. *in cap. cum contingat, de offic. deleg.* intelligit tex. in præſenti tantummodo procedere quādo teſtes ſunt æquales numero, vel qualitate, ſecus vero ſi inæquales proponantur, receptā ſententiam teſtantur Dec. *in l.* 2. *§. creditum*, vbi *Bart. n.* 9. *ff. ſi certum pet.* idem Bart. *in l. Gallus §. ille n.* 3. *ff. de liberis & poſth.* Tertio loco alij in hoc tex. vbi Imol. dicit communem Legiſlatarum, & Felin. *n.* 6. *in d. cap. cum contingat*, aſſerunt tex. in præſenti procedere etiamſi teſtes numero ſint diſpares, interim tamen prædictam concordiam eſſe faciendam ad effectum vt idem teſtes periurium poſſint euitare.

Ego vero omiſsis prædictis intelligendi modis dicendum puto hunc tex. procedere non ſolum ad vitandam periurij ſuſpicionem, verum etiam ad faciendam probationem ſiue teſtes numero ſint æquales, ſiue inæquales, ad quem effectum datur Iuris præſumptio quod in ſpecie huius tex. bis fuiſſet appellatum, quæ quidem præſumptio reſultauit ex dictis ipſorum teſtium, ex quibus aperte conſtabat Canonicos, de quibus hic, excommunicatos fuiſſe ante appellationem, & poſt appellationem non connotando eandem numero appellationem, ſiquidem hoc dato non erat locus concordiæ, ſed ſimpliciter & abſolute de appellatione deponendo iuxta doctrinam Bart. *in l.* 1. *§.* 1. *nu.* 2. *ff. ſecundum tab.* quo dato neceſſariò erat præſumendum bis fuiſſe ab illis appellatum, ac ſubinde nil mirum ſi teſtes reducti ad concordiam alteri de prima, alij vero de ſecunda appellatione intelligantur; qua facta reductione ad concordiam oportebat iudicare excommunicationem eſſe nullam iuxta tex. *in d. c. cum contingat & in c. cum dilectus* 55. *de appellat.* & ita hic intellectus eſt de mēte Bald. Felin. *n.* 5. *&* 6. *in præſenti*, Mench. *v/ſuq. c.* 30. *n.* 13. & confirmatur ex verbis huius tex. ibi, ne periurij reatu notentur, quibus verbis tex. ſupponit facta teſtium reductione ad concordiam manere eoſdem teſtes de periurio excuſatos, quo periurio ceſſante neceſſariò videtur probatio ex illis reſultare arg. tex. *in cap. teſtimonium, inf. hoc tit.*

Amplia primo tex. ſic explicatum etiamſi teſtes ab vno, eodemque litigante producantur, vt per *gloſ. verbo ſimul, verſ. ſed ſi ſæpius in cap. nihilominus* 3. *q.* 9. *gloſ. verbo ſed aduerſa in c. in noſtra hoc tit.* ſequuntur Abb. *n.* 4. Felin. *n.* 8. & alij *in præſenti*, Meneh. *d. c.* 30. *n.* 16. Secundo amplia procedere etiam in inſtrumentis, quæ in iudicio producuntur, de quo vide addita *ad cap. inter dilectos, de fide inſtrum.* Tertio amplia procedere etiam quando teſtes cum partis aſſertione contrariantur de quo vide addita *ad cap. cum Ioannes, de fide inſtrum.* Quarto amplia procedere non ſolum in cauſis ciuilibus, verum etiam in criminalibus, de quo vide *addita ad gloſ. in cap. in noſtra inf. hoc tit.*

In tex. ibi [*quia vtrumque eſſe potuit, &c.*] Notatur ad hoc quod identitas actuum non præſumitur, ſed pluralitas quando ſic præſumendo teſtes à contrarietate, & falſitate excuſantur vt per Maſcard. *de probat. concl.* 1174. *n.* 51. 55. *&* 56. Menoch. *de arbitr. caſu* 213. *num.* 40. *& de præſumpt. lib.* 6. *præſ.* 15. *à num.* 51. Farin. *in praxi crimin. q.* 65. *à num.* 38. *& fragment. crimin. p.* 2. *lit.* 1. *num.* 85.

CAP. FRATERNITATIS. XVII. poſt *n.* 1. Probat hic tex. poſt renunciationem partium,

Google

tium, ſeu aperturam teſtium amplius non poſſe teſtes produci, idem probant tex. *in cap. intimauit 18. verſ. ideoque, et in c. cum veniſſet, 25. & in c. de teſtib. 29. & in c. per tuas 48. inf. hoc tit. & in Clem. 2. eod.* tradunt *gloſ. verbo nouis*, Inuoc. *in princip.* Abb. *n. 1. & 3.* Bald. *n. 4. & 5.* Felin. *n. 3.* Imol. *n. 2. & 6.* Bellem. *à n. 1.* Myſing. & alij *in præſenti*, Crot. *de teſtib. à nu. 261.* Alberic. *eod. tract. p. 3. à n. 41.* Marant. *de ordine iudic. p. 6. tit. de teſtium product. n.* 22. Duen. *reg. 48.* Soccin. *reg. 498.* Cou. *practic. c. 13. n. 6. & c. 18. nu. 6.* Menoch. *de arbitr. q. 34.* Clar. *§. fi. q. 61. nu. 2.* Perez *ad l. 4. tit. 11. lib. 3. Ordin.* Roias *ſing. 203.* Gabr. *cõm. ſub tit. de teſtib. concl. 21. à princ.* Maſcard. *de probat. concl. 1237. n. 34.* Cened. *ad Decretal. collect. 27.* Intellige quando teſtes producuntur ſuper eiſdem articulis, vel directo contrarijs, ſuper quibus iam teſtes fuerunt legitimè recepti, eo quòd in illis ratio, & timor ſubornationis magis conſideretur, vt manifeſte probat hic tex. ibi, ſi noua contigerint emergere, & ibi, ſuper nouis dumtaxat capitulis, quibus verbis tex. ſolum concedit poſſe teſtes recipi ſuper nouis articulis, idem probat tex. *in c. cauſam, quæ 19.* ſic intelligendus, *hoc tit.* vnde neceſſariò dicendum eſt negare receptionem teſtium ſuper antiquos articulos, ſuper quibus teſtes iã legitimè recepti ſunt.

Non obſtat *c. conſtitutis 46. inf. hoc tit.* quia reſpõdetur illud agere de cauſa matrimoniali, ibi, diuortij ſententiam promulgauit, in qua non obſtante atteſtationum publicatione teſtes ſuper eiſdem articulis, vel directo contrarijs recipiuntur. Vel rurſus reſpondetur publicationem atteſtationum, de qua ibi, nulliter fuiſſe factam, putà inaudita parte, quæ quidem non potuit obligare, vel probare propter impedimentum eidem oppoſitũ, patet ex eod. tex. ibi, ipſa volente ad ipſum accedere, vt ſuas corã eo proponeret actiones, iunctis verbis finalibus, ibi, cum non renũciauerit, &c. aduertit in ſpecie Card. *in Clem. 2. n. 2. hoc tit.* quinimo licet rite facta eſſet publicatio, conſtabat tamen, vt tex. refert, partem non didiciſſe teſtificata, quo dato attento Iure non prohibentur teſtes produci non obſtante publicatione iuxta ſupra reſoluta. Nec etiam obſtat *c. præſentata 50. inf. hoc tit.* quia reſpondetur agere de iudicio arbitrorum, in quo licet teſtium atteſtationes publicentur non vſque adeo illæ ſuſtinẽtur quominus extincto illo iudicio, & alio ſuperueniente, prout ibidẽ contigit, aduerſarius poſſit à Iudice poſtulare, vt non obſtante publicatione idem teſtes, vel alij iterũ in iudicio examinentur, eo quod propter defectum iuriſdictionis, qui præcedit per talem publicationẽ depoſitiones teſtium, non in publica monumenta transferuntur, ſed priuatæ ſcripturæ appellantur, vt probat tex. ſic intelligendus *in l. fin. C. hoc tit.*

Amplia primo procedere in cauſa appellationis in qua non poſſunt teſtes produci ſuper eiſdem articulis, vel directo contrarijs, *Clem.* 2. ibi, ſic non debẽt, & c. *hoc tit.* Cou. *pract. c. 18. n. 6.* Maran. *de ordine iudic. p. 6. c. de teſtiũ product. n. 22.* Perez *l. 4. tit. 11. lib. 3. Ordin.* latè Roland. *conſ. 45. n. 14. lib.* 2. Maſcar. *q. 5. à n. 45.* Secundo amplia procedere in cauſa criminali *c. placuit verſ. item in criminali 4. q. 3.* Hippol. *in l. 1. §. ſi quis vltro n. 7. ff. de quæſt. et ſing. 90.* Perez *ad l. 4. tit. 11. lib. 3. Ordin.* Cou. *d. c. 18. n. 6.* Clar. *§. fin. q. 61. n. 2.* Gabr. *ſub hoc tit. de teſtib. concl. 21.* Non obſtat regula huius tex. quia illa indiſtincte procedit nulla conſtituta differentia inter cauſam criminalem & ciuilem, ac ſubinde ab iſta non videtur recedendum niſi particularis deciſio in cauſa criminali inueniatur ex reg. tex *in l. in fraudem 15. §. fin. in fine ff. milit. teſtam.* Non obſtat tex. *in c. 2. de purgat. canon.* nam omiſſis illis, quæ tradunt gloſ. Abb. *n. 4.* & communis ibid. Ꝛ. in illo tex. recipi teſtes, vel probationes poſt ſententiam non quidem ex natura, aut priuilegio cauſæ criminalis, ſed ſecũdum iuris regulas, ſiquidem ſententia de qua ibi nullitatẽ in ſe continebat, eo quòd prolata fuit contra ſolitũ iudiciorum ordinem, nempe per modum illicitum, & reprobatum à Iure, qualis erat illa purgatio vulgaris facta per duellum, ferrum candens, vel aquam feruẽtem, iuxta *c. 1. & fin. de purgat. vulg.* ac ſubinde cum taliter prolata ſententia perinde eſſet acſi non diceretur iuxta tex. *in l. 4. §. condemnatum ff. de re iudic.* non erit mirum ſi non obſtante illa teſtes reciperentur, ſiue cauſa criminalis eſſet, ſiue ciuilis. Tertio amplia procedere in cauſa ſummaria ex additis *ad cap. veniens 38. inf. hoc tit.*

Limita primo tex. non procedere in cauſa matrimoniali iuxta *addita ad c. iurauit, de probat.* Secundo limita non procedere in cauſa hæreticæ prauitatis *c. fin. verſ. iubemus de hæret. lib. 6.* Felin. *in præſenti n. 10.* Simanc. *de cathol. cap 64. n. 50.* Roi. *ſing. 203.* Tertio limita non procedere quando de falſitate opponitur ſuper dictis teſtium, de quo vide *addita ad cap ſeries 26. hoc tit.* Quarto limita non procedere quando petitur reſtitutio ad producẽdos teſtes pro Eccleſia, vel minore, de quo vide *addita ad cap. auditis, de in integ. reſtitut.*

Ibid. poſt *n. 9.* In gloſ. [*Receptos*] ibi (*qui ſemel tulerit teſtimonium contra aliquem præſumitur inimicus eius, ſi iterum velit contra ipſum teſtificari*) Intellige in cauſa criminali, Seraphin. *deciſ. 1377. n. 4.* Farin. *in praxi crimin. q. 49. n. 76. & quæſt. 107. ar. 8. n. 253.* Sigiſm. Scacc. *de iudic. cauſarum ciuil. et crim. lib. 2. c. 19. à n. 80.* Hieron. Bureaton. *de differen. inter iudicia ciuilia, & crimin. differ. 98. n. 2. cum ſeqq.*

CAP. IVDÆI. XXI. *n. 2.* ibi, parens meus, Aufr. *de reprob. teſtium n. 58.* Caſtro *de iuſta hæreticorum punit. c. 9.* Gig. *de læſa maieſt. tit. quomodo probetur, q. 10. n. 4.* Simanch. *de Cathol. c. 64. à nu. 41.* Rip. *in cap. eam te, à n. 29. de reſcript.*

Ibid. poſt eun. *n. 2.* Limita tex. concluſionem non procedere in eo, qui nouiter Chriſtianus factus eſt, *c. cõſtituit 17. q. 4.* Roman. *ſing. 669.* Hippol. *ſing. 107.* Felin. *in d. c. eam te n. 12. Dec. n. 6.* & Rip. *n. 30.* Secundo limita non procedere quando agitur de conuincendo fideli reuerſum eſſe ad infidelitatem, *c. contra Chriſtianos, de hæret. lib. 6.* vbi *gloſ. verbo Iudæos, &* alij, Felin. *n. 2.* Myſing. *n. 3.* & alij *in præſenti*, Simanc. *d. c. 64. nu. 42.* Tertio limita non procedere interueniente partium renunciatione *gloſ. verbo contra*, ibi reſpondeo vtique, *in c. quoniam fieri, de hæretic. lib. 6.* Specul. *tit. de teſte §. 1. verſ. item*, Aretin. *in c. præſentium col. 2. hoc tit.* Verum vero ſuſtineatur infidelis teſtimonium extra iudiciũ, veluti in contractu, vel teſtamento, vide tex. *in l. quoniam pen. in fine C. de hæret.* Felin. & Myſing. *nu. 3. in præſenti.*

Digitized by Google

CAP. SVPER EO. XXII. *n.9.in fi.*& ita credēdum eſſe vnico teſtimonio plenarie ad impediendũ matrimonium probat etiam ſimilis tex. *in c.cum in tua 27. verſ.ad quod*,vbi *gloſ.verbo perſona de ſponſal.gloß.vlt.*Abb.*n.7.*& alij *in præſenti*,Nau.*in c.Sacerdos de Pœnit.diſt.6.n.27.*Cou.*de ſponſal.p.2.c.6.§.10.n.21.*Gabr.*commun.ſub tit.de teſtib.concl.1.n.16.*Gutier.*canon.lib.1.c.11.n.26.& 31.* Nō obſtat *c.preterea,de ſponſal.*quia ℞.propterea ibidē in ſpōſalibus iuratis non credi vnius teſtimonio, quia teſtis de quo ibi,conſanguineus erat partis,& inſuper criminoſus,à quo quidem,vt ipſe dicebat,impedimentum propoſitũ emanabat, vt in ſpecie aduertit *gloſ.d.verbo perſona.*Nec obſtat tex.*in c.1.de cōſang.*quia ſatisfit ſi dicas in eo nō agi de impediēdo matrimonio non dum facto,ſed de dirimendo iam contracto.

CAP. LICET VNIVERSIS. XXIII. *n.3.in fi.*de hoc vide late addita ad *c.cum eſſes 10.de teſtam.*

CAP. IN LITTERIS. XXIV. *n.2.*ibi,idonei,nec ad teſtificandũ admittuntur, idē probant *c.ſi teſtes, verſ.etiã Iure Ciuili,& verſ.teſtes 4.q.3.l.pen.ff.hoc tit.l.2.C.eod.*tradunt *gloſ.verbo de familia*,Bald.*n.1.* Abb.*n.3.*Feli.& Imol.*n.2.*Bellem.*n.16.*Myſing.& alij *in præſenti,gl.verbo familiarē in c.inſinuãte, de offic.deleg.*Cur.*de teſtib.cõcl.1.n.1.*Alber.*eod. tract.p.1.in princ.tit. qui teſtes repellũtur ratione domeſticitatis, à princip.*Auſrer.*de reprob.teſtium à n.33.*Afflic.*deciſ.309.*Alciat.*de præſumpt.reg.1.præſ.39.& 47.*

Ibid.eod.*n.2.in fine.*nouiſſime Hieron.Buccaron. *de differ.inter iudicia Ciuilia,& crim.differ.93.*Nota procedere in teſtibus de familia non ſolum illis, qui ſub patria, vel dominica poteſtate exiſtunt, ſed etiam qui in eodem ſeruitio exiſtentes in eadem habitant domo,vel ab illa habent dependentiam. Non obſtat quod Religioſi in cauſa ſui monaſterij, vel collegij teſtes eſſe poſsũt *c.inſuper ſup.hoc tit.* qui tamen familiares dicũtur *l.1.§.familia ff.de publican.* quia ℞.Religioſos, vel collegiales non eſſe proprie familiares,ſeu domeſticos teſtes reſpectu ſui monaſterij, & quãuis propriè eſſe dicãtur reſpectu ſui ſuperioris,nō tamen poſſunt teſtificari in cauſa illius, cui ſubijciuntur,vel à quo imperantur.Nec etiam obſtat,quod in cauſa matrimoniali admittuntur familiares ad teſtificandum *c.3.qui matrim. accuſ.poſ.c.preterea 12.de ſponſal.*de qua agit hic tex.quia reſpondetur prædicta Iura , & ſimilia procedere in familiaribus lato modo conſideratis, prout ſunt conſanguinei, qui licet aliàs per alias leges à teſtimonio repellantur,fauore tamen matrimonij in cauſa illius recte teſtimonium dicunt .

Ibid.*n.20. in fine.* Vel quæ in domo peraguntur *l.prius 17.ff.ad Syll.l.conſenſu §.ſin autem,& §.ſi plagijs C.de repud.l.quoties 3.C.de naufrag.lib.10.c.ſuper prudentia 14.q.2.c. veniens 38. in fine hoc tit. c.cum 1.& A.de re iudic.*Alberic.*de teſtib.p.1.tit.quãdo ratione defectus perſonæ à princ.à n.9.* Alciat. *de præſ. reg.1.præſ.47.*Rojas *in Fidei ſing.167.in prin.& ſing.202. n.2.* Intellige quando aliàs talis res per alios probari non poteſt,patet ex hoc tex.*in verſ.ſin autem,in fin.*tradunt Roj. *d.ſing.202.n.3.*quicquid dicant Felin. & Dec. quos refert Gab. *commun.ſub hoc.tit. concl.10.n.33.& 38.* Non obſtat tex. *in præſenti*,vbi agitur de copula, & ſic de re,quæ occulte in domo peragitur,fatetur hic Abb.*n.2.*& Felin.*n.6* & tamen dicit teſtes de familia producentis , & domeſticos non admitti ad teſtimonium dicendũ,quia ℞. negationē receptionis teſtiũ,de quibus hic,procedere,& eſſe intelligendam ex eo quia ex illa cohabitatione ſeptennii , intra quod vir cum vxore permanens omnino tacuit,maxima inſurgebat præſumptio contra ipſum maritum,& illius teſtes,ad quam præſumptionem tex.habuit reſpectum ne domeſtici ibidem reciperentur,prout in effectu videtur conſiderare *gloſ fin.in ſum.14 q.2.* quod manifeſte colligitur ex verbis huius tex.ibi,ſi res ita ſe habet,iuncto princip. ibi , cum eam in domo ſua per ſeptennium , &c. quæ quidem verba Pontifex in præſenti non retuliſſet,ſi ad deciſionē cauſæ non cōducerent.

CAP. SERIES. XXVI.poſt *n.5.*In gloſ.[*Iuri cõtraria*] Collige ex gloſ. iuncto tex. poſt publicationem teſtium poſſe eoſdem, vel alios teſtes recipi ſuper eiſdem articulis, vel directo contrarijs, quando ſuper dictis illorum de falſitate opponitur, eandem ſententiam ſequuntur Innoc. Abb.*nu.5.* Felin.*n.12.* Imol.*in fine*, & alij *in præſenti*, Cou. *pract.c.18.n.7.* pro quibus facit hic tex. dum in fine dicit recipiendos eſſe prædictos teſtes non obſtante conſuetudine Iuri contraria,vnde videtur ſentire attento Iure recipiendos eſſe ſuper falſitate, de qua hic agebatur . Non obſtat quod prædicta conſuetudo erat potius conſona Iuri prohibenti recipi teſtes publicatis atteſtationibus,ac proinde videbatur non bene tex. dicere illam eſſe Iuri contrariam , quia reſpondetur cum communi tex.procedere in cauſa matrimoniali, in qua agebatur de conſanguinitate , & licet attenta reg. *cap.fraternitatis,ſupra hoc titulo* , ſpeciale videatur per hunc tex. recipi teſtes poſt publicationem, nihilominus tamen propter materiam peccati , & ita propter vitium irremiſſibile , quod in illa reperitur , non inconuenit , vt poſt publicationem teſtium , & etiam poſt ſententiam teſtes recipiantur , idque non ex ſpeciali lege , ſed attento Iure , cui conſuetudo,de qua hic,repugnare , & eſſe contraria intelligitur , quantumcumque *inſpecto* cortice, & forma regulæ ſupradictæ eidem Iuri ex regula reſultanti conſona videretur .

CAP. PRÆTEREA. XXVII. poſt *nu.3.* In tex. ibi [*fama conſentiens*] Dum hic tex. probat famam per ſe non probare copulam , de qua hic , procedit ex eo quia agebatur de graui præiuditio ,quod ex probatione copulæ reſultabat illi, qui propter illam accuſabatur,patet ex illis verbis, ibi,cum quis accuſatur ſe aliquã cognouiſſe,&c.ac ſubinde nil mirum ſi ſine lege , quæ in tali caſu ſola fama contentata ſit,non poſſit illa plenam probationem efficere,vt etiam probat *c. tam litteris,in prin.ſup.hoc tit.*Caſſad.*deciſ.1.2.& 3.de probat.*

CAP. DE TESTIBVS. XXIX. poſt *nu.3.* Collige ex tex. in ſupradictis verbis teſtes adductos ſuper exceptione dilatoria non admitti,nec compelli poſſe ad teſtimonium dicendum ſuper cauſa principali,idē probat *tex.in c.exhibita 19. de iudic.* Innoc. Abb.*n.3.*Felin.& Imol.*n.1.*ac Myſing. *à n.6. in præſẽti.*Intellige procedere in exceptione mere dilatoria,vel in peremptoria,quæ in vim dilatoriæ opponi poteſt, & opponitur, vt patet ex tex.ibi,deponerent

non

non iurati, quibus verbis Pont. fateri videtur maximã dari contrarietatem inter exceptionem mere dilatoriam, & cauſam principalem, quaſi nullo modo contineatur aliqua in iuramento alterius. Intellige etiam quamuis dilatoria exceptio poſt litẽ cõteſtatã opponatur, adhuc enim teſtes ſuper illa deponẽtes nõ admittũtur ſup cauſa principali, Myſing. *n. 6. in præſẽti*, quicquid cõtrariũ teneat *gl. in præſẽti, verbo non iurati*.

CAP. PRÆSENTIVM. XXXI. poſt *nu. 5.* Collige ex tex. poſt publicatas atteſtationes non eſſe licitum obijcere in perſonas teſtium; idem probare videtur tex. *in cap. licet 9. verſic. porrò, de probat.* tradunt *gloſ. verbo ſiquis*, Inn. Felin. & Bald. omnes *in princ.* Abb. *n. 2.* Myſing. *n. 5.* & alij hic, Alber *de teſtib. part. 1. tit. quando ratione criminis nu. 23.* Couar. *practicarum cap. 17. n. 4. verſic. 7. & cap. 18. n 5. & 6.* Marant. *de ordine iudiciorum, par. 6. cap. de teſt. repulſa à princ.* Non obſtat quod oppoſitio in perſonas teſtium contineat defenſionem, quia nihilominus illa poteſt auferri à lege ex iuſta cauſa, maxime quãdo in ſubſtantia totalis defenſio non aufertur, ſed modus defenſionis ab eadem lege datus manente alio, prout videre eſt *in cap. 1. de reſcript. & in cap. paſtoralis in princ. de appellat.*

Limita primò tex. non procedere quando pars proprio iuramento firmauerit ſe non malitioſe obijcere cõtrà teſtes, tradũt *gloſ. verbo iuramẽto*, Inn. *in prin.* Abb. *à n. 5. & 11.* Imol. *n. 2* Bellem. *n. 39.* Myſing. *n. 6.* & alij in præſenti. Secundo limita non procedere quando pars probare voluerit ſe non habuiſſe notitiam exceptionis ante publicationem teſtium, ſed poſtea de nouo cognouiſſe, vt probat tex. in præſenti *verſic. vel oſtendere poterit, & in cap. paſtoralis. 4. verſic. ita quod, de except* Abb. *n. 3. & 5.* Felin. *nu. 2.* & alij *in præſenti*, Marant. *d. cap. de teſtium repulſa n. 2.* Couar. *d. loco.* Tertio limita non procedere quando pars ſuper probanda exceptione antea proteſtationem feciſſet, tex. *in præſenti verſ. niſi forſan, & in cap. 2. de teſtib. lib. 6.* tradunt Inn. *n. 1.* & Abb. *nu. 4. & 11.* Bald. *n. 3.* Felin. *n. 1. & 15.* Imol. *n. 5.* Bellem. *n. 35.* Myſing. *n. 8.* & alij hic, Roman. *ſing. 688.* Marant. *d. n. 2.* Couar. *d. cap. 18. n. 5.*

CAP. IN NOSTRA. XXXII. poſt *num. 10.* Mortuis teſtibus magis creditur, quàm viuis, Neuiz. *conſ. 36. n. 34.* Farin. *quaſt. 65. nu. 190.* Hinc eſt quòd nõ deſunt qui teneãt quòd teſtes mortui probãt, licet viui non probarent, loquentes de teſtibus mortuis receptis parte non citata, Paul. de Caſtro *in l. fin. C. de teſtib.* Foler. *in pract. verbo, & demum repetantur teſtes, n. 6.* qui hoc pro indubitato habere videtur in ciuilibus, Burſat. loquẽs in criminalibus *conſ. 7. n. 10. vol. 1.* relatus à Farin. *q. 72. c. 2. nu. 192.* qui ſubdit quod contra tertium non citatum teſtes mortui probant ſaltem ſemiplene.

Ibid. *n. 12.* ibi, *collect. 172. n. 4.* adde Marſil. *in l. eos C. de falſis*, Gabr. *commun. tit. de maleſic. concl. 4.* Vincen. de Anna *alleg. 52. n. 37.* Surd. *conſ. 61. nu. 35.* Octau. Glorit. *reſp. 12. n. 97.*

Ibid. poſt *n. 19* In ead. *gloſ. in verſ. Dicas, &c.* Sẽtit hæc gloſ. teſtes adinuicem repugnantes reducendos eſſe ad concordiam etiam in cauſa criminali, eandem ſententiam in effectu ſequuutur Hoſt. *in c. dudũ, il 2. n. 15. de elect.* Bart. *in l. 1. §. 1. n. 2. ff. de bonor. poſſ. contra tab.* Capel. Tholoſ. vbi *addit. quaſt. 11.*

CAP. SIGNIFICAVERVNT. XXXVI. *n. 7. in fine.* Acta enim publica faciunt rem notoriam Becc. *conſ. 40. n. 3. vol. 1.* Roland. *conſ. 41. n. 30. vol. 1.* Farin. *q. 21. n. 14.* Surd. *conſ. 154. n. 25. & conſ. 188. n. 8.*

CAP. CVM CAVSAM. XXXVII. *nu. 3. in fine. gloſ. verbo circumſtantijs*, Bald. *nu. 3.* Abb. *nu. 13.* Felin. *à nu. 10.* Imol. *n. 6.* & alij in præſenti, Dec. *conſ. 448. nu. 27.* Grammat. *decis. 34. num 44* Intellige non procedere regulariter in circumſtantijs perſonam teſtis reſpicientibus, ſi modo occultæ ſunt, licet in alijs omnibus, quæ conſiderabiles ſint, locum habeat, lic et enim in articulis factis à parte non contineantur expreſſe circũſtantiæ, de quibus teſtis interrogatur, cõtinẽtur tamen implicite, quinimò reſpectu Iudicis nõ requiritur quod exprimantur in articulis illa; quę poſſunt efficere, & inſeruiant ad maiorem illius informationem, vt probat *tex. in l. 3. in princ. hoc tit.*

In tex. ibi [*quod ſi forte, &c.*] Notatur ad hoc quod teſtis impeditus quominus ſuũ proferat teſtimonium habetur pro producto contra litigantem, ita *gloſ. verbo compellas*, Abb. *n. 18.* Felin. *n. 16.* & alij hic. Intellige quando impedimentum factum eſt à litigante, vel de conſenſu illius expreſſo, vel tacito, & hoc appareat in cauſa criminali per legitimam probationem, in cauſa vero ciuili per ſufficientem præſumptionem.

CAP. VENIENS. XXXVIII. poſt *n. 5.* In tex. ibi [*non licebat eiſdem, &c.*] Videtur is tex. probare quod in cauſis ſummarijs non obſtante publicatione, vel apertura teſtiũ, poſſunt recipi teſtes ſuper eiſdẽm articulis, vel directò contrarijs, ita in effectu Innoc. *nu. 4.* & alij in præſenti, Socein. *reg. 498. limit. 41. & 43.* Roias *ſing. 203.* Ceſſat enim ratio ſubornationis ſiquidem teſtes deponentes in cauſa ſummaria de ſe deponunt de alia re diuerſa ab illa, de qua interogari debent in plenario iudicio, vnde reſpectu ipſius perinde eſt acſi in quaecũque cauſa, quæ incipit, deponerent.

Ibid. *n. 9.* ibi, vt per, Rot. *deciſ. 3. nu. 1.* apud Farin. *p. 2 recent.*

CAP. TVIS. XXXIX. *nu. 3.* ibi, *lit. T. nu. 271.* adde Alber. *de teſtib. p. 3. nu. 32.* Boer. *deciſ. 1. nu. 48.* Cou. *lib. 2. var. c. 13. num. 1.* Mench. *ſucceſſ. creat. §. 9. nu. 2. & 13.*

CAP. DILECTO. XL. poſt *n. 1.* Probat hic tex. data neceſſitate teſtimonij poſſe litigantẽ poſtulare, vt Iudex ab officio iudicandi remoueatur, & in cauſa ſuum proferat teſtimonium, ita *gloſ. verbo vnicum, & verbo teſtis defectus*, Abb. *à nu. 4* Imol. *n. 2.* Bellem. *n. 5.* & Myſing. *nu. 3. in præſenti*, Aufer. *de reprob. teſtium n. 60.* Intellige procedere quando legitime conſtat ſemota fraudis ſuſpicione alios deficere teſtes per quos cauſa probari poſſit, vt euincunt verba huius tex. ibi, non niſi per ipſum, & alium vnicum tantum teſtem &c. quibus verbis aperte conſtat non exiſtere alios teſtes per quos cauſa, de qua agitur, probari poſſit; confirmatur etiam ex alijs verbis, ibi, eius iuſtitia valeat deperire, quibus aperte tex. ſignificat deficiẽte Iudicis teſtimonio poſſe amitti Ius partis, quod quidẽ non aliter cõtingere poteſt niſi quando alij deficiũt teſtes per quos cauſa, de qua agitur, probetur. Intellige tex. ſic explanatũ procedere etiam quamuis delegatus non in totũ, ſed quoad aliquã partem vices ſuas alteri commiſerit, cum enim adhuc Iu-

Digitized by Google

dex manere dicatur iuxtà tex. *in cap. ſuper quæſtionum §. porrò, de officio delegati*, & ſic manens iudex in eadem cauſa teſtis eſſe nequeat vtique data teſtificandi neceſſitate talis delegatus remouebitur: non ſic dicendum eſt ſi in totum, & nihil ſibi retinendo vices ſuas ſubdeleganerit, cum enim delegatus de quo in præſenti ſit delegatus Pontificis, patet ibi, duxerimus committendam, & vti talis habeat poteſtatem ſubdelegandi, vt probat tex. *in c. paſtoralis. 28. in princ. de offic. delegati* vtique facta ſubdelegatione in totum iam delegatus iudex dici non poteſt, ſed perſona particularis, ac proinde propter neceſſitatē teſtificandi iā remoueri nequit ab officio, quod non habet, iuxta regulam tex. *in l. decem ff. de verbor. oblig. & in cap. ad diſſoluendum, de deſponſ. impuber.* ſic ſanè ille talis non ſolum in cauſa poterit teſtificari, verum etiam coram illo, cui facta fuit ſubdelegatio, prout in ſpecie tenet Bellem. *num. 9. & 11.* poſt gloſ. *hic verbo recuſaſtis*.

CAP. ALBERICVS. XLIII. poſt *num.* 1. In tex. ibi (*quod in ſcriptis redacta non fuit*) Dum tex. iſte dicit recipiendos eſſe teſtes ad hoc, vt conſtet de ſententia prolata, iam probat illam quidem valere, licèt in ſcriptis non proferatur, quæ quidem reſolutio eſt contra communem Doctorum ſententiam, quos citaui *in collectan. ad lib. 2. tit. 19. cap. 11. nu. 39.* & hac communi ſententia retenta, quam etiam probant Boer. *deciſ. 258. num. 60.* Abb. Felin. & alij in præſenti, reſpondendum eſt cum *gloſ. verbo in ſcriptis*, & Doctoribus communiter *in cap. quoniam contra de probat.* tex. in præſenti procedere ſpecialiter in cauſa Matrimoniali, de qua agit, patet ibi, matrimonij quæſtio verteretur, & ibi, lata fuit diuortij ſententia. Vel melius dicendum puto hunc tex. non agere vtrum ſententia definitiua in ſcriptis, vel ſine illis proferenda ſit, ſed ſuppoſito (vt ſunt termini habiles iuxtà communem Doctorum ſententiam) quod in ſcriptis profertur, illius publicatio ſit redigenda in acta, & per notarium publicum ad hunc effectum ſcribenda, quæ reductio facienda eſt ad hoc vt ex actis iudicialibus publicam fidem faciat, patet ex tex. ibi, in ſcriptis redacta non fuit.

CAP. PRÆSENTATA. L. poſt *num.* 4. in tex. ibi (*vel eas reſpuentes*) Ex hoc tex. colligunt nonnulli Doctores atteſtationes receptas in vno iudicio, & in eodem non publicatas in alio etiam inter eaſdem perſonas non eſſe admittendas, idem videtur probare tex. *in cap. cauſam, quæ 19.* ibi, & eorum atteſtationes publicatæ, ſupra *hoc tit.* tradunt in effectu *gloſ. verbo proponenda in cap. fin. de probat. & verbo nocumentum in cap. inter dilectos §. porrò, de fide inſtrumen.* Bald. *in l. 2. à num. 21.* vbi Alex. *num. 22. C. de edendo*, Maſcard. *de probat. concluſ. 33. à princip.* Intellige procedere quando teſtes non à Iudice, ſed ab arbitrio ſunt recepti, patet ex littera huius tex. ibi, ſuper hoc arbitros elegerunt, quo caſu tex. iubet, vt reſeruata maneat optio circa receptionem teſtium de quibus agit, & illorum repulſionem ad effectum, vt iterum examinentur, patet ex *verſic. Diſcretioni.* Vnde huic explicationi iā non refragatur tex. *in d. c. cauſam, quæ* vbi agens de teſtibus receptis à Iudicibus, patet ex principio eiuſdem ibi, Iudicibus conſtituit illos non aliter coram alijs Iudicibus in alio iudicio eſſe admittendos, quàm ſi illorum dicta fuerint publicata, patet ex eodem tex. *in verſic. Iudicibus*, ibi, & eorum atteſtationes publicatæ, &c. Reſpondetur enim in illo tex. non ſupponi defectum receptionis in teſtibus propter defectum publicationis, ſed propter aliom defectum, quem poterant habere, quinimmo poteſt retorqueri tex. ille ſi aduertas ibi ea de cauſa fuiſſe factam mentionem de publicatione atteſtationum, quia prætendebatur oſtendi quòd noua teſtium receptio non impediebatur propter publicationē, quæ præceſſerat, iuxta tradita *in cap. præſentium, ſupra hoc titulo*, tantum abeſt, vt defectus illius induceret nullitatem teſtium, qui ibidem à Iudicibus fuerunt recepti.

CAP. TESTIMONIVM. LIV. poſt *nu.* 1. Collige ex tex. criminoſum in teſtem non admitti, idem probat tex. *in cap. conſtituimus, 3. quæſt. 5. & in cap. ſi teſtes, verſic. item lege Iulia il 1. 4. quæſt. 3. & in cap. paruuli 32. quæſt. 5. & in cap. 1. de except. & in cap. ſuper eo 14. hoc titulo, & in cap. 2. ante finem, hoc titulo lib. 6. & in l. 3. §. lege Iulia*, vbi Bartol. *num. 3. & in l. ob crimen 21. ff. hoc titulo*, tradunt *gloſ. verbo crimine*, Innoc. & Abb. *in princip.* Felin. *a num. 4. & 18.* Imol. *à num. 3.* & alij in præſenti. *gloſ. verbo electionis in cap. dudum il ſecondo, de elect.* Alberic. *de teſtibus par. 1. in princip. & in tit. quando ratione criminis, à princip.* Aufrer. *de teſtib. a num. 24.* Marant. *de ordine iudic. par. 6. tit. de repulſa, num. 3.* Conar. *practic. cap. 18. num. 1.* Maſcard. *de prob. concl. 464. à princip.* Intellige vt procedat in quocumque crimine attento Iure Canonico, non tamen leui ſi modo in illo teſtis perſeuerat, licet in alio iudicio non fuerit conuictus, patet ex verbis huius tex. ibi, ſi in crimine perſeuerat, quibus verbis tex. requirit perſeuerantiam in crimine, vt teſtis propter illud à teſtimonio repellatur; & ex alijs verbis, ibi, opponitur crimen, quæ quidem verba magis verificantur in illu, qui adhuc conuictus non eſt de crimine, quàm in illo, qui per ſententiam iudicatus eſt, hic enim à crimine per pœnæ ſatisfactionem liberatus dicitur, vt probat tex. *in cap. de his, de accuſat.* ille vero adhuc crimine tenetur: deinde patet ex tex. *in d. c. 1. de except.* ibi, ſicut Canonica inſtituta declarant, vbi Pontifex expreſſe Ius Cannnicum conſiderat, & ad illud in illis verbis ſe refert. Non obſtat *cap. conſtitutus, de purgat. Canon.* quia reſpondetur teſtes de quibus ibi, propriè teſtes non cenſeri, eo quod non de certa ſcientia, ſed tantummodo de credulitate, & opinione deponunt, & vti tales purgatores, ſeù potius landatores appellari ſolent, vt in ſpecie aduertit Simanch. *de cathol. cap. 56. n. 10.* Nec etiam obſtat *cap. per tuas 32. de ſimon.* (cui varie reſpondent DD. vt videre eſt per Felin. ibi *num. 4.* Bart. *in l. in quæſtionibus n. · ff. ad legem Iul. maieſt.* Hippol. *conſ. 20. n. 27.* Villad. *de haret. q. 13. n. 13* quia obtinuit communis regulam noſtri tex. non procedere in criminibus exceptis, quale putant eſſe crimen ſimoniæ, de quo agit tex. *in dicto cap. per tuas*. Sed hoc reiecto intellectu mihi dicendum videtur Pontifi-

cem

Google

cem *in d. cap. per tuas*, in odium criminis ſimoniæ de quo ibi, de æquitate illos criminoſos admiſiſſe, & contra rigorem Iuris, ſecundum eandem particularem æquitatem negotium diffiniuiſſe iuxta regulam tex. *in cap. in cauſis, de ſententia, & re iudicata*, prout etiam potuit efficere *in cap. fin. de ijs, quæ fiunt à maiori parte Cap.* ſecundum vnum intellectum, *& in cap. cum vniuerſorum, de rerum permut.* ſic ſanè neceſſariò fatetur Pont. *in d. cap. per tuas* attento rigore Iuris in ſpecie illius tex. illos criminoſos admittendos non eſſe, quantumcumque emendati proponerentur. Neque prædictæ explicationi refragatur tex. *in præſenti, in verſic. ſi vero*, vbi data emendatione criminis ſecundum Iuris rigorem in cauſa ciuili criminoſi admittuntur, ſiquidem reſpondetur Innocentium Tertium, auctorem *dicti capit. per tuas* loquutum fuiſſe ſecundum rigorem Iuris, qui eo tempore obſeruabatur iuxta tex. *in d. cap. ſuper eo, & in d. c. 1. de except.* qui Pontifex floruit ab anno Domini 1198. & poſt multum temporis ſpatium anno Domini 1227. floruit Greg. IX. huius Decretalis Auctor, qui conſtituit data emendatione criminoſos in cauſa ciuili regulariter in teſtem eſſe admittendos.

Amplia in cauſis ſummarijs, *cap. veniens 38. ſup. hoc tit.* Abb. *num.* 10. Felin. *num.* 13. & DD. communiter *in præſenti*, Roman. *ſing.* 283. Con. *pract. cap.* 17. *num. 4. verſ. 7.* Auend. *de exeq. mand. cap. 4. num. 14.* quicquid dicant Bart. *in extrauag. ad reprimendum verbo & figura iudicij, verſ. publicatio*, Afflict. *deciſ. 351. num. 9.* Marant. *de ordine iudic. par. 6. cap. de teſtium repulſa num. 14.* Limita non procedere quando alij teſtes deficiunt, maximè vbi res ſua natura difficilis eſt probationis *l. penult. in fine C. de hæret.* gloſ. *verbo Iuramento in fine*, vbi Abb. *nu.* 2. & alij, *in cap. vlt. de teſtib. cogen.* Alex. *conſ. 64. lib. 1.* Roland. *conſ. 72. num. 25. lib. 1.* Maſcard. *concluſ. 465. à nu. 9. & à num. 15.* Limita etiam non procedere interueniente Principis diſpenſatione, *c. in Fidei fauorem, de hæretic. lib. 6.* Add. ad *Roman. ſing. 449.* Afflict. *deciſ. 220.*

CAP. NON DEBET. LVI. *nu.* 2. ibi, *concl. 27.* adde Specul. *in tit. de teſte §. 1. verſ. item quod pendet accuſatio, ſub. num. 82.* Farin. *in praxi crimin. q. 56. num. 167.* Hieron. Buccaron. *de different. inter iudicia ciuilia, & crimin. differ. 92.* vbi etiam eum Rimin. ien. *conſ. 305. num. 58. col. 2.* & Farin. *d. quæſt. 56. num. 165.* intelligit ſi delictum de quo quis accuſatur ſit graue, capitale, & infamatorium, ſecus ſi leue.

Ad Lib. II. Tit. XXI. de Teſtibus cogendis.

IN rub. in fine ibi, *cap. 10.* nouiſſime Hieron. Buccaron. *de differentijs inter iudicia ciuilia, & crimin. differ. 72.*

CAP. CAVSAM. I. *num. 2. in fine.* Et teſtis latitans, vt veritas non inueniatur, an ſit falſarius, & an lege Cornelia de falſis teneatur, vel potius crimine ſtellionatus? vide Farin. *in praxi criminali, q. 67. n. 283.* Hieron. Buccaron. *de different. inter iudicia ciuilia, & crimin. differen. 77. num. 20.*

CAP. CVM SVPER. II. poſt *num. 4.* In tex. ibi, [*excommunicationis, &c.*] Notatur ad hoc, quod teſtes compelluntur teſtificari mediante excommunicatione, ſuſpenſione, & interdicto, quando Iudex eſt Eccleſiaſticus, vt per Lancell. Conrad. *in pract. lib. 1. cap. 9. de offic. prætor. in cauſis ciuil. §. 2. in rub. de teſtib. num. 6.* Farin. *in praxi crimin. q. 78. nu. 36.* Sigiſm. Scacc. *de iudicijs cauſarum ciuil. & crimin. lib. 2. cap. 10. art. 1. ſpec. 1. num. 102.* Hieron. Buccaron. *de different. inter iudicia ciuilia, & crimin. differen. 75.* vbi etiam diſſerit qua pœna Iudex ſæcularis cogere poſſit teſtes ad teſtificandum.

CAP. SVPER EO. III. *num. 2. in fine.* Cui vero incumbat onus probandi rem aliter haberi non poſſe quàm per teſtes priuilegiatos, an videlicet teſtibus, vel parti? vide Hieron. Buccaron. *de different. inter iudicia ciuil. & crimin. differ. 73.*

CAP. PERVENIT. IV. poſt *num. 2.* In tex. ibi, [*quorum appellatione teſtes continentur*] Collige ex tex. probationem teſtium idem eſſe, ac inſtrumentalem, idem probat tex. *in l. 1. ff. de fide inſtrument.* tradunt Abb. Bellem. *num. 1.* Imol. & Anan. *num. 2.* & alij in præſenti, Bart. *in l. notionem §. inſtrumentorum*, vbi Alciat. *ff. de verborum ſignific.* Barbat. *in cap. quoniam contra, num. 6. de probation. & in rub. num. 5. vt lite non contest.* Felin. *in rub. de fide inſtrumen. num. 2.* Menoch. *de arbitr. caſu 63. num. 6.* Contrariam tamen ſententiam tenuit *gloſ. 1. & 3. in d. l. 1.* communis vt per Tiraquel. *de retractu tit. 1. §. 2. gloſ. 1. num. 2.* Rebuff. *in d. §. inſtrumentorum, concluſ. 2.* aſſerentes vſque adeo teſtes, & inſtrumentum inter ſe diuerſitatem continere, vt vere, & proprie loquendo appellatione inſtrumentorum nequaquam teſtes contineantur. Sed vtraque opinio ſic concordari poteſt, vt ſcilicet prior procedat quando inſtrumentum in genere ſumitur ſemoto communi vſu loquendi; quia tunc etiam ſecundum proprietatem verbi in illius appellatione teſtes veniunt; poſterior vero ſententia procedat quando in ſpecie, ſeu ſpecialiter, & ſecundum communem vſum loquendi inſtrumentum accipitur, iuxta quæ explicabis text. *in d. l. 1. ff. de fide inſtrumen.* ibi, accipienda ſunt, & ibi, inſtrumentorum, & ibi, habentur, quæ verba magis quodammodo improprietatem, & Iuris cenſuram, quàm veritatem, & verbi proprietatem denotare videntur, quam quidem interpretationem non ex ipſa re, ſed habito reſpectu ad communem vſum loquendi conſideratam eſſe à Iuriſconſulto dicendum eſt, quemadmodum etiam in hoc tex. dum vtitur verbo, continentur, quod quidem ſimiliter aliquo modo improprietatem denotare videtur.

CAP. CÆTERVM. VI. poſt *num. 2.* In gloſ. [*ipſum conſtiterit*] Notatur ad hoc, quod teſtis requiſitus ad teſtificandum ſi teſtificari renuat, atque recuſet, præſumitur corruptus, & malitioſe ſe ſubtrahere, *gloſ.* ſimilis *verbo timore in cap. 1. & in cap. ſuper eo, ſupra hoc tit. gloſ. verbo ſuper crimine in principio in capit. dilectorum, hoc eodem titulo*, Menoch. de *præſumpt. lib. 2. præſ. 55. num. 4.* Virgil. Boccac. *in tractatu de litteris*

remiſſ.c.2.n.18.Hieron. Buccaron. de different. inter iudicia ciuilia,& crimin. differ. 77.

CAP. PRÆTEREA. VII. n.2.ibi,ſup.de probat. adde nouiſſime Hieron. Buccaron. de different. inter indic.ciuil.& crimin.differ.88.à n.7. & differ. 98.n.18.verſ.ſed hic,vbi poſt Roman. ſing.801. dicit quod licet teſtis poſſit corrigere dictum ſuum tãtummodo incontinenti,tamen quod hoc procedit ſi teſtis dictum ſuum velit corrigere ſponte,ſecus autem ſi timore tormentorum , quia tunc poterit corrigere etiam ex longiſſimo interuallo , per doctrinam Bart. in auth.de teſtibus §. quia per tex. ſingularem in l. ſi poſtulauerit §. negauerit ff. de adulter .

Ibid.eod.n.2.in fine. In dubio autem non eſt veroſimile quod quis velit ſe incontinenti corrigere, Roland.conſ.62.n.9. vol.3. Afflict. decıſ.381.n.4. Surd. conſ.241.n.19.& conſ.362.n. 15. & conſ.365.n.10. Octau.Glorit. reſp.1.p. 3.n.124.

CAP. DILECTORVM. X. n.2. in princip. Notatur ad hoc quod in criminalibus de Iure Canonico quis teſtificari non compellitur , vt per Sigiſm. Scacc.in tract.de indic.cauſarum ciuiliũ,& crimin. lib.2.c.10.ſub n.13.Farin. in praxi crimin.q. 78.c.3. n.115.Hieron.Buccaron.de different.interiud.ciuil. & crimin. diff.72.

Ad Lib. II. Tit. XXII. de Fide inſtrumentorum

CAP. SCRIPTA. IL. n.2.ibi, facit, vt per Afflict.decıſ.85.in fine,Io.de Amicis cõſ.101. n. 24.Rom.conſ.303.Hippol.ſing.436.Turret.cõſ.74.n. 59.vol.1. Coſt.conſ.1.n.92. Rimin. iun.conſ.39.n.9. & ſeq.Menoch.conſ.378.n.10.Maſcard. concl.111.n. 1.Petr. Brimi.conſ.216.n.92. vol. 3. & alios citatos à Nicol.Genoa de ſcriptura priuata lib.1.q.4. in prin.

Ibid.n 3.in fine.Roland.conſ.26.vol.1. Alex. conſ. 381.n.4.vol.2.Cæſar.Barz.decıſ.21.n.8.Nicol. Gen. d.q.4.n.225.

Ibid.n.9.in fine. Iaſ. in l. admonendi nu. 77. in fine, & in repet.n.90 ff.de.iureiur.Marſil.ſing. 436. Rimin.conſ.365.n.3. vol. 4. Caballin. milleloq. 658. in fine,Borrel.conſ.40.n.36. Petroc. conſ. 32. n. 126. Menoch. conſ. 402. nu. 47. cum alijs citatis à Nicol. Genoa d lib.1.q.3 n.232.

CAP. INTER DILECTOS. VI. poſt n.15.In tex.ibi [in alio iudicio recepta fuiſſent,&c.] Collige ex hoc tex.atteſtationes receptas in vno iudicio in alio fidem non facere , gloſ. verbo nocumentum,& DD.in præſenti,gloſ. & DD. in c. cum ſuper,& in c.pen. de re iud. Bart. in l. ſæpe n.12.vbi Iaſ. n.79. ff. illo tit. communis ex Molin. de primog. lib.4.c.8.n.5. Menoch. de arbitr. caſu 111. Non obſtat cap. cauſam,quæ 11. de teſtib. quod ibi in addit. intelleximus procedere in atteſtationibus receptis in alio iudicio omnino diuerſo ab illo, in quo de illarum fide,& probatione tractatur, quapropter dicendum eſt tex. illum agere quando ab eiſdem perſonis in iudicio contenditur , tex. vero in præſenti procedere quando atteſtationes receptæ ſunt inter diuerſas perſonas,tunc enim in quocumque iudicio ſine conſenſu litigantis nequaquam recipiuntur , vt in effectu tradunt omnes citati,& colligitur ex verbis huius tex.ibi,inter alias perſonas.

Ibid.poſt.n.25.In tex.ibi [diſtinguendum videbatur , &c.] Collige ex tex. data contrarietate inſtrumentorum, quantum fieri poſſit, ad concordiam eſſe reducenda , idem videtur probare tex. in cap.cum dilecta,de confirm.utili, iuncto tex. in cap.quoniam frequenter, in princip. vt lite non conteſt. tradunt Bart.in l.fin.§.item n.4.ff.cõd.ict.indeb.Bald.in l.ſcriptura C.de fide inſt. Felin. in c.cum tu n. 8. de teſtib. Intellige vt procedat in illis inſtrumentis,quæ ad concordiam reduci poſſunt,cum Abb.n. 2. & Felin. 9. in c. imputari 13.de fide inſtrum. Nõ obſtat l. Sempronius.48.ff.de legat.2. quia procedit ex eo quia per illam minorẽ quantitatem in fauorem hæredis reducitur ad concordiam contrarietas,ſeu contradictio,quæ apparebit in exemplis,de quibus ibi, Boer. decıſ.252. n. 11. Menoch. caſu 213. nu. 15. Nec etiam obſtat l. ſcriptura C. hoc tit. de fide inſtrum . quia procedit in ſcripturis, quæ ad concordiam reduci nequeunt,patet ex verbis ibi, ſcripturæ diuerſæ.

CAP. CVM DILECTVS. IX. n.3. in fine. Iul.Cæſ. Imbrian. de primo & ſecundo beneficio conſid.9.à n. 43. vbi viginti refert.

Ibid.n.5.in fine,Henriq.conſ. 56.n.51.

Ibid.nu.8.in fine. Vide late Iul. Cæſar. Imbrian. de prim.& ſecundo beneficio conſid.9.à n.4.

CAP. IOANNES. X. poſt.nu.4. In tex. ibi [pronuntiamus venditionem prædictæ domus &c.] Videtur tex.probare non eſſe præſumendas duas venditiones vt fieret concordia teſtium cum publico inſtrumento data vnius cum alijs repugnantia. Sed verius eſt data repugnantia inter inſtrumentum venditionis, & teſtes in illo non ſubſcriptos , faciendam eſſe,ſi fieri poteſt,concordiam vſque adeo vt duæ venditiones præſumantur , de quarum altera inſtrumentum,de alia vero teſtes intelligantur,prout in hoc tex.verſ.ad hoc,Pontifex volebat ſuſpicari , ita in ſpecie Felin.n.6.& 8.in præſenti,Abb.n.37.in c. dudum il 2.de elect.&in hanc ſententiam inclinat Dec.in c.in præſentia. n.10. de probat. Alex. conſ.88.n. 27.vol.5. Nec oppoſitum probat hic tex. in verſ.fin.ſiquidem ℞. propterea neglecta concordia abſque inſtrumenti probatione ſecundum teſtes hunc tex. iudicaſſe vẽditionem tantummodo fuiſſe cõditionalem,quia vt aduertit Myſing.in c.cum tu nu.2.de teſtib. in ſpecie huius tex.per confeſſionem non vnius , ſed vtriuſque partis conſtitit vnicam eſſe venditionem , patet ibi, quod vnica tantũ vẽditio,& inſuper cõditionale,patet ibi,ex vtriuſque confeſſione colligitur euidenter eiuſdem domus venditionem conditionalem extitiſſe , & non puram,qua ceſſante confeſſione facienda erat concordia,& præſumendum multiplicatas eſſe venditiones iuxta tex.in d.cap.cum tu,ſcilicet vnam puram, in qua inſtrumentum verificaretur , & alteram conditionalem,de qua teſtes deponere intelligerentur.

Ad Lib. II. Tit. XXIII. de Præſumptionibus.

CAP. QVIA VERISIMILE. X. n.2.in fine. Immo teſtium dictis à veriſimili remotis nullam

lam

lam fidem adhibendam eſſe docent Abb. Felin. & alij *in præſenti*, Soccin. *conſ.* 186. *vol.* 1. Alex. *conſ.* 2. *n.* 11. *vol.* 7. Roland. *conſ.* 27. *n.* 23. *vol.* 3. Natt. *conſ.* 633. *nu.* 14. *Ant.* Gabri. *commun. ſub tit. de teſtib. concl.* 4. *n.* 28. Ozalc. *deciſ.* 72. *n.* 8. Menoch. *de arbitr. caſu* 85. *& conſ.* 98. *nu.* 45. Farin. *q.* 65. *n.* 130. Surd. *conſ.* 62. *nu.* 38. *& conſ.* 307. *nu.* 16. Steph. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 562. *n.* 11.

Ibid. *n.* 3. *in fine*, Et remotum à veriſimili imago eſt falſitatis Bald. *in l.* 1. *col. fin. C. de ſeruis fug.* Iaſ. *in l. extraneus n.* 8. *C. de condict. ob cauſam*, Dec. *conſ.* 94. *ſub. n.* 2. Crauet. *conſ.* 61. *num.* 9. Pariſ. *conſ.* 83. *nu.* 24. *&* 25. *& conſ.* 55. *nu.* 5. *&* 6. *vol.* 4. Menoch. *caſu* 85. *in princ.* Surd. *conſ.* 61. *nu.* 37. Et ideo teſtes deponentes inueriſimilia de falſo redduntur ſuſpecti, Abb. *conſ.* 99. *in fine*, *vol.* 1. Curt. Inn. *conſ.* 18. *col.* 2. *poſt. med. & conſ.* 178. Crauet. *conſ.* 28. *ſub n.* 1. *& conſ.* 115. *n.* 12. Roland. *d. conſ.* 27. *vol.* 3. Veriſimilia autem dicuntur, quæ vel Iuri, vel naturæ rei informia ſunt, vt poſt alios ſcripſerunt Gozadin. *conſ.* 13. *n.* 26. Crau. *conſ.* 75. *n.* 24. Menoch. *conſ.* 191. *n.* 85.

CAP. LITTERAS. XIV. poſt. *n.* 10. *In* gloſ. [*Purgauit*] Collige ex gloſ. dato duplici teſtimonio repugnante etiam in diuerſo iudicio priori dicto ſtandum eſſe, ſequuntur Mench. *vſufrequent. c.* 32. *n.* 1. Cou. *variar. lib.* 2. *c.* 13. *n.* 7. Alciat. *de præſ. reg.* 2. *præſ.* 29. *n.* 7. Clar. *§. fin. q.* 13. *n.* 13. *& in §. falſum n.* 10. Menoch. *caſu* 108. *à num.* 5. Verum autem idem dicendum ſit quando prius teſtimonium præſtitum fuit in iudicio nullo? affirmatiuam partem tuetur Cou. *d. n.* 7. *verſ. ex quo.* Contrariā tamen ſententiā merito tenuit *gloſ. in c. cum cauſam, de teſtib.* quam ſequitur communis, vt per Felin. *in cap. cum in tua, n.* 5. *illo tit.* Clar. *d. q.* 53. *n.* 13. aſſerentes teſtimonio poſteriori omnino ſtandum eſſe reiecto priori, quod in iudicio nullo prolatum eſt.

Ibid. *num.* 12. *in fine*. Præſumitur enim pro mortuis, qui alias propriæ ſalutis immemores dicerentur, quod ſane non præſumitur, Alciat. *de præſumpt. reg.* 3. *præſumpt.* 4. *in fine*. Menoch. *in ſimili tract. lib.* 5. *præſ.* 5. quos refert Octau. Glorit. *reſp.* 10. *n.* 64.

Ad Lib. II. Tit. XXIV. de Iureiurando.

CAP. PERVENIT. II. *n.* 2. *in fine*, Aliqui rationem aſſignant quod vbi ſecundum Iuramentum priori licito & honeſto aduerſatur, nullatenus obligat *c. intellecto* 33. *c. ca te* 22. *inf. hoc tit. gloſ. vlti. in c.* 2. *eod. tit. lib.* 6. communiter recepta vt per. Cou. *in c. quamuis p.* 2. *§.* 2. *n.* 4. Gom. *l.* 53. *Tauri n.* 58. Gutier. *de Iuram. confirm. p.* 1. *c.* 51. *nu.* 7. conſtat autem Iuramentum huiuſmodi de non repetendis bonis male ablatis contrarium eſſe primo, quod Epiſcopi in ſua conſecratione Iubeunt de non alienandis, immo conſeruādis bonis ſuarum Eccleſiarum, *c. vlt.* vbi *gloſ.* 1. *de Eccleſ. ædific. c. vt ſuper* 8. *de rebus Eccleſ.* igitur poſterius hoc iuramentum nullum potuit vinculum producere: deinde hoc ipſum probatur quia bona Eccleſiarū ab inferioribus Prælatis alienari nō poſſunt ſine debitis ſolēnitatibus, & euidenti vtilitate, *c. ſine exceptione* 12. *q.* 2. *c. cum nulli* 5. *& per totum, de rebus Eccleſ. non alien.* ſane is, qui metu licet grauiſſimo, patitur ſe ſpoliari, iuramento promittit non repetiturum ſic ablata, in effectu alienat ſine ſolemnitatibus, & euidenti vtilitate, cum geſta per metum ſimpliciter, & abſolute voluntaria dicantur *cap. merito* 11. *q.* 1. *Tiraqu. de pœnis cauſa* 36. *à princ.* igitur tam alienatio, quæ lege reſiſtente facta fuit, quàm etiam iuramentum adiectum valere non debent, arg. *l. non dubium C. de legib.* Atque ita hanc rationem, ſeu potius intellectum ad hunc tex. expendunt *gloſ.* 1. *in præſenti*, Bald. *n.* 1. Abb. *in* 1. *lect.* Felin. *n.* 4. gloſ. 1. *ad fin. in d. c. intellecto* & alij vt per Gutier. *d. n.* 7. per tex. quem ſic intelligit *in c. ſicut noſtris,* 24. *verſ. quia ſup. hoc tit.*

Verum quia contra ſupradictam rationem, ſeu intellectum grauiter obſtant poſteriora verba huius tex. ibi, quem tamen abſoluimus, quæ ſane proprie conſiderata important vinculi obligationis liberationem arg. l. *decem ff. de verb. oblig. & cap. ad diſſoluendum, de deſponſ. impub.* ideo dicendū eſt quod licet ſimpliciter & abſolute inualidum ſit iuramentum de non reuocandis alienationibus rerum Eccleſiaſticarū temere factis, quatenus includit præiuditium Eccleſiarū per ea, quæ ſupra oſtendimus, quatenus tamen iuramentum hoc reſpicit commoditatem & vtilitatem Prælati in caſu, & tempore iure permiſſo ab eodem Prælato transferibilem, & remiſſibilem iuxta ea, quæ notantur *in cap.* 2. *vbi gloſ.* 1. *& vlt. de locato*, valet, & iurantem ligat, quia quod attinet ad ſolius ipſius præiuditium abſque vllo ſalutis æternæ diſpendio licite ſeruari poteſt, ergo merito hic tex. ad finem adiecit verba illa, quem tamen abſoluimus quia nefandiſſima coactione iurauit, vt ita ſit ſenſus quod licet eo caſu iuramentū ſeruari debuiſſet in ſolius Pręlati pręiuditiū, quia tamen nefandiſſima coactione interuenit ex parte Comitis, iuſte eumdem Epiſcopum duximus abſoluendum, iuxta reg. *cap. ſi vero, inf. hoc tit.* & in hoc ſenſu accipiendum eſt *cap. cum veniſſent* 6. *de inſtitut.* vt iuramentum valeat in ſolius Archidiaconi præiuditium, conſonant verba præcedentia ibi, non ſolum de illo, ſed de omnibus redditibus ſuis, &c. quaſi iuramentum ſubſequutum ſolum ad propriam commoditatem reſpexerit, & ita intelligunt gloſ. ibi, *verbo abiuraſſe*, & Abb. *à nu.* 14. idem Abb. *n.* 4. *&* Felin. 5. *in præſenti*.

In tex. ibi [*abſoluimus*] Notatur ad hoc quod ad ſolos Iudices eccleſiaſticos pertinet abſoluere à iuramento, & de illius religione cognoſcere, ſimilis tex. in *cap. per venerabilem* 24. *verſ. vtrum vero, de elect. c. nouit.* 13. *ad finem de iudic. c. ſi vero, verſ. verum, c. quanto* 18. *hoc tit.* Sed omiſſis hac in re varijs DD. ſentētijs dicēdum puto aliud eſſe agere de his, quæ ad iuramenti ſubſtantiam ſpectant an licitum vel illicitum, validum, vel inualidum, hoc vel illo modo exhibendum, ſub hac forma præſtanda, denegandave illius abſolutione; aliud diuerſum eſſe ſuppoſito quod valeat, vel non, pœnis

coerce.

Digitized by Google

coercere indebite iurantes, vel valida iuramenta adimplere recuſantes, vel data iuſta cauſa aliquos cogere remittere ſibi præſtita iuramenta; in primis ſpeciebus cognitio, & definitio ad ſolos eccleſiaſticos Iudices ſpectat, in poſterioribus vero non ad eccleſiaſticos ſolum, ſed ad ſęculares quoque Iudices pertinere poteſt. Ratio differentiæ eſt quia cum iuramentum ſit actus religionis, ſeu latrię, per quem Deo redditur ius honoris tanquam infallibili veritati iuxta illud Pauli *ad Hebræ. c. 6.* merito cognitio reſpiciens iuramenti ſubſtantiam ad ſolum eccleſiaſticum iudicium ſpectat; non ſic quando ſęculares Iudices in prædictis ſpeciebus ſubditos cogunt, & pœnis coercent, quia proprie & directe iuramenti ſubſtantiam non attingunt, ſed potius ius Pontificium iuuare dicuntur.

CAP. PERVENIT. III. *n. 3. in fine*, Ratio eſt quia conditio adiecta ſuſpendit diſpoſitionem in futurum euentum, *gloſ. in rub. verſ. eſt autem conditio, ff. de condit. & demonſtr.* Nau. *in man. c. 22. n. 61.* ac proinde efficit ne obligatio oriatur ante aduentum ipſius *l. cedere diem 213. ff. de verb. ſign. l. bouem 43. §. ſi ſub conditione ff. de ædil. edicto*, Gom. *tom. 2. c. 11. n. 28.* immo illa deficiente licite fit regreſſus ad repetendum illud, quod ſub ea datum, vel factum eſt, *l. ſi inſtituta 27. in princ. ff. inoff. teſtam. l. cum proponas 21. C. de pactis*, iunctis in id reſolutis per Cou. *lib. 2. vari. c. 15. n. 4. verſ. ex quo*, Valaſc. *de iure emphyt. q. 2c. d. num. 4.*

Non obſtat *cap. quod Deo 33. q. 5.* quia ℞. ſecundũ Sot. *lib. 7. de Iuſtit q. 3. art. 1. col. 1.* ſpeciale eſſe in voto continentiæ ab vtroque coniuge emiſſo etiam cum mutuo vtrinſque conſenſu, quod altero nõ adimplente, alter nihilominus teneatur ex voto. Sed multò probabiliùs illius tex. difficultatem diſſolues cum cõmuni de qua per Dec. *in cap. conſtitutus n. 2. de appellat.* propterea altero coniuge non adimplente alterum teneri ad ſeruandam continentiam, quia *reg. frangenti fidem* de qua *in d. l. cum proponas, cum ſimilibus*, ſolũ habet locum reſpectu vnius, & eiuſdẽ diſpoſitionis, non autem reſpectu diuerſarũ, quia in diuerſa & ſeparata diriguntur; cũ ergo in eo tex. non vnicum votũ continentiæ, ſed duo fuerint emiſſa, & vnuſquiſque principaliter teneatur ex ſuo voto ad continentiæ obſeruantiam, merito obligatur, licet alius labatur. Nec etiam obſtat *c. nolle exiſtimare, verſ. fides 23. q. 1.* quia ℞. cum reſolutis per S. Tho. *2. 2. q. 40. art. 3.* cum alijs adductis per Cou. *de ſponſal. p. 2. c. 3. §. 4. n. 14.*

CAP. EGO N. IV. poſt *n. 2.* In tex. ibi (*Sanctæque Romanæ Eccleſia &c.*) Ex his verbis iunctis præcedẽtibus collige teneri Epiſcopũ ex debito huius iuramẽti ab illo momento, quo illud præſtitit, fidelẽ eſſe Eccleſiæ Romanæ, cuius vicarius caput eſt Papa, & Cardinales mẽbra ipſius, arg. *c. nouit. 4. de ijs, quæ fiunt à Prælatis, & c. cũ nõ liceat. 12. de præſcript.* Eadẽ iuramẽti forma ſub eadem cõpoſitione verborũ refertur *in c. ego Clerici 19. de verb. ſig.* ita Inn. Abb. Bald. Felin. hic in princ. & communis.

In tex. ibid. (*eiuſq. ſucceſſoribus*) Collige maximũ effectum iuramenti ſub hac forma quod iurans non tenetur iterum iurare ſucceſſoribus de præſtanda fidelitate, quaſi ſi ſucceſſorum mentio nõ fieret non obligarentur Epiſcopi ex debito iuramenti ad omnia hic præfinita ſucceſſoribus exhibenda, atque ita neceſſariã fuiſſe in id ſucceſſorũ mentionẽ affirmat *gloſ. vlt.* per tex. ibi *in cap. veritatis, 15. infra hoc tit.* quam ſequitur Abb. *num. 2.* & fatetur receptam Couar. *in cap. quamuis pactum p. 1. §. 5. n. 5.*

In tex. ibi (*vitã perdat, aut mẽbrũ*) Ergo ex mẽbri abſciſſione nõ ſequitur vitæ perditio, vt per Abb. *n. 2.* & Felin. *n. 1. in præſenti*, iuxta naturam alternatiuæ, de qua *in l. pleriq. in fine ff. de iure dotiũ*, & in *reg. in alternatiuis 70. de reg. iur. li. 6.* cum ſimilibus ibi citatis.

In tex. ibi [*Regula Sanctorum Patrum, &c.*] Cõtrouerſum ſatis eſt quod nam per hæc verba in his terminis intelligendũ ſit, Inn. hic interpretatur per regulas Sanctorũ Patrũ non ſolum Canones omnes ſummorum Pontificũ, ſed etiã Sãctorum Patrũ ſententias per Romanam Eccleſiam approbatas, argumento *cap. canon 3. diſtinctione, & cap. ſancta 16. diſtinct.* Alij vero intelligunt quod ſcilicet tunc demum ex forma huius tex: Epiſcopi teneantur, & periurium aliàs incurrant quando Canones ſunt in periculo, & Epiſcopi non ſunt adiutores ad illos retinendos, vel defendendos: ſed quia prędicti intellectus diuinant, & ſupplent, faciliùs verborũ proprietas retinebitur & rigor, cui innituntur, obuiabitur, ſi aduertamus ex pleriſque Iuribus longum dari diſcrimen inter regulã Sãctorum Patrum, quæ vtplurimum vniuerſalis Eccleſiæ regimen concernunt, & alia id genus, & inter alios quoſcũque Canones Pontificios, in illis enim ob maximã iuſtitiam, quã præſeferunt, rationique ſummæ adæquatã, mutatio non admittitur, niſi magna vrgentiſſimaque cauſa concurrẽte, in ijs verò non vſque adeo grauis, & vrgẽs cauſa neceſſaria eſt, patet hæc differẽtia *ex cap. quia* & ex *cap. inſtitutis, & ex cap. Eccleſia, cum multis ibidem 25. quæſt. 2.* Hoc ſuppoſito dicendum eſt Epiſcopos ex iureiurando iuxta formam hic pręfinitam teneri ſolum ad obſeruandas huiuſmodi regulas, in quibus venerãda antiquitas, & ſũma illa ęquitas viget, eoq; caſu Epiſcopos periuriũ incurrere nõ ſolũ quãdo per cõtẽptum, ſed etiã quãdo ex aliqua cauſa iniuſta eaſdẽ infringũt, vt coſtat ex modò reſolutis.

CAP. NVLLVS. V. poſt *n. 2.* Vnde iã infertur intellectus ad eã partẽ huius tex. qua adijcitur exceptio ad reg. ſupra poſitã, vt ſcilicet Clericis, quibus rerũ Eccleſiaſticarũ diſpẽſatio eſt cõmiſſa, prædictũ iuramentũ ſit deferendũ, cuius rei ratio eſt quoniã ad iuſtã iuramẽti exactionẽ ſufficit quod iuſta cauſa, & neceſſitas illud exigendi interueniat ex reg. *cap. etſi Chriſtus*, ibi, quoniã ad iuramentũ, &c. *hoc tit.* conſtat autẽ neceſſitatem & iuſtã cauſam in hac ſpecie interuenire, intereſt namque Eccleſiæ quod ſuarũ rerũ diſpenſatio nemini abſque cautione tradatur ex reg. *l. 1. in prin. C. vſuf. & c. vlt. de pignor.* planè nulla alia cautio in his terminis commodior præſtari poteſt, quàm iuratoria, ex *reg. c. cũ deſideres*, iuncta *gloſ. verbo cautela, de ſent. excõm* ideo rectè in hoc tex. iuramentum à prædictis clericis exigitur, obſeruant Inn. Bald. Abb. Imol. & omnes hic, S. Ant. *part. 2. tit. 10. cap. 5. §. 3.*

Amplia id ipſũ procedere nõ tantum in Clericis, quibus beneficia curã animarũ habentia, ſed etiam ſimpli-

ſimplicia conferuntur, ſicut enim illis circa curam animarum veſtes ſacras, Calices, & his ſimilia, & circa bona Eccleſiæ temporalia commiſſa eſt adminiſtratio, ita & ijs circa tuenda iura redditusſque ſimplicium beneficiorum, atque alia eiſdem cohærentia, vnde vtroque caſu poſterius iuramentum defertur, Abb. *nu. vlt.* & communis per tex. ibi *in cap. tua nos, inf. hoc tit.* S. Ant. *vbi proximè*

CAP. EX RESCRIPTO. IX. poſt *nu. 1.* Probat hic tex. validum eſſe monachi iuramentum de manendo in obſtagio interim dum debitum non perſoluitur; vt per DD. in præſenti. Sed obſtat primo quod actus ille nullam poteſt inducere obligationem qui ſpeciẽ ſeruitutis cõſtituit, vel quoquomodo libertatẽ infringit in homine libero *l. 70. §. Titio cẽtũ il 2. ff. de condit. & demonſt. l. 1. & 2. ff. de libero hom. exhib.* at qui iuramentũ hoc de manendo in obſtagio ſat inducit ſpeciẽ ſeruitutis, cum monachi inuiti detineantur interim dum promiſſa non præſtãtur, igitur &c. Secundo obſtat quod iuramentum non poteſt ad illum actum obligare per quem tam iurans, quàm is, cui iuratur, excommunicationem incurrũt, eſſet enim tunc vinculum iniquitatis contra *cap. quanto 18. inf. hoc tit.* ſane tam is, qui iurat de manẽdo in obſtagio excommunicationem incurrit arg. *cap. contingit 36. de ſententia excom.* cum traditis per Nau. *in man. c. 15. num. 11.* quàm is etiam, cui iuratur, *c. nuper 29. in princ. verſ. nos igitur, illo tit. de ſent. excom.* ergo, &c. Tertio obſtat quod huiuſmodi iuramentum offendit ipſius monachi profeſſionem cum manere in obſtagio importet extra clauſtrum morari contra *cap. ſicut ex litteris 13. inf. hoc tit.* & contra ſubſtantiam profeſſionis, quæ conſiſtit in abrenuntiatione ſeculi, & propriæ voluntatis, vt per D. Thom. *2. 2. q. 88. art. 7. in corpore ad fin.*

Propter quæ tex. iſte varie intelligitur, vt per *gloſ. 1.* Abb. Bald. Felin. *n. 4.* & alios in præſenti, *gloſ. 2. in cap. ſuppliciter 23. q. 8. gloſ. vlt. in cap. expoſita 11. de arbitr.* Rip. *in l. obligatione n. 12. ff. de pignorib.* Guillelm. *in cap. Rainutius verbo teſtamentum 3. n. 26.* Cou. *lib. 2. vari. c. 1. n. 1. ad fin. & in cap. quamuis pactum p. 1. §. 4. n. 4. & p. 2. in initio n 6.* Communis ſentẽtia eſt quod ex ſolo iuramẽti vinculo valet obſidum datio, quaſi illo remoto ex præcedenti conuentione nullatenus monachi obligari potuiſſent manere in obſtagio, in quam rem expenditur tex. in præſenti, ibi, ſicut iurarunt. Sed reiecta hac communi ſententia, omiſſiſq. alijs intelligendi modis, de quibus per ſupra citatos, dicẽdũ mihi videtur vt ex eo monachi in obſides dari potuerint, iuramentumque valuerit, quia non ſimpliciter & abſolute dati fuere, ſed liberum manebat eiſdem recedere, dummodo alij loco ipſorum ponerentur, idque ipſi quantum in ſe erat, efficere conarentur, idque ſatis apparet ex ſerie tex. & forma iuramenti, ibi, vt ſi ipſi deficerent alij, &c. Deinde expenditur quod iuramentum ſub ea forma conceptum ſolùm obligat monachos ne per eos ſtet quominus ſeruetur conuentio, ſatisfacereque dicuntur ſi quantum in ſe eſt curauerint, ſeù laborauerint vt alij ſubſtituantur, iuxta doctrinam *gloſ. vlt. in præſenti* per tex. quem citat *in l. ſtipulatio iſta, 38. in princ. ff. de verb. obl. & gloſ. vlt. in cap. Eleutherius. 91. diſt.* receptæ communiter vt per plures, quos refert, & ſequitur Couar. *d. p. 2. §. 5. n. 1.* Gam. *deciſ. 32.* in quibus terminis in nihilo offenditur libertas, & ità intellexiſſe videntur Rip. *d. num. 12.* Couar. *d. cap. 1. n. 1. in fine.*

CAP. TVA. XI. poſt *num. 1.* Probat hic tex. poſterius iuramentum de non augenda antiqua, & ſolita penſione præiudicare priori, quo clericus ſe abſtringit ad illius ſolutionẽ. Sed obſtat grauiter quod vbi duo iuramenta valida proponuntur, vnum prius, alterum poſterius, vtrumque ſeruari præcipitur, vel ſi ſibi inuicem repugnant primum ſecundo, non autem ſecundum primo præiudicat, *cap. ex te, 22. cap. intellecto 33. infra hoc tit.* ſanè in propoſito vtrunque iuramentum validum videtur, idque colligere licet ex tex. ibi, pro periurio, &c. quod tunc propriè & verè committitur vbi iuramentum aliàs validum infringitur, deinde ex tex. *in cap. grauis 15. & in cap. ſignificauit 13. de cenſibus.*

Propter quam difficultatem, aliaſque in hoc propoſitum adduci ſolitas, fortaſſe Abb. *hic num. 3.* poſt Inn. Imol. Felin. *n. 9.* & alij communiter, vt per Couar. *in cap. quamuis p. 1. §. 6. n. 9.* arbitrantur in rei veritate neutrum iuramentum eſſe illicitum, neque ex eo iurantes ſuis priuari beneficijs, quod alterum ex illis à parte rei ſit temerariũ, ſed ſolum ex e o quia quoad vulgi opinionem duo hæc contraria præſtans iuramenta conſtituit ſe in periurio putatiuo, cum duo contraria fuerit pollicitus, in quibus terminis falſæ vulgi opinioni defertur, in quã rem expendere videntur verba huius tex. ibi, quod vitare nõ poſſunt, & ibi, primo præiudicat, quod de cupiditate proceſſit, ſi verba hæc referantur ad patronos, qui ex cupiditate redditũ exigunt iuramentũ, non verò ad ipſos iurantes. Verum huiuſmodi communis intellectus implicat contradictionem quatenus concedit duo iuramenta appoſita circa res ſibi inuicem repugnantes ſimpliciter & abſolutè valida eſſe in rei veritate. Quare non diſplicet hac in re ſequi ſententiam Cou. *d. nu. 9.* vt ſcilicet quamuis prius iuramentum de ſoluenda maiori ſolitò penſione abſolutè nõ valuerit, quatenus onus reale Eccleſiæ impoſitum contra Conc. Lateranen. de quo hic, ſecundum quod talem obligationem produxerit in ſolius iurãtis præiuditium quoad vitam ipſius, atque ideo in eo ſenſu valuiſſe, neceſſariamq. omnino eſſe illius abſolutionem, quam Prælatus facile elargietur ob iniquam patronorum extorſionem: quia verò poſt præſtitum huiuſmodi iuramentum & antè impetratam illius abſolutionem Clericus contrarium præſtitit, ſe ipſum conſtituit in certo periurio, ſiuè enim ſeruet prius ſiue poſterius manifeſta eſt periurij culpa, ſi prius ex eo quòd violat poſterius, ſi poſterius ex eo quod prius infringit, quod ſanè in illo caſu ante legitimam abſolutionem ſeruare tenebatur, & in hoc ſenſu verificantur verba illa, pro periurio, quod vitare non poſſunt: ex quibus patet ſolutio ad obiectiones, quas ſupra contra textus concluſionem notaui.

CAP. SICVT. XIII. *num. 2. in fine.* Ex quorum mente diſtinguendum duxi inter iracundiæ calorem, ſeù alium repentinum iræ motum qui vſqueadeo vehemens fuit, vt alienationem mentis induceret, & inter illum, ex quo non ità mentis alenatio ſecuta eſt; primo caſu neq; iuramentum,

nec

nec alius actus obligationẽ inducere potuit. Secundò vero ſi materia, vel aliud non repugnat iuramentum valuit, & obſeruari debet; ratio differentiæ eſt quia ſine conſenſu obligatio non contrahitur, *l. 1. §. conuentis, in fine ff. de pactis, l. 2. in princ. ff. de action. & obligat. cap. cum voluntate, de ſentent. excom.* quo ſtante, quamuis non ita abſoluto, non inconuenit ſi iuramentum, & actus ſimiles ſuam producant obligationem.

In tex. ibi (*quod licitè abiurare non potuit*) Notatur ad hoc quod validum eſt iuramentum monachi clauſtrum adiurãtis contrà propriam profeſſionem, cum enim ſub peccato teneatur ad illius obſeruantiam latè *Nau. in man. cap. 12. à num. 34.* ſi iuramentum in his terminis obligaret, vinculum iniquitatis maneret contra reſoluta *ad cap. ſi verò ſupra hoc tit.* ità Innoc. Bald. Abb. *n.* 1. Felin. & omnes in præſenti, & colligitur ex reſolutis per D. Thom. 2. 2. *quaeſt. 88. art. 8.* Sot. *lib. 7. de Iuſt. quaeſt. 7. art. 1.* Nau. *d. cap. 12. num. 67.* Iuuat maximè quod monachus per propriã profeſſionem ſe & ſua Monaſterio ita addicit, vt nec velle habeat, nec nolle, ſed in actibus gerendis legitimi ſuperioris arbitrio debeat ordinari, *auth. ingreſſi. C. de ſacroſ. Eccleſ. cap. vlt. de ſucceſ. ab inteſt. cap. ſi religioſus 27. de elect. lib. 6. cap. vlt. de teſtamentis, eodem lib.* Conc. Trid. *ſeſſ. 25. de Regularibus cap. 4.* iunctis reſolutis per Nau. *in cap. non dicatis n. 81. & in apologia quaeſt. 1. monitu. 11.* Mench. *de ſucceſ. creat. §. 21. nu. 250. & de progreſſu §. 8. num. 2.* Ant. Gomez *l. 69. Tauri. num. 6.* Et tandem quia in omni iuramento ſubditi in dubio cenſetur exceptum ius ſuperioris, cui ille non poteſt in aliquo valide derogare, *cap. venientes 19. hoc tit. cap. conſtituitur 19.* vbi *gloſ. verbo iuramenta, de reſcriptis,* Couar. *in cap. quamuis parte* 1. *§. 3. num.* 2. quæ ſane omnia à fortiori in monachis locum habent ob maiorem ſubiectionem, & obedientiam, qua ſuis ſuperioribus conſtringuntur. Plane cum ſine ipſorũ licentia nullum poſſint actum gerere, neque inſuper eiſdem præiuditium irrogare, ſit conſequens prædictum iuramentum valere non poſſe, vt præcitati Doctores fatentur.

CAP. VERITATIS. XIV. *n. 3.* ibi, magis eluceſcit, Alex *conſ. 51. num. 2. vol. 4.* Roland. *d. conſ. 80. in princ. vol. 1. & conſ. 100. num. 128. vol. 4.*

Ibid. eod. *n. 3.* ibi, *n. 61.* eamq. ante oculos habere debent Iudices, *l. quod ſi Epheſi ff. de eo, quod certo loco,* Socin. Iun. *conſ. 3. num. 17. vol. 3.* Roland. *conſ. 3. n. 21. cum ſeq. & conſ. 100. nu. 128. vol. 4.* Carol. Bardel. *conſ. 36. nu. 26.*

Ibid. *num. 5. in princ. ibi, num. 15.* Vincent. Fillinc. *tom. 2. tract. 25. cap. 8. num. 225.*

CAP. QVANTO. XVIII. poſt *n. 2.* In tex. ibi (*patris tui conſeruare monetam*) Ergo de Regalibus eſt formare monetas, illaſq. cudere, approbare, & reprobare, Franc. Curt. *de monetis cap. 1.* Martin. Lauden. *eodem tract. lib.* 1. *num.* 1. Fabian. de Monte *de emptione, q. 5. in princ.* Franc. Marc. *deciſ. 186. vol. 1. & deciſ. 614. & deciſ. 648. vol. 2.* Peregr. *de iure fiſci lib. 1. tit. 1. num. 25.* Maſtril. *de magiſtratibus lib. 3. cap. 10. num. 139.* Camil. Borrell. *de praeſtantia Regis Cathol. cap. 12.*

Ibid. *num. 5. in fine* Gaſpar Theſaur. *de augmento monetarum,* Franc. Marc. *deciſ. 87. num. 7. & deciſ. 261. num. 2. par. 2.* Camil. Borrel. *d. cap. 12. num. 21.*

CAP. QVEMADMODVM. XXV. poſt *n. 7.* Nec obſtat tex. in præſenti *in verſ. Quamuis,* ad finem princ. ibi, quamuis interdum, &c. quæ ratio videtur ſuadere ſummum Pontificem voluiſſe propter morbum ſuperuenientem ſponſalia dirimi non poſſe; nam reiecta aliquorum ſententia, qui arbitrãtur legendũ eſſe, quia pro quamuis, quæ inepta eſt correptio, ſi præcedens interrogatio affirmatiuè expendatur, dicendum eſt Pontificem rationem illam interrogatiue adduxiſſe adhuc ad confirmationem contrariæ partis, quam interrogabat, quaſi velit vtrum teneatur ſponſus leproſam ſponſam recipere, licèt ſecundum Ius multa impediant, quæ nõ dirimunt, & non reſpondet interrogationi expreſsè, ſed ex dictis quæſtionem veluti notiſſimam decidendam reliquit.

Ibid. *num. 9. in fine.* Pro qua ſententia contra gloſ. *in praeſenti* facit quod ſponſa illa propriè dicitur, quæ non dum matrimonium contraxit, ſed promiſit *l. in eo iure §. 1. ff. de ritu nupt. l. 1. §. & primum ff. pro dote. l. quod ſeruus ff. de condict. ob cauſam, l. ſancimus C. de nuptijs,* Dec. *conſ. 256.* Hippol. *in l. is qui cum telo n. 39. C. de ſicarijs.* at non licet propriam verborum ſignificationem omittere, & contra eam leges pœnales extendere *cap. odia, cap. in pœnis de regul. Iuris lib. 6.* cum vulgaribus, ergo non licebit pœnas à legibus impoſitas contra violatores alienarum nuptiarum ad ſponſas extendere. Nec contrarium probat tex. in *l. ſi vxor. 13. §. Diuus. ff. de adulter.* dum permittit ſponſo accuſare eum, qui ſponſam violauit, etenim in eo tit. non ſolum agitur de adulterijs puniendis, ſed etiam de alijs illicitis fornicationibus, inter quas connumeratur, quæ cum alterius ſponſa committitur, nec pœna adulterij in eo caſu imponitur, ſed alia mitior, vt ille tex. probat.

CAP. EX LITTERIS. XXXII. poſt *n. 3.* In gloſ. [*Occultat, fin.*] ibi (*quia aeque praeiudicat confeſſio de credulitate, ſicut &c.*) Collige ex gloſ. confeſſionem partis per verbum credulitatis factam in illis, quæ ſibi præiuditium faciunt, validam eſſe, & probationem facere, quantumcumque cauſa, ſeu ratio concludens deficiat, eamdem ſententiam tenet Bald. *in l. de tutela nu. 5. C. de in integ. reſtit.* Iaſ. *num. 10. in fine in rub. ff. hoc tit.* Anch. *in cap. 2. de confeſſis lib. 6.* apertiùs *in cap.* 1. *num. 5. de iuram. calumn. eod. lib.* Pro quibus facit *l. 2. §. quod obſeruari,* ibi, quod quiſque credit, & exiſtimat, hoc eſt ſeruandum, *C. de iureiur. propter calum.* Facit etiam quia licet per verbum credulitatis deponatur, & ita tanquam dubius, nihilominus tamen in effectu de facto ipſo vtpote ſuo de quo interrogatur ſecundum ſuam ſcientiam deponere dicitur, probat *tex. in d. §. quod obſeruari,* quod quidem eſt ſufficiens ad faciendam probationem validam. Licet enim reſponſio teſtis ſine concludenti cauſa, vel ratione de credulitate deponentis certitudinem non contineat per ea, quæ reſoluunt

DD. in

DD.in cap. quoties,de teſtib. nihilominus tamen reſponſio partis illam continere cenſetur cum depoſitat de facto proprio reſpectu cuius ignorantia ipſius deponentis non præſumitur, ſed potius ſcientia, docet eleganter Imp. *in d. §. quod obſeruari*, ibi, ſcire poſſunt cauſam, iunctis verbis præcedentibus.

CAP. INTELLECTO. XXXIII. *n.2. in fine*, Ozaſc. *deciſ.139. num. 7.* Natt. *conſ. 638. num.46. vol 3.* Soccin.iun. *conſ. 60.num.33.vol. 3.* Anna Pat. *alleg. 69. num.* 4. Roland. *conſ. 2. n.95. cum ſeq. vol. 1.* à Ponte *de poteſtate Proregis in tit. de tract. num. 30.* Grat. *conſ. 147. vol. 2.*

Ibid. *num. 3. in fine*, Tenetur enim Princeps ſucceſſori indiuiduitatem ſeruare, Bald. *conſ. 30. vol. 5.* Pereg. *loco citato ſub. num. 31.* Lanat. *conſ. 1. num. 15.* Camill. de Curte *in diuerſ. Iuris feud. p. 1. in verbo licet, num. 30.* Menoch. *conſ. 1. ſub num. 40.*

Ibid. *num.* 4. ibi, vt per, Oldrad. *conſ. 231.* Bald. *in pralud. feud. in verſ. expedita diffin.* Martin. Lauden. *de primog. q. 15.* Tiraq. *de iure primog. q. 68. n. 7.* Lanar. *d. conſ. 1. n. 16.*

Ibid. eod. *n. 4. in fine*, ibi *n. 70.* cum idem met concedens poſſit reuocare Paul. de Caſtro *conſ. 70. n. 6. vol. 1.* Roland. *conſ. 2. n. 100. vol. 1.* Camill. de Curte *in diuerſ. Iuris feudal. p. 1. in verbo licet num. 100.*

Ibid. *nu. 5. in fine*, Supremam enim dignitatem, & iuriſdictionem à ſe Princeps abdicare non poteſt (niſi donet Eccleſiæ) vt tenent Bald. *in præſenti*, Tap. *in rub. de conſtit. Princ. cap. 4. nu. 16.* nihilque de illa poteſt in alium transferre, Natt. *conſ. 402. num. 20. & conſ. 636. num.52. & conſ. 640. num.43.* Camill. de Curte *loco citato nu. 25.* & ideo non valet priuilegium per quod quis eximitur à ſuprema Principis iuriſdictione, Petra de *poteſt. Princip.cap. 32. in 2. dubit.n.225.* quia ſupremæ iuriſdictiones ſunt ſacra ſacrorum, nec ſtant in marſupio Principis, Bald. *in præſenti, & conſ. 324.vol. 1.* Roland. *conſ. 1. n. 115. vol. 2.* Petr. *vbi proxime n. 223.* Pereg. *d. loco. n. 71.*

Ad Lib. II. Tit. XXV. de Exceptionibus.

CAP. DENIQVE. I. poſt *n.* 4. In tex. ibi [*mulctari non debent*] Collige ex tex. probata criminis exceptione contra teſtem illum non eſſe puniendum, idem probant tex. *in c. 2. verſ. quemadmodum, de ordine cognit. & in l. Lutius 21. ff. de his, qui notantur infam.* gloſ. *verbo pœna*, Innoc. Abb. & Bald. omnes *n.* 1. Imol. *n.* 5. Dec. *n.* 4. & alij *in præſenti*, reſoluunt DD. *in cap ſuper his, & in c 2. de confeſſ.* Bald. *in l. Presbyteri la 1. n. 12. C. de Epiſcopis, & Cleric.* Roman. in *l. eum mulier col. 2. ff. ſoluto matrim.* Boſſ. *in pract. tit. quemadmodum procedatur per except. à num.* 2. Clar. *§. fin. q. 19. nu. 2.* late D. Barboſ. *in l. viro à n. 8. ff. ſoluto matrim.* Sed obſtat maxime quod delicta vbicunque & vndecunque conſtiterint punienda ſunt per Iudices competentes, vt probat tex. *in cap. ecce*, ibi, vndecunque claruerint, 24. *q. 3. & in cap. vt fame, de ſent. excom.* Obſtat etiam tex. in *cap. 2 de confeſſis*, vbi teſtis, qui confeſſus fuit crimen à ſe factum, & per litigantem oppoſitum pœna priuationis officij, & beneficij punitur.

Vnde nonnulli, quos refert Garc. *reg. 113. nu. 1.* putant faciendam eſſe differentiam inter caſum, quo conſtat de teſtis crimine per illius confeſſionem, & inter caſum, quo de illo cõſtat per alios probationis modos legitimos, itaut primo caſu puniendus ſit teſtis, minime vero in poſteriori. Sed alij reiecto ſupradicto intellecto putant faciendam eſſe diſtinctionem inter crimen tangens ipſam cauſam principalem, de qua agitur, & inter illud, quod minime illam attingit, itaue in priori probata exceptione oppoſita teſtis puniatur, non vero in poſteriori caſu, in quo tex. in præſenti procedere dicunt, prout in ſpecie tradunt Abb. *n.* 14. Felin. *n.* 10. Dec. *num. 4. & 7. in præſenti*, idem Abb. *in d. c. 2. n. 17. de confeſſ. &* eſt communis, quam refert, & ſequi videtur D. Barboſ. *in d. l. viro, num. 11.* & ante omnes tenuit Bart. receptus *in l. 2. §. ſi publico n. 20. ff. de adulter.*

Ego tamen indiſtincte dicendum puto tex. in præſenti intelligendum eſſe, & procedere non ſolum in pœna ordinaria, ſed etiã in extraordinaria, ſiue crimen cauſam principalem contingat, ſiue nõ. Ratio eſt quia nullus pœna aliqua ordinaria, vel extraordinaria puniri poteſt, niſi aduerſus illum aliquod iudiciũ inſtituatur, quantumcunque de crimine per propriã confeſſionẽ appareat, patet ſi expendas in crimine etiam per confeſſionem probato delinquenti defenſionem neceſſario eſſe concedendam iuxta reg. tex. *in cap. cum inter, & in cap. dilecti inf. hoc tit.* dicit receptum Clar. *§. fin. q. 64. n. 44.* qualis defenſio non datur niſi de tali crimine iudicium inſtituatur. Accedit quòd ſine iudicio inſtituto nullus poteſt dari accuſator, vt colligitur ex tex. *in cap. forus, de verb. ſignif.* aduertit Rip. *nu. 38.* Nau. *n. 5.* & communis *in rub. de iudic.* ſine quo accuſatore aliquis puniri non poteſt, vt fatetur Pont. in præſenti, ibi, cum accuſatio, &c. & probat tex. *in l. 3. C. qui accuſ. non poſ.* Sed quando per meram exceptionem crimen aliquod teſtificanti opponitur in illo iudicio, in quo de cauſa teſtimonium dixit, quantuncunque crimen obiectum probetur etiam per confeſſionem illius, cui obijcitur, dum aliud non proponitur, nullum iudicium contra teſtem inſtitutum eſſe dicitur, patet ſi expendas iudiciũ illud, quod circa cauſam exercetur, non contra teſtem, ſed potius contra producentem inſtitui, ac ſubinde dum aliud nonum non apparet cõtra teſtem iudicium inſtitutum propriè dici non poteſt ex reg. tex. *in l. 1. C. res inter alios, & in c. pen. de re iudic.* Igitur recte procedit concluſio ex textu deſumpta.

Non obſtat dicere quod repulſio teſtimonij proprie & vere ex ſe pœna eſt, arg. tex. in *l. moris 9. §. ſunt autem ff. de pœnis*, explicat Caſtr. *de lege pœn. lib. 1. c. 3. in princip.* quam eſſe imponendam fatetur *tex. in præſenti*, ſatiſfit enim ſi aduertas id per accidens contingere, interueniente tamen iuſta cauſa vt fieri poteſt *ex reg. ſine culpa lib. 6.* eo quòd excipiens

cipiens principaliter agit cum producente, nequaquam vero cum teſte: qua de cauſa probato crimine repulſio fieri ſolet eodem teſte inuocato, ne aliàs admittatur in teſtem ille, qui criminibus inquinatus eſt; ſic ſane talis pœna principaliter, & immediate cenſetur impoſita litiganti, non vero teſti, cuius teſtimonium data illius ignorantia reijcitur. Nec obſtat *d. cap. ecce*, quia Rx. regulam illam tantum procedere quando de crimine cõſtat legitime, & per modos legitimos, hoc eſt inchoato iudicio cum delinquente, & eodem audito circa ſuam defenſionem, aliter enim ad condemnationem faciendam, & pœnam imponendam de crimine conſtare non dicitur ex reg tex. *in d. l. 4. §. condemnatũ ff. de re iudic.* qualis probatio non reperitur in exceptione criminis oppoſita teſti, niſi ſolum ad finem repulſionis à teſtimonio, vt ſup, dictum eſt. Nec etiã obſtat *d. c. 2. de confeſſis*, quia licet ille tex. varios habeat intellectus, tamen ille melior videtur, quem aſſignat *gloſ. ibid.* communiter recepta ex Dec. hic *n.* 4. dum aſſerit in illo tex. aliquod iudicium fuiſſe inſtitutum contra illum confitentem, ſaltem iudicium inquiſitionis, ſiquidem in illa pœnæ ordinariç impoſitione ſunt termini habiles, quales dantur ſi iudicium inſtitutum proponatur, iuxta ſup. reſoluta. Vel forſan meliùs tentari poteſt tex, illum ſolum voluiſſe conſtituere cõfeſſum in iudicio crimen ſimoniæ deponendum eſſe, de modo autem confeſſionis nihil diſpoſuit, ſed neceſſarium & legitimum ſuppoſuit, idque colligitur manifeſte cum tex ille *ſub rub. de confeſſis* poſitus ſit, & ſolum intendat ſub eadem rub. de confeſſione tractare, quæ legitime facta reputatur, vt per illam pœna aliqua imponatur ſi interueniente iudicio & competenti per modum legitimum facta ſit.

CAP. CVM VENERABILIS. VI. poſt *n.* 4. In gloſ. [*Veritate, pen.*] ibi, (*pronuntiabitur nulla*) Intendit gloſ. non valere ſententiam, quæ per falſa inſtrumenta, vel alias falſas probationes profertur, ſimilis *gloſ. 1. in §. appellantur, Inſt. hoc tit.* ſequuntur alij, vt per Dec. hic *num.* 35. Cou. *in cap. alma mater p. 1. §. 11. n. 14.* Zazi. *lib. 1. ſingularium reſp. c.* 13. Pro quibus expenditur tex, hic, *& in c. licet, poſt princip. de probat. & in l. qui agnitis* 11. *ad fin, ff. hoc tit. l. ſi prætor* 75. *§. Marcellus, iuncta gloſ. verbo ſciens, ff. de iudic. l. 1. C. ſi tutor falſis*, in quibus nulla facta mentione reſtitutionis, aut alterius remedij extraordinarij ſententia per falſas probationes corruit. Sed obſtat tex. *in l. Diuus* 33. *ff. de re iudic.* vbi probatur contra huiuſmodi ſententiam reſtitutionem competere, quæ cõtra ſententiã nullam Iure non conceditur *l. in cauſa* 17. *in princ. ff. de minorib.* conducit tex. hic. *in verbo retractari, l. pen.* ibi, retractari præcipimus, vbi gloſ. C. *de tranſaction. l. 2. C. ſi ex falſis inſtrum.* obſeruant *gloſ. in d. cap. licet, verbo opponi, gloſ. pen. in d. l. qui agnitis*, vbi Soccin. *n.* 8. Bart. *n. vlt. in. d. l. Diuus*, vbi poſt alios Iaſ. *nu.* 8. communis ex Pariſ. *n.* 64. & alijs hic, Menoch. *de arbitr. caſu* 15. *in princ.* Cald Peteira *in l. ſi curatorem verbo læſis n.* 165. poſt alios intelligẽtes verba huius tex. & *d. cap. licet, & d. l. qui agnitis* cum ſimilibus procedere præuia reſtitutione, quam ſupponunt, iuxta *d. l. Diuus*, ad quam ſe refert Iureconſ. *in d. l. qui agnitis*, ibi, principalibus conſtitutionibus; limitantes tamen communem non procedere vbi ſententia per falſas probationes contra abſentem profertur, vt *in d. §. Marcellus*, vel vbi contra minorem, vt *in d. l. 1. C. ſi ex falſis*, de quo per Iaſ. *in. d. l.* Diuus *n.* 4. Dec. *n.* 31. Pariſ. *à n.* 71. *in præſenti*, Dec. *in d. c. licet n. 21. verſ. prædicta, cum ſequentib.* Gam. *deciſ.* 110. *n.* 42.

Nec retenta hac opinione cõmuni obſtabit quod tex. in præſenti agnoſcit ſententiã in propoſito vſque ad annos viginti retractari poſſe, id quod per viam reſtitutionis non niſi intra quadrienium conceditur ex reg. *l. vlt. C. de tempor. in integ. reſtit. c. 1. de in integ. reſt. lib.* 6. agnoſcit in ſpecie *gloſ. vlt. & communis. in d. l. Diuus*, tum quia (& ſic retorquetur argumentum) ſi tex. intenderet huiuſmodi ſententiam eſſe nullam, & nullitatis remedio retractandam, non tantum intra viginti, ſed etiam intra triginta annos agi poſſet iuxta *gloſ. in ſum. in fine* 35. *q.* 9. receptam communiter, vt per Tiraq. *de retract. tit. 1. §. 36. gloſ. 2. num.* 38. tum etiam quia reg. *d. l. vlt. & d. cap.* 1. dum quadriennium præfiniunt, procedunt tantum in reſtitutione, quç competit ex Prçtorũ edictis, & olim anno tantũ durabat *l. intra vtile ff. de minoribus* in cuius locũ hodie quadriennium ſubrogatur, de quo in *d. l. vlt.* quæ locum non habet in reſtitutione, quæ competit ex Principum conſtitutionibus, qualis eſt hæc, iuxta *d. l. Diuus.*

Dicendum igitur Pontificem in præſenti meminiſſe viginti annorum, quia is eſt terminus omnium maximus intra quem ad ſummum ſententia per falſas probationes prolata retractari poteſt, etenim vſque ad illud ſpatium viginti annorum querela & accuſatio falſi criminis intentari valet, *l. querela C. de falſis*, & in conſequentiam ſentẽtia prolata per falſas probationes reſcindi poteſt *d. l. 2. d. l. Diuus*, licet aliàs directe, & principaliter per viã reſtitutionis intra quadriennium tantummodo reſcindatur. Nec itẽ obſtat quod huiuſmodi ſententia cõtra ius litigatoris, non autem contra ius conſtitutionis profertur, ac ſubinde in rem iudicatam tranſit, Ius facit, & retractari nequit, *c. cum inter, de re iudic.* nam quicquid velit *gloſ. d. verbo opponi*, reſpondetur fatendo totum, quoniam licet ſententia extraordinario reſtitutionis beneficio retractari poſſit, non ideo minus valet, nec in rem iudicatam tranſire, & ius facere deſinit, immo ilthæc omnia ſupponit reſtitutio, & ſatis non poſſe retractari via ordinaria, prout contingit in propoſito, *& in tit. C. ſi aduerſus rem iudic.*

CAP. ADVERSARIO. XIII. poſt *n.* 2. In tex. ibi (*non obſiſtat*) Collige ex tex. quod ſi ille, à quo res per rei vendicationem petebatur, fuerit abſolutus, quia illam tempore latæ ſententiæ nõ poſſidebat, poteſt iterum ſuper eadem conueniri ſi modo illam poſſideat, nec agenti obſtabit exceptio rei iudicatæ, ac ſubinde ſi res ſemel iudicata non parit exceptionem in eodem tribunali, à fortiori non pariet in diuerſo foro contra *cap. 2. de except. lib.* 6. Dicendũ igitur eſt, quod ille, qui intentat rei vendicationem petendo rem ſuam, duo tenetur

proba-

probare dominium ſcilicet ex parte ſua, & poſſeſſionem ex parte Rei conuenti, ſiue propriam, ſiue impropriam, iuxta l. officiũ 9. l. in rem 24. ff. de rei vendicat. vt ſi vtrumque ſimul non probauerit reus abſoluetur, illa tamẽ differẽtia conſtituta quod ſi reus abſoluatur non ex eo quod actor dominiũ nõ probauit, ſed quia rem tẽpore ſentẽtiæ nõ poſſidebat, nec dolo deſierat poſſidere, ſi modo illã poſſideat, poterit iterũ ſuper illa conueniri, nec agẽti obſtabit exceptio rei iudicatę, & ita illis tribus reqſitis neceſſarijs ad hoc vt rei iudicatæ exceptio locũ habeat, de quib' in l. cũ quæritur cum duabus ſeqq. ff. de excep. rei iud. quartũ etiã requiſitũ eſt addendũ vt videlicet reus abſolutus tẽpore ſententiæ poſſideat, aliàs enim exceptio non obſtabit iuxta hunc tex. licet ſit eadẽ cauſa petendi, idẽ corpus ſeu quantitas, & eadẽ conditio perſonarũ: at vero ſi reus abſoluatur non ex defectu poſſeſſionis in eo, ſed quia actor nihil probauit, iuxta reg. cap. vlt. §. vlt. vbi gloſ. verbo probatione iura ſimilia citat, de iureiur. tunc actori iterũ agenti obſtabit exceptio rei iudicatæ iuxta reg. d. cap. 2. cum ſimilib. hoc tit. lib. 6. Ratio differẽtię eſt quia priori caſu cum ſententia abſolutoria nitatur in defectu poſſeſſionis in reo, non autẽ quia actor dominus nõ erat, recte ſequitur quod ſi rem modo poſſideat eam poſſit dominus ab eo iterum vendicare, ſicut ab alio quoquo poſſeſſore, vt eſt de natura rei vendicationis iuxta notata in §. omniũ, Inſtit. de action. at poſteriori caſu cũ reus abſoluatur, & ſententia fundetur in defectu probationis dominij ex parte actoris, qui nihil probauit nunquam amplius eadem petere poterit per actionẽ rei vendicationis cũ in illo dominiũ deficiat, etſi illud iterũ probare voluerit, exceptione rei iudicatæ ſubmouebitur, quã cõcluſ. colliges ex gloſ. recepta per Bart. & alios ibi, in l. ſi quis exhibendũ ff. de excep. rei iudic. ſequũtur Imol. & Abb n. 10. Felin. n. 4. in præſenti, gloſ. verbo admittit in d. cap. 2. hoc tit. lib. 6. Alex. in l. properandũ §. & ſiquidem n. 14 C. de iudic.

Ibid. n. 4. in fine. adde Abb. conſ. 50. n. 2. vol. 1. Dec. conſ. 96. col. 1. in fine, Rot. deciſ. 100. nu. 3. p. 4 diuerſ. Fab. de Anna conſ. 17. vol. 1. Hond. d. conſ. 30. nu. 50. vol. 1. Surd. conſ. 114. n. 21. & conſ. 165. n. 11. Menoc. conſ. 828 n. 2 Intrigl. ſing. 56. n. 1. & ſufficiũt interpretatiue ſaltẽ cõcurrere, gloſ. & Bart. in l. & an eadẽ ff. except. rei iudic. Soccin. conſil. 18. n. 44. vol. 1. Surd. d. conſ. 312. n. 26. Lan. conſ. 65. n. 5. à Ponte conſ. 49. n. 4. Fab. de Anna conſ. 53. n. 27. Cornaz. deciſ. 70. n. 8.

Ad Lib. II. Tit. XXVI. de Præſcriptionib.

CAP. PLACVIT. I. n. 1. in fine. Deſumitur ex Conc. Africano ſub Bonif. I. vt habetur tom. 1. Concil. pag. 516. c. 86.

Ibid. n. 2. in fine, ibi, n. 6. adde Gom. in reg. de triennali q. 42. & probãt alij exiſtimãtes ex auctoritate legis Canonicæ ꝓcedere pręſcriptionẽ cũ mala fide, idque poſt Rip. agnoſcit Auendan. de exequẽdis mand. lib. 1. c. 1. n. 21. col. 3. Sic etiã propter publicũ fauorem tributorũ ſoluendorũ limitatur reg. l. 1. C. de vſucap. transf. & biennio præſcribũtur pędia tributaria deſerta in l. qui agros C. de omni agro deſerto

Sed cõtra hunc cõmunẽ intellectũ primò obſtat tex. in c. vlt. hoc tit. & generalia eiuſdẽ verba, ibi, nulla valeat, &c. in ſuper & ratio illic addita, quæ in fauorẽ Fidei Catholicæ negligenda nõ fuit, immo eo magis admittenda, quod Fides Catholica magis abhorret peccata, & magis aliena eſt ab omni iniuſtitia, & legis naturalis, ſeu diuinæ violatione, neque par credere eſt maximos Eccleſiæ Põtifices inter eccleſiaſticos & pręſertim Epiſcopos admittere præſcriptionẽ cũ mala fide, quã in cap. vigilãti, & in d. c. vlt. inf. hoc tit. inter ſęculares, & in foro ſęculari abſolute improbarunt, arg. tex. in l. in arenã C. de inoffic. teſt. Secundo obſtat quod tempore huius tex. & Concilij Africani circa annum 425. nõ apparet lege aliqua, quæ cõtra Eccleſias, & Epiſcopos quadragenariã præſcriptionẽ requirat, vnde ſemoto Fidei fauore fortaſſe eo tempore minor ſufficiebat, ac ſubinde nõ limitatur per hũc tex. cap. de quarta, & c. illud inf. hoc tit. quę multò poſtea emanarunt. Tertio vrget cap. placuit il 2. 16. q. 3 quod habetur in Conc. Meleuitano ſub Innoc. I. c. 24. vt conſtat to. 1. Concil. p. 484. col. 2. & rurſus refertur in d. Cõcil. Africano c. 88. & habetur d. c. 516. vbi in eadẽ ſpecie de qua hic agitur in Fidei fauorẽ, procedit præſcriptio per ſex tantũmodo menſes, nec requiritur triennium.

Sed retento cõmuni intellectu nõ obſtãt, quę cõtra illum adduximus, nã ad primũ ex mẽte cõmunis aduertendum eſt, & fatẽdũ videtur fauorẽ Fidei in propoſito attẽdi & ex auctoritate legis Pontificiæ maxime operari, primo circa poſſeſſionẽ, quã lex hic & iuſtificat, & tribuit Epiſcopo conuertenti, vt ex Iuris auctoritate iuſtus ſit poſſeſſor arg. l. iuſte poſſidet ff. de acquir. poſſeſ quã poſſeſſionem neque iuſtificat neque tribuit regulariter in alijs caſibus, ſane Epiſcopus conuertens de quo hic, quamuis ſciret plebẽ, & partẽ dięceſis, quã conuertebat, eſſe alienã, & ad aliũ Epiſcopũ pertinere in actu practico nõ habebat cõſcientiã rei alienę, vel peccatum iniuſtę retentionis, quippe qui ex legis auctoritate iuſte, & abſque peccato poſſidebat d. l. iuſte, & conſequenter nõ malæ, ſed bonæ fidei poſſeſſor erat, vt intendunt Angel. in l. 1. n. 63. C. de iudic. Cou. vbi ſup. Secundo circa tẽpus quia ſufficit in propoſito triennium cũ aliàs attento Iure ſpatium 40. annorum ſit neceſſariũ c. de quarta, cum ſimil. inf. hoc tit. Denique circa titulũ, qui omnino requirebatur in hac pręſcriptione, in qua Epiſcopus intra alienã dięceſim cõtra Ius cõmune præſcribebat c. ſi diligenti, ad fin. ibi iuſtus titulus, inf. hoc tit. c. c. eod. tit. lib. 6. & tamen in præſenti ſuppletur à lege in fauorẽ Fidei Catholicæ, q. exceptis his tribus, & circa malã fidẽ nihil operatur.

Ad ſecundum reſponderi poterit quod licet tempore Cõc. Africani, à quo is tex. deſumitur, nõ requireretur quadragenaria præſcriptio contra Eccleſias, vel Epos, nihilominus tñ quo tẽpore Greg. IX. hunc tex. collocauit ſub hoc tit. iam erat receptiſſima huiuſmodi præſcriptio, vnde ex mente illius tex. hic videtur hoc in loco adiectus vt in fauorẽ Fidei limitetur reg. d. cap. de quarta, & d. cap. illud, cum ſimilibus.

Ad tertium communis concordia eſt quod tex. in præſenti ſuppleri debeat per d. cap. placuit, & è conuerſo, ita quod ſex menſes, de quibus in d. c. placuit à tempore monitionis cõputandi, non tribuant ius loci conuerſi, quaſi Epiſcopus conuertens per illos pręſcribat, ſed requirantur vt Epiſcopus proprius monitus conſtituatur in mora, & negligentia, qua interueniente fit facultas alij Epiſcopo conuertendi, etſi poſt

F conuer-

Digitized by Google

conuerſionem proprius Epiſcopus per triennium non recuperat, inducitur præſcriptio loci conuerſi, *gloſ. 1. & cõmunis in præſenti, gl. 3. in d. c. placuit, gloſ. in d. reg. poſſeſſor, de regulis Iuris in 6.* cõmunis ex Panor. hic *nu. 8.* probat ex multis Cou. *vbi ſup.* expendens quod in prædicto originali huius tex. ſic legitur. Placuit vt quicũque poſt leges locũ ad Catholicam, &c. quæ verba, poſt leges, licet à Greg. huius libri compillatore omiſſa fuerint, ſatis ſignificant neceſſariã eſſe monitionem, & ſex menſes poſt illam decurſos, intelliguntur enim poſt leges, ſcilicet de monitione præmittenda; & ſex menſibus expectandis. Sed hæc cõmunis concordia non ſatisfacit, tum quia diuinat ad vtrumque tex. hic enim nulla fit mentio monitionis, aut ſex menſium, ſicut nec *in d. cap. placuit* vllum eſt verbum de triennio; tum etiam quia ſex menſes de quibus in *d. c. placuit*, non præfiniuntur tantũ vt Epiſcopus proprius moram incurrat, ſed etiam vt illis elapſis alius conuertens ſtatim locum acquirat, itaquod vlterior expectatio triennij non requiratur, prout ſignificat verbũ, pertineat, de quo in eo tex. præſertim ſi adiũgãtur verba illa, quæ præcedunt, ibi, ad ſuã Cathedrã pertinentia, quæ important plenum Ius competens Epiſcopo proprio negligenti, quod idem poſt ſex mẽſes acquiritur conuertenti; nec aliquid probant verba illa, poſt leges, quia vt conſtat ex eod. Cõc. Africano *cap. 88.* & paſſim alibi, intelliguntur, ideſt poſt leges latas de Donatiſtis hæreticis, vel contra eoſdem hæreticos, & propterea omiſſa ſunt à Greg. qui per hunc tex voluit conſtituere legem generalem non habito reſpectu ad Donatiſtas, vel leges eorundem, de quibus Concil. Africanum loquebatur, aliàs enim ſi verba prædicta referrentur ad leges monitionis neceſſariæ, vt Cou. credit, plane Greg. non omiſiſſet, vel omittens aperte ſignificaret non eſſe neceſſariam monitionem, nec illam poſſe à nobis ſuppleri, quam cum antea eſſet in integra Pont. Greg. reſecauit.

Ibid. *n 4* ibi, *diſp. 78. n 7.* Adde Bart. *in l. naturaliter n. 24. ff. de vſucap.* Arnulph. *de cõmendis q. 9.* Guid. Papæ *deciſ. 152.* quicquid controuertat, & confundat Annib. *in d. l. naturaliter n. 298.* idem probat *cap. de quarta, verſ. niſi, c. auditis, verſ. quod ſi, hoc tit.* & iuuat ratio, nã Eccleſia dum vacat vtpote carens legitimo defenſore Iure agere prohibetur, *c. vlt. ne Sede vacante*, ac ſubinde cõtra huiuſmodi Eccleſiã Iure impeditam dormit ipſo iure præſcriptio quantuncumque adſint omnia illa ad illam neceſſaria iuxta reg. *l. 1. §. vlt. C. de annali excep.* Ita ſimiliter dormit dum viuit Prælatus ille, qui rem Eccleſiæ temere alienauit, vel aliquid aliud contra ſacros Canones, & in Eccleſię præiuditium fecit, quia ſcilicet dum is viuit eſt (quoad hoc) acſi Eccleſia non haberet Prælatũ cum habeat ad hoc inutilem, quẽ lex veroſimiliter nõ credit venturum contra id, quod temere facit, vt colligitur ex tex. *in c. ſi Sacerdotes 16. q. 3.* ibi, ex quo talia moriendo, quem notant gl. *verbo cauſa in c. 1. de in integ. reſt. in 6.* Roman *ſing. 267.* vbi addit. Rebuff. *in cõpend. alien. n. 37.* Balb. *de præſcrip. 1. p. 5. n. 8.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem verbo intra legitimum n. 5.*

Ibid poſt *eund. n. 4.* Intellige ſupradicta procedere vbi Eccleſia quaſi vacet, vt quia licet Prælatũ habeat, is tamẽ quoad Iuris effectus, & res Eccleſiæ, vt oportet, tuẽdas, inutilis eſt, vtpote hęreticus, ſchiſmaticus, vel detẽtus, ſeu captiuus, probat tex. in præſenti *verſ. item ſi*, iuncto *cap. pen. de ſupp negl. Præl lib. 6.* reſoluũt *gl vlt. & cõmunis in præſenti*, Bald. *de præſcript. p. 2. 6. à n. 7.* iuuat reg. *c. 2 de trãslat. Epiſc. verſ. ſicut* iũcta *glo. vlt.* per tex. ibi *in l. vlt. C ad legẽ Flau.* recepta cõmuniter ex Cou. pract. *c. 7. n. 27.* Tiraq. *ad leg. connub. p. 6. n. 12.* Sic idẽ eſt vbi Prælatus excõmunicatus exiſtit quia cũ Iure agere prohibeatur *c. intelleximus, de iudic.* & ideo tã contra Eccleſiã quàm contra ipſũ etiã in rebus proprijs præſcriptio dormit, iuxta *cap. quia diuerſitatẽ, de conceſſ. preb. gloſ. magna in c. prima actione 1. q. 3.* cõmunis vt per Abb. *n. 7.* Pariſ. *18. cum ſeq. in præſenti*, Balb. *1. p 6 n. 24.* id ipſum admittentes quantuncunque excommunicatio iuſta ſit.

Intellige ſecũdo Eccleſiã in propoſito vacare vbi caret proprio, & immediato Prælato, qui pro rebus Eccleſiæ Iure agere debuit, qualis eſt Eṗs reſpectu Cathedralis, Abbas reſpectu abbatialis Eccleſię, quantuncũque nõ deſint alij Pręlati ſuperiores, & mediati, vt ſatis probat hic tex. ibi, fuerit Epiſcopus, & ibi, acceperit Epiſcopũ, docet Inn. *in cap. olim 1. de reſtit. ſpoliat.* Abb. *nu. 2.* & alij vt per Felin. *n. 5. in præſenti.* Non obſtat quod cõtra hęreditatẽ iacentẽ nõ dormit præſcriptio, quinimo procedit non ſolum, quæ antea fuerat inchoata, verũ etiã noua, argumẽto *l. vlt. ff. de vſucap. l. ſed ſi conditione §. ſeruus alienus, ff. de hæred. inſt.* reſolũnt poſt alios *Crot. in l. ſi is, qui n. 35. ff. de vſuc.* Annibal vbi ſup. *n. 303* tradit Abb. *in d. cap. de quarta n. 8.* & ibi Felin. *n. 18.* quia reſpõdetur (vltra Abbatẽ *d. n. 8.* qui difficultati ſuccũbens verius putat contra hęreditatẽ iacentẽ non progredi, ſed dormire præſcriptionẽ arg. huius tex. cũ ſimilibus) lõge diuerſam eſſe rationẽ in Eccleſia vacãte & in hęreditate iacente, in hac enim ſi aliquis ſit hæres, qui adire poſſit, ſuccedit reg. *l. qui poteſt fac. de reg. iur. lib. 6.* vel poterit inſtitutus bonorũ poſſeſſionẽ agnoſcere, & adminiſtrare iuxta *l ſi quis 23. in prin. ff de hæred. inſt.* tradit Gomez *tom. 1 variarũ cap. 2. n. 13.* quod ſi hæres nõ appareat dabitur curator, qui adminiſtrare, & agere poſſit, iuxta reg. *l. 1. ff. de curat. bonis*, tradit Menoc. *de arbitr. caſ. 150. à princ.* Quod ſi nullus extat, qui ſuccedere poſſit, & dicta hæreditas verè vacat, defertur fiſco, cuius ꝓcurator adminiſtrat *l. 1. §. qui bona ff. de iure fiſci*, Menoc. vbi *ſup.* Vndè meritò ſtãtibus ijs, & alijs, qui de iacẽte vel vacãte hęreditate agere poſſint nõ datũ in ea impedimẽtũ Iuris agẽdi facultate priuãs prout datũ in Eccleſia, quę dũ vacat regulariter Ius impedit ne quis iterũ agat *c. vlt. & per tot. ne Sede vac.*

Intellige tertiò prædictã reg. procedere nõ tantum in rebus ad Eccleſiã, vel mẽſam Prçlati pertinẽtibus, verum etiã in ijs, quę Eccleſiæ, vel Prælato inſimul cũ Capitulo, & Clericis cõmunes ſunt, ex Abb. *n. 4.* Feli. *5. in fin.* & alijs in præſenti, Balb. *d. n. 7.* Iaſon. *in l. ſi emancipati n. 18. C. de collat.*

In gloſ. [*ſi autẽ, vlt.*] ibi (*ipſius œconomus, &c.*) Hęc fuit opinio Laurentij, vt refert gloſ. *in c. vlt. ne Sede vacante*, ſed communiter reprobatur hic, & ibi. Nec obſtant *cap. vobis, & cap. Vulterana, de elect.* quia non agunt de œconomo, ſed de legitimo adminiſtratore, Goffr. & omnes *in præſenti*, licèt autem Eccleſia vacans œconomum habeat, qui aliquando agere poſſit, non ideò minus procedit hic tex. vt probat Abb. *n. 1. in fine. & n. 2.* receptus communiter ex

Pariſ.

Pariſ.*n.*11.adhuc enim vacat Eccleſia, & œconomus eiuſdem non eſt Epiſcopus, de quo tex.agit, qui iura Eccleſiæ, vt oportet, tueatur: Sic contra pupillum, quamuis tutorem habeat dormit præſcriptio, de qua *in l. ſicut, verſ. ſed pupillari. C. de praſcript. 30.* vt patet ibi, quamuis ſub tutoris defenſione conſiſtat.

CAP. NIHIL. II. *n.*2.*in fine*, & interim D.Th. 2.2.*q.*43.*per totam.* S.Antonin.*p.*2.*tit.*7.*c.*4.*à princ.* Theol.*in* 4.*diſt.*38. vbi late Mich. de Palatio *diſput. vlt.* Albertin.*de ſecreto col.*88.*cũ ſeqq.* Adrian.*quodlib.*2.Cou. *in reg.peccatum.p.*1.*in initio à n.*3. Nau. *in man.c.*6.*n.*19.*& c.*14.*à n.*28.*& in cap.conſideret §.aduertere, à princ.de Pœnit.diſt.*5.

Collige ex tex. Prælatum ob ſedandum ſcandalum iuſte omittere repetitionem rerũ Eccleſiaſticarum, quæ ab illis, contra iuſtitiam vſurpantur, vt hic notant omnes, Cou. *vbi ſup.n.*6. quemadmodum etiam propter ſcandalum omittuntur multa aliàs licita, & excluditur quis à Iure ſuo *cap. niſi, §.pro grauis, de renunciat.cap.cum teneamur, de prabend.* docet Paul. *ad Corinth.*8. refertur *in princ.*23.*q.*1. reſoluit gloſ. *in cap.ad petitionem, de accuſat.gloſ.*1. *in cap.in primis* 2.*q.*1. communiter recepta, vt per Menoch. *remed.*1.*recup.n.*319. proſequitur plura adducens ſimilia Felin.hic *à n.*2.Sed obſtat maxime, quod Prælati Eccleſiarũ tenentur ſub reatu mortalis culpæ, quatenus in ſe eſt, repetere & recuperare res Eccleſiæ cõtra Iuſtitiã vſurpatas, *cap. in Canonibus, ante fin.* ibi, iniquum enim, 16.*q.*1.*gloſ.pen.in cap.*3. *de offic. Archid.* obſeruant Abb.*n.*4. Pariſ.6. & alij *in praſenti*. Igitur non excuſantur, etiamſi ex repetitione inſurgat ſcandalũ, quippequod vitãdum non eſt, ſed magis negligendũ in ijs, quæ ſunt de neceſſitate ſalutis, pertinent ad veritatem vitæ, & ſine peccato omitti non poſſunt, *reg.qui ſcandalizauerit, de reg.Iuris* obſeruat D.Thom.*d.loco art.*3.Accedit quod ſcandalũ acceptũ ex eo quod repetuntur res Eccleſiarũ iniuſtè retentæ non eſt puſillorum ex fragilitate, aut ignotãtia, ſed potius Phariſæorum ex malitia procedens, ac ſubinde omnino negligendum fuit iuxta illud Matth. 15.Sinite illos cæci ſunt, refertur *in cap.inter verba*, 11.*q.*3. Iuuat quod S.ille Thomas Cantuarienſis, de quo *in cap.ſicut dignum, de homicid.* ſanctiſſime egit de repetendis, & recuperandis rebus Eccleſiæ iniuſtè vſurpatis, etiam cum grauiſſimo ſcandalo Regis, & ſuorum, qui propterea & virum ſanctũ interfecerunt, & grauiſſima crimina commiſerunt. Igitur & reliqui Prælati id ipſum imitantes, neglecto ſcandalo, tenebuntur Eccleſiarum res repetere, ſi ab alijs iniuſtè detineantur, vt in ſpecie docet D.Thom. *vbi ſup. art.*8. *& in opuſc.*19.*cap.*15.*ad fin.* ſequuntur Silueſt. *verbo, ſcandalum, num.*4.& paſſim alij.

Quare D.Th.*d.art.*4.*& d.cap.*15. *ad fin.* quẽ omnes ſequuntur, tenet hunc tex.agere de Summo Pont. qui cum ſupremam, & liberam habeat rerũ Eccleſiæ adminiſtrationẽ, *arg.c.*2. *in princ.de prabend.lib.*6. *& Clem.*1.*in fine, vt lite pẽd.* vtique potuit propter ſcandalum omittere, vel differre repetitionem rerum Eccleſiæ, quæ contra iuſtitiã vſurpantur, quemadmodũ priuati ſuarum rerum dominio tenentur ob vitandum ſcandalum poſſunt aliquando omittere, vel differre repetitionẽ illarũ, quæ iniuſte ab alijs detinentur. Sed hic intellectus non ſatisfacit, refellitur enim quia quantumcũque Pont.Max. in rebus Eccleſiæ habeat ſupremã, plenariã, & principalẽ poteſtatẽ, nihilominus tamẽ illa eſt diſpenſatiua tantũ, vt prudenter, & fideliter diſpenſet huiuſmodi res ſibi commiſſas, nõ vero dominica, quaſi de proprijs diſtribuat ad inſtar priuatorũ, vt latè oſtendi *in collect.ad d.c.*2.*de prab.* Nec placet Pontificem in præſenti non ſcripſiſſe ſe nõ poſſe, ſed nihil velle cum ſcandalo, quaſi ſi voluerit, poſſit, nam cum iuxta prædicta teneatur redimere res Eccleſiæ contra iuſtitiam vſurpatas, etiam ſtante ſcandalo, non poteſt nolle, ſed tenetur velle cum illo repetere, arg.*l.*3.*ff.de reg.Iuris.*

Ex mente igitur Abb.*n.*4.& aliorum in præſenti, & S.Antonin. *vbi ſup.§.*6.*ad fin.* Caiet.*d.art.*8. *verſ.in eadem.*& Cou.*vbi ſup.verſ.*9. Palat.*d. loco pag.*902. dicendum puto tex. hunc procedere vbi Pontifex ex cõditione Patritiæ res Eccleſiæ iniuſte vſurpantis, populi, & ſubditorũ, illius qualitate, & valore rerũ vſurpatarũ, tempore, loco, & omnibus alijs circũſtantijs ſecundũ prudentiã penſatis, intellexit expedire potius & vtilius Eccleſiæ eſſe ſcandalo eminenti deferre, & aliquandiu pati, & tacere dum meliora tẽpora ſperãtur, quàm ſtatim de repetitione agere cũ graui ſcãdalo, ex quo maiora mala veroſimiliter timebat, quàm eſſet bonũ ex repetitione prætenſum, præſertim quia cum Patritia, de qua hic, eſſet Princeps, neminẽ in tẽporalibus recognoſcens ex *gloſ.magna*, & DD. communiter hic, Pontifex illam reſtituere nolentẽ cogere non poterat, niſi (vt ſolent ſupremi Principes) armis, & bello indicto, quo medio ſummè periculoſo ſcandalis pleno expediebat pro tunc non vti magis, quàm cum illo res iniquè vſurpatas recuperare, arg. *cap. ſuſcepimus, verſ. verum, de homicid.* Ex quibus iam colliges obiectiones ſupra relatæ nobiſcum non pugnare, quibus tamen ſigillatim non reſpondeo, ne præter intentum longior fiam.

In tex.ibi (*nihil cum forali ſtrepitu*) An liceat, vel expediat viris perfectis in iudicio contendere pro rebus tẽporalibus, vide gloſ.& Sãctos Patres ſuper illud 1.*ad Corinth.*6.Iam quidem omninò delictum eſt in vobis, quod iudicia habetis inter vos, & *Matth.*5. circa verba illa, ei qui, vult tecũ in iudicio contendere, & tunicã tollere, dimitte ei & pallium, refertur *in princ.* 14.*q.*1. vbi tex.opt. *in cap.*1. explicãt Abb.*n.*4.&DD. *in praſenti*, D.Tho.2.2.*q.*43. *art.vlt.ad* 4. & latè ad vtraque partem *opuſc.*19.*c.*15. vbi affirmatiuam, quæ communis eſt, probat, reſpondens prædictis auctoritatibus, & alijs, quæ in oppoſitũ adducuntur. Nec aduerſatur is tex.nã vltra intellectũ Innoc. hic, & aliorũ, ſecundum quos Pontifex loquitur ex ſuperabundanti iuſtitia, quia potuit & quidẽ iuſte cum forali ſtrepitu cõtra Patritiã agere de repetitione rerũ Eccleſiæ, reſponderi poteſt ex mente Abb.*n.*4 & aliorũ, Cou.*in reg.peccatũ.p.*1.*in initio, n.*6.*verſ.*9.textũ procedere vbi Pontifex intellexit res Eccleſiæ, de quibus hic, futuris temporibus ſine lite, vel ſtrepitu iudiciorum poſſe recuperari, nam in hoc caſu iuſte facit qui tempus redimit, & in futurum differt, nec ſtatim in iudicio cum contentione recuperat.

CAP. SANCTORVM. III. *n.*2. *in fine* antequam eſſet inuenta quadragenaria præſcriptio contra Eccleſias. Non obſtat quia in ſuperſcriptione tex. iſte tribuitur Gregorio, cuius tempore

conſtat cognitam, & probatam fuiſſe quadragenariam præſcriptionem contra Eccleſiam *c. voluмus, 16.q.4.c.quia indicante, inf. hoc tit.* quia reſp. probabilius videri tex. hunc. non eſſe Gregorij, ſed Gelaſii, quia verba, quæ habentur *tom.2.Concil.inter decreta Alex. III. ſub hoc tit. cap. 7. pag. 912.* (vbi is tex. refertur abſque nomine Pontificis) aperte dicunt hanc conſtitutionem in Concilio editam fuiſſe, & per illam confirmati leges humanas, quæ contra Eccleſias tricennalem præſcriptionem ſtatuerunt, id quod nullatenus poteſt accomodari Gregorio, tum quia in Concilijs ſub illo celebratis, quæ habentur *lib. 4. epiſtol. c. 88.* & iterum *lib. 12. in fine*, non refertur hæc conſtitutio, immo nec verbum vllum ea de re habetur, quia tempore Gregorij conſtat leges humanas, quales erant leges Iuſtiniani Imperat. non tricennalem, ſed quadragenariam præſcriptionem agnouiſſe, & tamen tempore Gelaſij non tantùm Sacri Canones ex Conc. Calcedonen. ſed etiam leges humanæ, quæ hodie non habẽtur in Codice Iuſtiniani, tricẽnalem præſcriptionem admittebant contra Eccleſiam *c. Præſulum*, *verſ. illud 16. q.3. d. c.1. 13. q. 2.* Nec mirum videri debet ſuperſcriptionem huius cap. vitiatam eſſe, ſiquidem & tex. *in cap. vigilanti, inf. hoc tit.* in vulgatis codicibus tribuitur Alexandro cum ſit Clementis Martyris, vt habetur *in d. pag. 912. c.5.* & inſuper *cap. quia indicante inf. hoc tit.* cum ſit Gregorij adſcribitur Alexandro. Nec etiam obſtat quod ſi Decretalis hæc correcta eſt iuxta prædictum intellectum, omnino ſuperfluit, nec debuit à Greg. IX. redigi in hoc volumine, immo reſecari iuxta proœmium huius libri, ibi, reſecatis ſuperfluis, quia R. fatendo hunc tex. reſpectu triginta annorum hodie eſſe correctum, nihilominus tamen adhuc vim habere, & non ſuperfluere, quatenus in principio probat neceſſariã eſſe poſſeſſionem quietam, & ſyncetam, hoc eſt bona fide, & continuam abſque interruptione, & rurſus dum probat præſcriptionem longiſſimi temporis, qualis eſt triginta, ſeu quadraginta annorum, interrumpi per clamationem ſynodalem, ſicut per citationem iuxta *l. ſicut C. de præſcript. 30.* aduertunt Imol. Pariſ. *n.4.* & DD. communiter hic, & ad hunc effectum retulit Greg. IX. hanc Decretalem.

CAP. DE QVARTA. IV. *n. 2. in fine* Non obſtat quod plerique Canones *10. q. 1. & 10. q.3.* videntur concedere Epiſcopis tertiam partem ſiquidem procedunt attento Iure antiquo ſecundũ quod tertia decimarum dabatur Epiſcopis cum onere fabricæ, & reparationis Eccleſiarum, quam quia multi negligebant quarta abſque illo onere videtur inſtituta, quæ præſcriptione, vel conſuetudine immutari, minui, & augeri poteſt ſecundum omnes hic, *& in cap. conquerente, de officio Ordin.* & ita hodie in pleriſque locis habent Epiſcopi tertias decimarum cum onere fabricæ, in alijs vero eadem tetia pars ſoluitur Eccleſiæ Cathedrali, vel alicui dignitati, id quod conſtitutum videtur per compoſitionem in bonorum, & reddituum ſeparatione, vel per conſuetudinem.

Ibid. *n. 3. in fine*, In qua ſicut præſcriptio valet per hunc tex. ita & conſuetudo attenditur *cap. conſtitutae, vbi gloſ. verbo tertia, de relig. domib.* Eſt & alia quarta epiſcopalis, ſcilicet quarta relictorum debita Epiſcopo ex illis omnibus, quæ Eccleſijs cauſa pietatis relinquuntur, exceptis nonnullis Iure expreſſis, *cap. officij*, vbi Con. *cap. requiſiſti, & cap. vlt. de teſtam.* tradunt Lap. *de canon. portione à princ.* Petr. *de Vbaldis eod. tract. cap. 1. cum ſeqq.* Bertachin. *de Epiſcopo lib.4.p.4.à n.52.* Hæc autem quarta ſicut præſcriptione, ita & conſuetudine tollitur, & immutatur, *d. cap. requiſiſti*.

Ibid. *n. 4. in fine*, Ioan. Andr. *in c. 1. de iurepatron. lib. 6.* communis vt per Abb. *nu. 19.* Pariſ. *17. in præſenti* per tex. in *l. ſi communem ff. quemadmodum ſeruit. & gloſ. vlt.* receptam *in d. cap. 1.* Et etiam in præſcribendo fundo in dotem Eccleſiæ iuxta *cap. ſicut*, vbi gloſ. *de conſecrat. Eccleſ.* id quod ſatis probat *cap. ad aures inf. hoc tit.* ibi, omnem prorſus, vbi in ſpecie notat Felin. & Pariſ. *in princ.* poſt Nouellum Balb. *de præſcript. 1. p.5. n. 11.* Pariſ. *conſ. 27. nu. 58. lib. 1.* Id ipſum tandem procedit in Eccleſia, quę ſucceſſit priuato, cuius res immobilis præſcribi cœperat, ſiquidẽ reſpectu temporis reſidui, quod deficit ad præſcriptionem complendam potitur Eccleſia pro rata ſuo priuilegio 40. annorum ex Bart. Bald. Iaſ. *n.36.* & cõmuni in *auth. quas actiones C. de ſacroſ. Eccleſ.* Abb. *conſ. 114. n. 2. li. 2. &* in præſenti *n. 20.* vbi etiã Pariſ. *n. 18.* Balb. *vbi ſup. n. 33.* per tex. quẽ prædicti expendunt, *in auth. quod ſi C. de longi temp. præſcript. & reg. l. fiſcus 6. ff. de iure fiſci*, contra *gloſ. magnam in fine, in d. auth quas actiones*, communiter reprobatam ex Iaſ. licet ſequatur Menoch. *de ſucceſ. creat. §. 10. num. 41. ad med.*

CAP. AD AVRES. VI. poſt *nu. 2.* In tex. ibi, [*in alterius parochia*] Id eſt in tertia extanea, & diuerſa à litigantibus, iuxta quem ſenſum admittitur hic præſcriptio abſque titulo, quia Ius cõmune contrarium Eccleſiæ præſcribenti decimas in aliena parochia non erat pro Eccleſia aduerſaria, cum qua lis agebatur, in cuius parochia decimæ nõ exiſtebant, & ita expẽditur is tex. pro opinione *gloſ. magnæ verſ. interdum Ius commune vetat. in c. 1. hoc tit. lib. 1.* Sed retinenda eſt oppoſita ſententia, quam tenent Abb. *in c. ſi diligenti n. 35.* vbi Henric. *nu. 10. ad fin.* Felin. *n. 2. verſ. amplia ſecundo, hoc tit.* Franc. *in d. c. 1. n. 7.* dicit cõmunem Con. *li. 1. vari. c. 17. n. 6.* Non obſtat *tex. in præſenti*, nam reiecta opinione illotũ, qui putãt hũc tex. procedere Iure antiquo ante *d. c. 1.* vt intendunt *gloſ. 2. in præſenti, gloſ. vlt. in fine, & d. c. ſi diligenti, & c. dudum, de decim.* longe verius eſt (quicquid contra ſententiat *gloſ. 1. in fine in reg. poſſeſſor.*) in ſpecie huius tex. Pontificẽ, licet nullũ verbũ de titulo adiecerit, ſicut neque de bona fide, quia non de his, ſed de ſolo tempore dubitabatur, nihilominus ſuppoſuiſſe tam titulum, quàm bonam fidem ſecundum Iuris regulas neceſſariam, & ita cum dicit quadragenariã præſcriptionẽ, &c. intellexit legitimam & ſecundum Ius, in qua nihil deficit de neceſſarijs, cuiuſmodi ſunt bona fides indiſtinctè *cap. vlt. inf. hoc tit.* & titulum iuxta *cap. ſi diligenti, & d. cap. 1.* vbi Ius commune contrarium eſt præſcribenti, prout erat hic, atque ita intellexit Hoſtien. quem ſequitur Bellem. hic,

refcrens

referens ita placere Ioan. And. & Lignano, probat Rebuff. *de decimis q. 13. nu. 81.* Pro quibus facit quia longe verius eſt tex. hunc agere de decimis, quæ non in tertia, ſed in alterius ex duabus litigantIbus parochia conſiſtebant, vt ſignificant verba tex. qui non dicit, quos vna earum in alia, ſed quos vna earum in parochia alterius, ſcilicet ex illis duabus, vt eſt de natura dictionis, alterius, quæ proprius & frequētius dicitur de duobus, ac ſubinde cum Ius commune contrarium præſcribenti eſſet pro aduerſario procul dubio neceſſarius fuit titulus etiam iuxta opinionem dictæ gloſſæ magnæ. Nec itidem aduerſatur *cap. ad decimas, verſ. quia, & verſ. vlt. de reſtit. ſpoliat. lib. 6.* vbi non tantum expenditur Ius commune eſſe contrarium Canonicis ſpoliatis reſtitutionē petentibus, verum etiam facere pro ſpoliante in cuius parochia decimæ conſiſtebant, & ita duo illa copulatiue requiruntur, vt intellexit gloſ. magna *in d. c. 1. gloſ. 3. in d. cap. ad decimas*, & eſt communis intellectus, vt per Cou. *var. lib. 1. cap. 17. n. 7.* poſt Nau. *in cap. accepta oppoſ. 10. n. 21. de reſcrip.* Rebuff. *d. quaſt. 13. num. 83.* Mench. *illuſt. cap. 86. n. 18. verſ. quartus decimus.* Quo retento communi intellectu ℞. in propoſito longam eſſe differentiam inter reſtitutionem de qua *in d. cap. ad decimas*, & pręſcriptionem de qua in *d. cap. 1.* nam cum illic agatur de reſtitutione ſpoliati, quæ ſecundum Iuris cōmunis regulas ante omnia facienda eſt in fauorem ſpoliati, & in odiū ſpoliatoris, *cap. 1. de reſtit. ſpoliat.* cum vulgaribus, merito vt contra huiuſmodi regulas denegetur, vel ſaltem retardetur reſtitutio, attenditur, & requiritur quòd Ius commune contrarium ſpoliato ſit pro ſpoliatore, quia cum ſic & illius fauor, & iſtius odiū maxime minuitur, reg. *d. cap. 1.* iuſtiſſime temperatur, contra vero in præſcriptione de qua *in d. cap. 1.* non agitur de fauore aduerſarij, ſed de onere, & grauamine præſcribentis, & tota ratio ob quam titulus neceſſarius eſt fundatur in eo quòd Ius commune & præſumptio ſit contra præſcribentem, vt habet *d. cap. 1.* ac ſubinde cum Ius illud, vel præſumptio non ſit pro aduerſario, titulus merito requiritur.

Ibid. poſt. *nu. 3.* Non obſtat quod Eccleſia contra quam præſcribitur non poteſt vti priuilegio quadragenariæ præſcriptionis contra Eccleſiam præſcribentē ęque priuilegiatā, immo conquaſſato hinc inde priuilegio ſtandum videtur Iuri communi, de quo *in l. 1. ff. de vſucap. tranſf* iuxta reg. *l. aſſiduis, verſ. duabus C. qui pot. in pign. l. ſed & milites ff. de excuſ. tutor.* cum alijs, de quibus per Tiraq. *de pia cauſa priuil. 26. verſ. ſed quod primo*, ℞. enim ſecundum communem reg. *d. verſ. duabus*, procedere tantum vbi vterque priuilegiatus in ſpecie concurrit in actu & exercitio ſui priuilegij, in propoſito autem non datur huiuſmodi concurſus, ſed ſola Eccleſia contra quā præſcribitur priuilegiata eſt, & in ſpecie agit de vſu & exercitio ſui priuilegij circa quadragenariam præſcriptionem, Eccleſia vero præſcribens licet aliàs in genere priuilegiata exiſtat, vt nonniſi quadragenariam præſcriptionem patiatur, nihilominus tamen dummodo contra aliam præſcribat, nō exercet ſuum priuilegium, nec vllum Iure conceſſum eſt Eccleſiæ præſcribenti, ſed ei ſoli contra quam præſcribitur, ac ſubinde merito hæc contra illam priuilegio vti poteſt, quia proprie loquendo cum non concurrant priuilegia in ſpecie, non concurrunt duo priuilegiati, ſed ille ſolus priuilegiatus dicitur, qui priuilegium ad actum reducit, iuxta *l. vlt. ff. ex quibus cauſis maior. l. verum 12. §. vlt. ff. de minorib. cap. auditis, de in integ. reſtit.* Bart. *n. 3.* & omnes *in d. auth. quas actiones*, Abb. *n. 3.* & alij *in præſenti*, cōmunis vt per Felin. *n. 29. Pariſ. nu. 114. in cap. in præſentia, de probat.* Tiraq. *vbi ſup. verſ. contrarium.* Quamuis contradicant Dec. *in d. cap. in præſentia à n. 51. & in auth. qui rem nu. 21. ad med. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Gom. *in §. rurſus num. 27. Inſtit. de actionib* per tex. quē expendunt, *in auth. de ſanctiſſ. Epiſcop. §. ſed hoc præſenti ad fin.* retenta communi multipliciter reſpondent Pariſ. *n. 114.* & ibi Beroi. *n. 456.* Cou. *d. n. 4.* Coſta *in cap. ſi pater. p. 1. verbo, ſi abſque n. 2.*

Ibid. *n. 4.* ibi, *nu. 4.* & ita probat hic tex. actiones per longi temporis præſcriptionē extingui ipſo iure, vt voluerunt multi, quos referunt Fulgoſ. Bald. & Angel. *n. 5.* & ſequitur Bart. *in l. omnes, C. de præſcript. 30* idem Bart. *in l. vlt. §. vlt. ff. rem ratam haberi*, & ſatis intendunt plures relati à Padil. *in l. cum quis n. 19. C. de Iuris & facti ignor.* reſoluētes obligationem, vel actionem ciuilem prorſus tolli per præſcriptionem, idem intendit tex. *in l. ſicut, C. de præſcript. 30.* ibi, vlterius viuendi non habeat facultatem, *l. 1. §. 1.* ibi, neque vlterius vitam longiorem *C. de annali except. d. l. omnes*

CAP. CAVSAM QVÆ. VII. poſt *num. 6.* In tex. ibi [*detinere non poſſint*] Vulgò notatur ad hoc quod qui non poteſt rem aliquam poſſidere, nequit eamdem præſcribere, & ſine poſſeſſione non datur præſcriptio, vt *in l. ſine poſſeſſione ff. de vſucapion. reg. ſine poſſeſſione, de reg. Iuris lib. 6.* & ratio eſt, quia poſſeſſio eſt de ſubſtantia cuiuſcūque præſcriptionis, quippequæ ſine illa nec ſuſtineri, nec conſiderari, nec difiniri, aut denominari poſſit præſcriptio, vt patet ex *l. 3. ff. de vſucap.* & obſeruant Alciat. *in l. quinque n. 62. C. finium regund. & in rub. hoc tit. n. 19.* Ferret. *d. l. 3. num. 18.* ſic merito ſine poſſeſſione præſcriptionē contingere non poſſe dicit Iureconſ. *in d. l. ſine poſſeſſione*, vt ita ſignificaret nec incipere, nec progredi, nec perfici poſſe, iſthæc enim omnia includuntur ſub verbo, detinere, adiecta negatione, idem intendit Pontifex *in d. reg. & in cap. 3. in fine, de probat.*

In tex. ibi [*Quia cum laici, &c.*] Argum. huius tex. putat Archid. *in cap. hortamur 71. diſt.* laicos non poſſe præſcribere iuſpatronatus, quia cum annexum ſit ſpiritualibus antecedenter, dum ex auctoritate Eccleſiæ erigitur in ordine ad conſtituendos miniſtros ſpiritualis officij *cap. quanto, de iudic. cap. de iure, de iurepatron.* reſoluit D. Thom. *2. 2. q. 100. art. 4.* vtique ſicut propter illam annexionem non venditur ſine crimine ſimoniæ *d. cap. de iure*, nec à laico Iudice diſcutitur *d. cap. quanto*, ſic nec à laico poſſideri, aut præſcribi poteſt, quemadmodum in decimis probat is tex. & in Iure eligendi, quod ad ſimilitudinem Iurispatronatus ſpiritualibus annexum eſt, probat *cap. Meſſana, & cap. ſacroſancta de elect.* ſequuntur eamdem ſententiam Abb. hic *nu. 4. & in cap. querelam num. 7. de electione*, & alij vt per Felin. *in præſenti num. 7.* & per Roch. *de iurepatr.*

Digitized by Google

iurepatr. verbo ipſe, vel is, à num. 81. & per Balb. *de præſcript. 1. par. 5. n. 71. in princ.*

Contrariam nihilominus ſententiam, immo Iuſpatronatus ſicut à laicis poſſidetur *cap. conſultationibus, de iurepatronat.* ita ab eiſdem præſcribi poſſe late defendit Ioann. Andr. *in d. reg. quæ alicui gratioſè, de regul. Iuris lib. 6.* vbi expendit *d. c. querelam, & cap. generali 13. de elect. in Sexto* ibi, fundatione, vel antiqua conſuetudine, & reſtatur Nicolaum Quartum Pont. Max. ita iudicaſſe, ſequuntur DD. communiter, & praxis obſeruat, vt per Abb. *in d. cap. querelam*, & alios relatos à Felin. Rocho, & Balb. dictis locis, Cou. *in reg. poſſeſſor par. 2. §. 10. à num.* 2. Roland. *conſ. 47. num. 32. lib. 1.* quæ quidem ſententia ſatis defenditur, & magis recepta eſt, quia cum laici mero Iure poſſidere valeant Iuſpatronatus, nec vlla lege prohibeantur præſcribere, vtique ſi reliqua concurrant vere præſcribent. Nec aduerſatur fundamentum Archid. & ſequacium, non enim ſequitur iuſpatronatus vti annexum ſpiritualibus abſque ſimonia non venditur, & cauſa iuriſpatronatus non ſæculari, ſed Eccleſiaſtico tantum iudicio definitur, ergo laici ſunt incapaces poſſidendi Iuſpatronatus; etenim Matrimonium, & reliqua Eccleſiæ Sacramenta ſunt ſpiritualia, quæ abſque ſimonia vendi non poſſunt, & iudicio tantum Eccleſiaſtico definiuntur, & tamen laici capaces ſunt poſſidendi, licet iudicare nequeant, quia iudicare eſt de ijs, quæ reſeruantur poteſtati, & perſonis Eccleſiaſticis reſeruantur *in d. cap.* 2. *d. cap. quanto*, cum vulgaribus. Sic ſane nihil concludit ſimilitudo iuris decimandi, & iuris eligendi, quia ius decimandi officio ſpirituali adminiſtrandi Sacramenta, eligendi vero perſonis Eccleſiaſticis in Collegio degentibus reſeruatur *d. c. Meſſana.*

In tex. ibi, [*nobilem virum*] Licet in propoſito is nobilis reus, & laicus conueniatur apud Iudicem Eccleſiaſticum, non inde ſequitur agi de Iure decimandi ſpirituali, vt communis hic exiſtimat: tum quia cauſa decimarum (etiam extra ius decimandi) in pleriſque articulis contra laicos pertinet ad Iudicem Eccleſiaſticum iuxta *gloſ. in ſum. 11. q. 3. gloſ. 3. in cap. ex tenore, de foro competen.* DD. per tex. ibi, *in cap. peruenit*, & paſſim in tit. *de decimis, & in Clem.* 2. *de iudic.* Rebuff. *de decim. q. 10.* Cou. *pract. cap. 35. num. 2.* tum etiam quia vt patet ex ſuperſcriptione huius tex. cauſa hæc contra laicum agitabatur in ciuitate Parmenſi, quæ tunc temporis ſubiecta in temporalibus erat, & de patrimonio Eccleſiæ, & ex ijs, quæ tradunt DD. vbi Felin. *in cap. ſi diligenti, in princ. hoc tit.* ac ſubinde etiam contra laicum competens eſſet Pontifex Max. vt cauſam mere temporalem per ſe, vel per alium decidere poſſit.

CAP. ILLVD. VIII. poſt *num.* 2. In tex. ibi [*quidã Canones*] Verba hæc ex omnium ſententia referuntur ad Canones de quibus *in c. 1. &* 2. *& cap. ſicut, cum ſeq. & cap. ſi Sacerdotes 16. q. 3. cap. 1. 13. q.* 2. & ita probat hic tex. Canones illos, qui olim contra Eccleſias tricennalem præſcriptionem admittebant, iam hodie non procedere, ſed abrogari Iure nouiori, quo ſola quadragenaria præſcriptio admittitur, id quod paſſim recipiunt omnes tam in dictis Canon. quàm hic, *& in c. 3.* vbi Pariſ. *n.* 2. *& in c. de quarta*, vbi Pariſ. *num. 3. hoc tit gloſ.* & communis *in cap. 1. 16. q. 4.* Con. *in reg. poſſeſſor p. 2. §. 2. nu. 1. & 2.* vbi reponit veram litteram, & intelligentiam *d. cap. ſicut, cum ſeqq.* qui in vulgatis Codicibus corrupte leguntur.

Verùm hæc communis explicatio, quamuis bene conueniat *c. 1. & 2. c. placuit 16. q. 3. & c. 1. 13. q. 2.* quæ olim antiquiſſimis temporibus emanarunt à Conc. Calcedonen. celebrato prope annum Dñi 460. & à Gelaſio I. qui vixit propè annum 500. vt conſtat ex hiſtorijs, & colligitur *ex c. poſt quingentos 16. q. 3* nihilominus tamen nõ conuenit textui *in d. c. ſicut, & in cap. ſeqq. editis in Cõc. Toletan.* nec etiam *d. c. ſi Sacerdotes, in Toletano* IX. Conſtat enim ex chronicis, & hiſtorijs Conc. Toletanum IV. fuiſſe celebratũ ſub Honorio I. circa annum Domini 630. & Toletanum IX. ſub Martino I. circa annum 650. quo tempore iam erat cognita, & ſola contra Eccleſiam recepta prçſcriptio 40. annorum, quã in *dicta authen. hac conſtitutio*, & in *authen. de Eccleſiaſticis tit. §. pro temporalib.* nouè induxerat Iuſtin. qui imperauit prope annũ 530. Et eandem præceperat S. Gregor. I. qui præfuit Eccleſiæ circa annum 590. *in c. volumus 16. q. 4.* quod deſumitur ex cod. S. Greg. *lib. 1. epiſt. 9. & in c. quia indicante hoc tit.* quod falsò tribuitur Alex. III. cum verè ſit Gregorij I. vt refertur *to. 2. Conciliorum pag. 912. c. 6.* & conſtat ex cod. D. Greg. *lib. 6. epiſt.* 36. vbi verba illius *cap.* originaliter referuntur.

Retenta tamen communi explicatione difficultas reſolui poteſt fatẽdo huiuſmodi præſcriptionem quadragenariam in rebus Eccleſiarum multò ante prædicta Concilia Toletana inuentam à Iuſtiniano in dictis auth. ſed quia huiuſmodi conſtitutiones ſolam quadragenariam admittentes, non reperiebantur receptę Iure Canonico, immo repugnabant Cõcilii Calcedonenſis antiquiſſimi, & notiſſimi, & inſuper pleriſq. Gelaſij I. decretis, quibus tricennalis præſcriptio contra Eccleſiam indiſtinctè admittebatur, meritò Patres in vtroque Toletano congregati illis decretis adhærentes tricennalem præſcriptionem contrà Eccleſiam præceperunt, quadragenariam verò à Iuſtin. inuentam, ſed Canonibus contrariam reiecerunt. Nec ad rem facit quod iam tempore illorum Conciliorum S. Greg. quadragenariam admiſerat, vt patet ex præcitatis capitulis, ſiquidem cum epiſtola, ex quibus illa capita deſumuntur, ad certa quædam loca, & illorum Epiſcopos directæ fuerint, & in volumen Iuris redactæ non eſſent, vel probabiliter ignorabantur, vel dubium erat an per illa Gregorius abſolutè, & generaliter voluerit recedere à ſanctiſſimis decretis Concilij Calcedonenſis, & Gelaſij, quem intellectum ſatis iuuant verba huius tex. ibi, volumus te ſcire, &c. quaſi antea id ſatis ſcitum, & cognitum non eſſet, nec indiſtincte teneretur, & nulla inter Canones antiquos eſſet certa, & expreſſa lex Canonica, quæ abrogatis Calcedonenſis Concilij, & Gelaſij decretis ſolum quadragenariam præſcriptionem admitteret. Iis conſequens eſt quòd licet Iuſtinian. olim in aliquibus caſibus contra Eccleſias centum annorũ præſcriptionẽ conceſſerit *in l. vlt. C de Sacroſ. Eccl.*

quam

quam poſtea generaliter & indiſtinctè in omnibus ſeruare voluit, in *auth. vt Eccleſia Romana*, & tandem vtramque conſtitutionem reuocauit in *auth. hac conſtitutio innouat*, nihilominus tamen quamuis ille non reuocaſſet, neutra in rebus Eccleſię erat obſeruanda, quia vtraque aduerſabatur ſacris Canonibus tam antiquis Conc. Calcedonen. & Gelaſij, qui triennalem, quàm alijs, qui poſtea Iure nouiori quadragenariam præſcriptionem contra Eccleſiam indiſtinctè receperunt.

In eod. tex. ibi (*quam quadraginta annorum Romana Eccleſia non admittit.*) Limita primo hanc regulam procedere tantum in rebus, quæ principaliter, non in his, quæ ſecundariò pertinent ad Eccleſiam, vt addidi *ad gloſ. verbo principaliter in cap. ad audientiam, inf. hoc tit.*

Secundo limita tantummodo locum habere in ijs, quæ ſunt Eccleſiæ quoad verum & proprium dominium, pro quibus competit rei vendicatio, ſecus vero ſi ſint illius, ratione quaſi dominij, pro quibus publiciana cōcedirur, ſufficit enim in ijs tempus ordinarium ex Bald. *in l. ſiue autem §. ſi duobus ff. de publiciana*. Angel. Imol. & alijs *in l. vſucapionem ff. de vſucap.* probat communis ex Iaſ. *in l. vlt. n. 13. & in auth. quas n. 2. C de ſacroſ. Eccleſ.* Balb. poſt Corn. & alios *de præſcript. 1. p. 5. n. 14.*

Tertio limita obtineri tantum in rebus immobilibus, & in ijs, quæ Iuris cenſura tales intelliguntur, in quibus contra priuatos requiritur præſcriptio decem, vel plurium annorum, ſiquidem in his etiam requiritur quadragenaria contra Eccleſiam, & de ijs tantummodo agunt tex. in præſenti, *cap. ad aures, & cap. de quarta, hoc tit.* cum alijs. His conſequens eſt quadragenariam præſcriptionem non requiri in rebus Eccleſiæ mobilibus, quamuis aliqui contrarium teneant, quorum ſententiam falsò dicit communem poſt Lignanum Bellem. *hic n. 2.* vel fortaſſe erat communis ſuo tempore, ſed non hodie. Conſequens itidem eſt actiones temporales, quæ à lege ad certum breue tempus tantūmodo ſunt inſtitutæ, & cōtra priuatos ante decenniū finiūtur, vt eſt actio redhibitoria, quanto minoris, prætoria, cum ſimilibus, de quibus *in tit. de ædilit. edicto, & l. 2. C. de ædilit. action. & in princip. Inſtit. de perpet. & temporalib.* contra Eccleſiam eodem breui tempore finiri, nec requiri annos 40. vt intendit rex. in *d. auth. hac conſtitutio, ante fin.* ibi, nihil penitus, *gloſ. verbo durantibus in d. auth. quas actiones*, vbi poſt alios Iaſ. *n.* 4. obſeruant Abb. *n.* 9. vbi. Butg. *n. 57. in cap. cum cauſam, de empt.* dicentes id maxime notandum ad limitationem totius ferè huius tit. Felin. *in cap. de quarta in fine*, Corſet. *in ſing. præſcriptio 2.* Balb. *de præſcript. 1. p. 5. à n. 12.*

In rex. ibi [*interruptionem*] Aduerte in præſcriptione immemoriali nō dari interruptionem, prout ſubtiliter reſoluunt Oldrad. *conſ. 224.* Corn. & alij, quos refert, & ſequitur Molin. *de primog. lib. 2. c. 6. n. 47* Ioan. Garc. *de expenſis c. 10. n. 35.* expendens legem Hiſpaniæ, quæ ſatis id intendit. Valde autem controuerſum eſt an ſuperueniens tituli defectus interrumpat præſcriptionem cū illo antea inchoatam? de quo agunt Bart. *in l. naturaliter n. 6. ff. de vſucap.* vbi Paul. Roman. Claud. & alij, Annib. *à n.* 48. Ferrer. in *l. 3. à n. 45. ff. de vſucap.* Abb. *n.* 10. Pariſ. 15. cum alijs *in præſenti*, Saliect. *in l. cum notiſſimi n. 18. C. de præſcript. 30.* poſt alios Balb. *de præſcript. 3. p. 6. n. 22.*

CAP. QVIA INDICANTE. IX. *n. 1. in fine*. Tex. hic non eſt Alex. III. cuius ſunt capita præcedentia, ſed Gregorij I. ad Syracuſanum Epiſcopum, vt conſtat ex originali *tom. 2. Concil. pag. 912. inter acta eiuſdem Alex. tit. de præſcript. cap. 6.*

Ibid. *n. 2. in fine*, Quod vero tex. hic agat de finibus prædiorum ſuadetur tùm ex verbo agrimenſorem, quod proprie ad prædia refertur iuxta *tit. ff. ſi menſor falſ.* tum etiam quia tex. agit de Abbatibus nec proponit eoſdem habuiſſe diœceſim, aut parochiam de cuius finibus quæſtio mota videatur; & tandem quia in originali ſupra relato ſtatim in initio proponit tex. contentionem hanc fuiſſe ſuper rebus temporalibus. Igitur non de finibus prouinciæ, diœceſis, ſeu parochiæ, ſed prædiorum ad Eccleſias ſpectantium agebatur. Non obſtat quòd in finibus prouinciarum, ſeu parochiarum non admittitur præſcriptio *cap. ſuper eo, penult. de parochijs* ac proinde nec in finibus prædiorum admittenda videbatur, refellitur enim ex additis ad *d. c. ſuper eo.*

CAP. EX TRANSMISSA. X. poſt *n. 3.* In tex. ibi (*non currente*) Igitur interim dormit ipſo iure præſcriptio, idem probat *cap prima actione, 16. quæſt. 3. cum cap. ſequenti*, & id ipſum de tempore ſchiſmatis probat *cap. cum nobis, hoc tit.* Gratian. *in cap. ſi Sacerdotes, verſic item. 16 quæſt. 3.* tradunt multis explicantes Abb. & communis hic, Bartol. *n. 23. & 26. in l. naturaliter ff. de vſucap.* Balb. *de præſcript. 2. part 6. à num. 3.* Pariſ. *conſ. 104. à n. 143. lib. 1.* poſt alios Rebuff. *de pacificis poſſeſſor. à n. 301.* Ripa. *de peſte 2. part. principali à n. 121.* Roland. *conſ. 79. n. 30. & conſ. 81. n. 16. cum ſequentibus lib. 1.* idem reſoluentes circa tempus peſtis, quaſi tunc ſit bellum inter Deum & homines, exilij, captiuitatis, & ſimilium, tradit *deciſ. Pedamon. 177. n. 5.* vbi idem concludit in tempore, quo per treugā, & inducias bellum hine inde remittitur. Sed obſtat maximè quòd impedimentum proueniens ex bello, ſchiſmate, & prædictis ſimilibus non eſt impedimētum Iuris, ſed facti, quia non lex, ſed factum impedit tunc in iudicio agere, & lites exercere, ac ſubinde præſcriptionem Iure currere debet, quamuis contra illam ex iuſta cauſa detur reſtitutio, iuxta *l. & Attilicinius ff. de ſeruitutibus ruſticorum, cum ſimilibus* & ità in ſpecie obſeruat Annib. *in d. l. naturaliter. num. 294. & 303.* intelligens tex. *in præſenti & in d. cap. cum nobis* procedere impetrata prius reſtitutione contra præſcriptionis curſum. Verum huic intellectui refragantur verba huius tex. ibi, non currente, *& d. cap. cum nobis*, ibi, curſum pręſcriptionis impediunt, in quibus aperte dicitur pręſcriptionem in his terminis ipſo iure, & ita ſeclusò omni reſtitutionis beneficio non currere. Nec item ſatisfacit reſolutio communis Barr. *vbi ſupra*, & omnium ibi, & in locis præcitatis, ſecundum quos hic tex. & ſimiles procedunt vbi tēpore belli, vel ſchiſmatis graſſantis non redditur ius partibus, & ceſſant omnino iudicia, ita quod iuris potius

potius, quàm facti impedimentum ſubſiſtat. Nec etiam placet aliorum intellectus, quos refert *Pinel. in auth. niſi. n. 47.* qui putant diſtinctionem & differentiam illam impedimenti Iuris & facti tantum procedere attento Iure Ciuili, non autem attento iſto Pontificio, quo inſpecto præſcriptio non procedit ipſo iure, ſed dormit interim dum vel etiam impedimentum facti perdurat & ità intelligunt text. *in præſenti*, & *d. cap. cum à nobis*. Nec denique difficultates abſoluit quod alijs videtur & ſatis intendunt Abb. hic. *n. 13. ad finem*, Felin. *n. 8.* & Boer. *deciſ. 40. n. 3.* Pinel. *vbi ſupra n. 43. ampliat. 2. & n. 47. col. 2.* ſcilicet in ſpecie huius tex. *& d. cap. cum nobis*, impedimentum facti æquiparari impedimento iuris, & illud ſicut hoc ſtante præſcriptione dormire, quia Iure cautum reperitur vt in ijs caſibus ſpeciatim Iure expreſſis limitetur prædicta differentia communis collecta ex *d. l. & Attilicinius*, cum alijs.

Vnde probabiliter dici poteſt communem illam traditionem, quæ docet præſcriptionem ipſo iure currere contra eos, qui non Iure, ſed facto aliquo impediuntur, locum non habere vbi huiuſmodi facti impedimentum commune, ſeù generale eſt, & vti tale notorium omnibus, tunc enim perinde ac ſi eſſet impedimētum Iuris præſcriptio impeditur ipſo iure, nec eſt neceſſaria reſtitutio, & in his terminis procedere *tex. in præſenti*, & *d. cap. cũ à nobis* cum ſimilibus. Licet namque differant impedimentum iuris, & facti, vbi hoc particulare eſt contra aliquem, & à probatione pendet, nihilominus tamen vbi generale, ſeu commune, & inſimul notorium quoad omne proponitur, perinde ac Iuris impedimentum indicabitur, & lex ipſa per ſe occurens, abſque aliqua reſtitutione præſcriptionem impedier, & iuxta hunc ſenſũ intelligi poteſt opinio Abb. *d. n. 13.* & aliorum, quos ſupra proxime citaui, vt ſcilicet impedimentum facti & iuris æquiparentur in ſpecie huius tex. *& d. cap. tua nobis*, quia in ijs Iuribus facti impedimentum ex bello & ſchiſmate prouenienſ generale eſt, & notorium omnibus. Vnde ſi pares termini proponantur idem dicendum eſt in quouis alio ſimili, putà peſtis, in reliquis autem impedimentis facti, quæ neque generalia, neque notoria ſunt, procedit communis differentia, quæ notabis ad ea, quæ prædicti Doctores reſoluunt circa præſcriptionem contra eos, qui in captiuitate, exilio, vel carcere detenti ſunt.

CAP. ACCEDENTES. XI. poſt *n. 2.* & ita colligitur ex hoc tex. aduerſus procurationē, quæ Legatis Apoſtolicis Iure debetur, non admitti præſcriptionem, ſimilis tex. *in cap. cum inſtantia de cenſibus*, & vtrobique notant Doctores, *gloſ. verbo exemptione in Clement. 1. illo tit.* & paſſim alibi. Ratio eſt quia in legationibus Sedis Apoſt. vertitur vtilitas publica omnium Eccleſiarum, & agitur de recognitione ſubiectionis, & de compenſatione ſollicitudinis, quam omnes Eccleſiæ debent Apoſtolicæ Sedi, quę aliunde non poteſt commode ſuos Legatos ſuſtentare, ac ſubinde ne legationes impediātur, meritò ab omnibus Eccleſijs procurationes perſoluuntur, vt intendit *hic tex.* ibi, quod omnibus imminet, &c. nec poteſt aliquis excuſari præſcriptione, quæ in ijs terminis prohibetur in præiuditium Sedis Apoſt. quam rationem ſatis expreſſit Pontifex *in d. cap. cum inſtantia*, *in fine principij*, obſeruant Abb. *n. 5.* Guid. & alij *in præſenti*, Felin. *n. 6.* Non obſtat quod priuilegium & præſcriptio æquiparātur, itaut ea, quæ poſſint priuilegio acquiri acquirantur etiam præſcriptione *c. ſuper quibuſdā, verſ. præterea, de verb. ſignif.* ſed priuilegio quis valet eximi à procuratione, vt *tex. in præſenti* habet, *& d. c. cum inſtantia*, ergo & à præſcriptione, quia rerecta reſponſione Butr. Abb. *n. 3.* & aliorum hic, Pariſ. *n. 6. & 13. ad med.* & eiuſdem Abb. *d. conſ. 94. n. 2. lib. 1.* dicentium præſcriptionem æquiparari priuilegio, vbi præſcribitur cum ſcientia Principis, qui priuilegium potuit concedere arg. *l. alienationis 28. verſ. vix enim ff. de verb. ſignif.* æquiparationem tamen non habere locum vbi præſcribitur ignorante Principe, ſed admitti priuilegium licet præſcriptio improbetur, & procedere *tex. in præſenti*; ℞. ex mente aliorum dici poſſe præſcriptionē, & priuilegium æquiparari in ijs, in quibus præſcriptio ſpeciatim non reperitur prohibita, & ita procedere *d. verſ. præterea*, & Iura ſimilia, vbi vero præſcriptio ſpeciatim prohibita eſt, vt hic, admittetur priuilegium, quia eſt actus emanans à ſuperiore cum cauſæ cognitione, in quo prohibitio locum non habet, nō tamen admittetur pręſcriptio, quippe quæ contra prohibitionem non ſubſiſtit, iuxta *l. non dubium, C. de legib.*

In tex. ibi (*Ordinarijs*) Ideſt Canonicis Eccleſiæ maioris, qui in locis, de quibus hic agitur, ſic appellantur, ſicut & alij Cardinales dicuntur, vt per Abb. *n. 2.* & omnes *in præſenti, gloſ. verbo Romanæ*, & Doctores in *Clement. 2. de celebrat. Miſſ.* Nec obſtat quod onus ſoluendi procurationem Legatis Apoſt. incumbit tantùm Eccleſijs, *d. cap. cum inſtantia*, & conſtat Canonicos non habere Eccleſias argumen. *cap. vlt. de præbendis*, cum alijs, quia reſpondetur, vt per Abb. *n. 4.* Felin. *n. 6. ad finem*, Pariſ. *n. 10 in præſenti*. Vel planius dici poteſt *in d. cap. cum inſtantia* per Eccleſias intelligi non tantum Prełatos, qui eaſdem obtinent, ſed etiam omnes beneficiarios, qui cum Prælatis, veluti membra cum ſuo capite, corpus ſeù collegium conſtituunt, *cap. relatum 12. de teſtam.* cum alijs.

In tex ibi (*ſubſidium impartiri*) Petebant ergo Clerici vt Canonici pro parte contribuerent in procuratione Legatorum, à qua contributione côtendebant Canonici ſe præſcriptione exemptos, & ità non erat quæſtio inter Legatos, & Canonicos, ſed inter Canonicos, & Clerum; & nihilominus Pontifex in iis terminis præſcriptionem improbat; vnde aperte probat hic tex. nō valere præſcriptionē per quā vna pars Cleri in præiudiciũ alterius eximitur ab onere procurationis, de quo hic, ità vt pars reliqua ad integram procurationem teneatur, vt obſeruant Felin. *n. 6. ante finem*, poſt Zabar. *in præſenti*, & Doctores *in d. cap. cum inſtantia*, quæ ſententia ſuadetur ex verbis huius tex. ibi, omnibus imminet ab omnibus &c. *d. cap. cum inſtantia*, ibi, nullam habere volumus excuſatam, quamuis contradicat Ioan. de Lign. & alii hic, vt per Felin *d. n. 6. verſic. cæterum*, Abb. *conſ. 94. n. 2. lib. 1. & conſ. 26. num. 5.*

Digitized by Google

num.5.lib.2. Felin. *in cap. cum ex officij. num. 11. hoc tit.* Marian. *de viſitat. num. 50.* Bernar. *reg. 604. limit. 2.*

Ibid. poſt *n. 3.* In gloſ. [*In talibus*] Collige ex gloſ. prçſcriptionẽ admitti contra quamcunque procurationẽ, excepta illa, quç Iure legationis, vel viſitationis debetur, vt intendũt omnes hic, *gloſ. a. in fi. in cap. venerabili, de cenſib. gloſ. verbo procurationem in Extrauag. execrabilis Ioan. XXII. verſ. quantum, de præbend.* Imol. & alij *in Clem. 1. de cenſib.* Henric. & DD. ibi, Felin. *n. 14. in cap. cũ ex officij ſuſ. hoc tit.* Marian. *de viſitat. nu. 53.* Capel. *deciſ. 332.* vbi addit. Bernard. *reg. 604. verſ. 5.*

CAP. CVM NON LICEAT. XII. poſt *n. 3.* Vnde ex hoc tex. expreſſe colligitur obedientiam, & reuerentiam Epiſcopis, & Prælatis, ac alijs quibuſcunque ſuperioribus legitimis debitam præſcribi non poſſe, vt per gloſ. vlt. in præſenti, *gloſ. 4. in cap. auditis in fine hoc tit. gloſ. vlt. in cap. cum inter, de conſuet. gloſ. verbo conſuetudine in cap. 2. de Pœnit. diſt. 6.* Aretin. Alex. & Iaſ. *in l. is, qui putat, n. 9. ff. de acquir. hæred. late* Balb. *de præſcript. 1. p. 5. à n. 91.* Iuuat efficax ratio, nam omnis illa præſcriptio prohibetur, quæ Iuri publico nocet, & confuſionem, ac inordinationem continet, iuxta *l. vlt. ff. de vſucap. l. viam publicam ff. de via publ. l. præſcriptio C. de operib. publ. cap. licet, in princip.* ibi, confuſio naſceretur, *16. q. 3.* conſtat autem præſcriptionem prçdictam obedientiam extinguentem nocere Iuri, & bono publico, quod in ſubditorum obedientia conſiſtit *cap. vlt. verſ. obedientia* 8. *q. 1.* inſuper continere confuſionem, dum membrum ſuo capiti non obtemperat, igitur merito in hoc tex. talis præſcriptio prohibetur. Non obſtat quod Iura epiſcopalia poſſunt præſcribi iuxta *c. cum olim, c. auditis inf. hoc tit.* inter quæ connumeratur obedientia *c. conquerente, de offic. Ordin.* Reſp. enim verum quidem eſſe Iura Epiſcopalia vt plurimum præſcribi poſſe, non tamen omnia, quia excipiuntur nonnulla ſpeciatim Iure prohibita, in quibus ſpecialiter bonum publicum, & grauiſſimum Reip. præiuditium ita ſuadet: vnde licet ſubditi præſcribere poſſint exemptionem à nonnulis oneribus, in quibus Epiſcopo ſubijciuntur iuxta *d. c. olim, & d. cap. auditis*, nihilominus tamen non poſſunt præſcribere exemptionem ab obedientia ex rationibus de quibus ſupra. Nec etiam obſtat *cap. cum olim ad fin. verſ. quia vero*, ibi, alijs etiam ceſſantibus, *de priuileg.* vbi probatur ceſſantibus priuilegijs omnibus Sedis Apoſt. potuiſſe monaſterium de quo ibi præſcribere exemptionem, & obedientiam Epiſcopo debitam, quia Reſp. illum tex. procedere, & intelligi debere de illa præſcriptione per quam obedientia ab Epiſcopo transfertur ad Romanam Eccleſiam, cui ſe monaſterium ſubiecerat; at vero tex. in præſenti agere de præſcriptione per quam obedientia debita Epiſcopo in totũ extinguitur, & ad alium non trãsfertur. Ratio huius concordãtiæ eſt, quia vbi obedientia in totũ per præſcriptionem extinguitur, verum eſt ſubditum manere acephalũ, ideſt ſine capite, contra *cap. nulla 93. diſt.* & in eo verificantur verba huius tex. in princ. at vero quando obedientia alij acquiritur proprie loquendo ſubditus non præſcribit obedientiam, quam non extinguit, ſed alius in ſubditis illam præſcribit contra Epiſcopum, ac ſubinde non manet acephalus, nec abſolute recedit à capite, quia recognoſcit aliud loco Epiſcopi.

Ibid. poſt *n. 4.* In gloſ. [*non obſtante*] Dum hæc gloſ. & ſimilis *in cap. clerici 16. q. 3.* enumerant quaſdam res in quibus præſcriptio prohibetur, ſatis ſignificant edictum de rebus præſcriptibilibus eſſe prohibitorium quarundam rerum, itaut omnes, quæ ſunt in commertio præſcribi poſſint, niſi Iure aliquo prohibitæ reperiantur, attendunt tex. *in l. vſucapionẽ 9. ff. de vſucap. l. omnes, l. ſicut C. de præſcrip. 30.* obſeruant in ſpecie Soccin. *conſ. 47. n. 15. lib. 3.* Tiraq. *de iure primogen. q. 30. in princ.* & ante illos *gloſ. 4. in fine l. vlt. C. de fundis Limitrop. lib. 11.* ſic ſimiliter edictum de perſonis præſcribentibus, hoc eſt de ijs, quæ præſcribere poſſunt, prohibitorium eſt, vt omnes admittantur, qui non reperiuntur Iure prohibiti, vt probat *l. 4. verſ. vſucapere ff. de vſucap.* reſoluunt Hoſt. *in ſum. huius tit. verſ. qui poſſit vſucapere*, & paſſim Summiſtæ, intendunt *gloſ. hæc verſ. item quadam, & d. cap. clerici, in princ.* quæ tamen non aduertunt perſonas de quibus agunt non præſcribere ex defectu poſſeſſionis neceſſariæ, nõ vero ex aliqua Iuris prohibitione. Sic tandem edictum de ijs contra quos præſcribitur prohibitorium eſt, itaut contra omnes præſcribi poſſit exceptis Iure prohibitis, vt deducitur *ex d. l. omnes, verſ. nullum*, ibi, quacumque cauſa, vel perſona, & ex reg. *l. in fraudem 16. in fine ff. militari teſtam.* inſinuant gloſ. hic, *& in d. cap. clerici*, dum ſpeciatim agunt de pupillo, & alijs, contra quos præſcriptio Iure prohibetur.

CAP. AD AVDIENTIAM. XIII. *n. 4. in fine*, Vnde ſi teſtis examinatus à notario neget ſe depoſuiſſe ſicut notarius ſcripſit, magis creditur notario, quàm teſti, vt per Boſſ. *in pract. crimin. tit. de falſis n. 16.* Clar. *§. falſum nu. 11. verſ. poſſe teſtis, & §. fin. q. 59. verſ. quintus eſt caſus*, Menoch. *de præſumpt. lib. 2. præſ. 79. n. 14. verſ. intenditur tertio*, Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 48. n. 56.* Maſcard. *eod. tract. concl. 194. ſub n. 7. & 8.* Farin. *de falſit. & ſimulat. q. 158. n. 187.* quos refert, & ſequitur Buccaron. *de different. inter iudicia ciuil. & crim. differ. 69. n. 1.* vbi intelligit in ciuilibus. Si vero quæratur an teſtis ob dictũ notarij, vel è contra notarius ob contradictionem teſtis, poſſit de falſo puniri? & tunc neutri fidem adhibendam eſſe voluerunt Grammat. *deciſ. 30. n. 11.* Clar. *§. fin. q. 53. verſ. quintus eſt caſus.* Maſcard. *de probat. concl. 1098. num. 7.* Anton. Scapp. *de iure non ſcripto tit. de confeſſ. reor. multip. c. 126. n. 8.* Farin. *d. q. 158. num. 100. & 204.* Buccaron. *d. differ. 69. num. 2.*

Ibid. poſt *n. 5.* Igitur in ijs in quibus contra Eccleſias inferiores procedit quadraginta annorum præſcriptio requiritur centenaria contra Romanam Eccleſiam, idem probat tex. *in cap. cum nobis, in prin. & in c. ſi diligenti, hoc tit. c. vlt. 16. q. 3. c. 2. hoc tit. in 6.* tradunt late Felin. hic à *n. 22.* Balb. Cou Pinel. & alij citati, ex quorum mente fit concluſio. Res immobiles, & quæ tales eſſe intelliguntur, ad Romanam Eccleſiam principaliter, & directe

cte

Digitized by Google

ſtæ pertinentes, in quibus ſuprema & generalis illa prælatio non conſiſtit, nonniſi centum annis præſcribuntur, exceptis hæreticorum bonis, quæ à Catholicis ipſorum hæredibus legitime poſſidentur: ſuadetur concluſio quoad ſingulas particulas ſigillatim *ex c. cum dilecta, de confirm. vtili*, ibi, poſſeſſiones, & iura, &c. & ex tex. in præſenti, ibi, principaliter, & *ex d. c. vlt. in prin. & ex d. c. a. in 2. parte.* Et iuuat ratio quia conueniens fuit huiuſmodi res Eccleſiæ Romanæ, quæ caput eſt, & mater omnium Eccleſiarum, & fidelium, ſpeciali gaudere priuilegio, per quod diutius conſeruentur, & ita nonniſi longiſſimo omnium ſpatio præſcribantur, vt intendit Imp. *in auth. vt Eccleſia Romana*.

CAP. CVM VOBIS. XIV. poſt *num.* 1. In tex. ibi (*Legali*) Igitur centenaria præſcriptio contra Romanam Eccleſiam per leges Ciuiles introducta, & recepta eſt, idem probat *c. vlt. in fine 16. q. 3. auth. quas actiones, in fine, C. de ſacroſ. Eccleſ.* iuncto *auth. vt Eccleſia Romana*, ex quibus hic paſſim colligunt DD. communiter, immo ex Conſtitut. Iuſtiniani id Iuris ſtatutū fuit ad fauorem omnium Eccleſiarum, vt nouiſſime detectum fuit ex arcana hiſtoria Procopij apud Alemannum *pag. 123. verſ. Priſcus quidam apud Emeſſenos*. Sed obſtat tum quia tex. *in d. auth. vt Eccleſia*, ad quam Pontifex hic reſpexiſſe videtur, vt patet ex verbis ſequentibus, ibi, vt cōtra Romanam Eccleſiam, &c. non tantum agit de præſcriptione contra Romanā Eccleſiā, ſed etiam contra inferiores Eccleſias illi ſubiectas, tū etiam quia in omnibus abrogatur per Iuſtinian. *in auth. hac conſtitutio innouat*, ac ſubinde nulla iam datur lex Ciuilis, quæ contra Romanam Eccleſiam ſpeciali priuilegio centum annorum exigat præſcriptionem, vt intendunt Ioan. & Azzo relati *à gloſ. in d. auth. vt Eccleſia, verbo annorum, gloſ. vlt. in d. auth. quas actiones*, aduertens vltima verba tex. ibidem hodie non eſſe vera attento Iure Ciuili, ſed tantummodo attento Iure Canonico, de quo *in cap præced. & in cap. cum dilecta, de confirmatione vtili*, cum alijs, idem probat Pinel. *in auth. niſi n. 57. verſ. ex quibus, & verſ. infertur tertio C. de bonis maternis*, poſt Salicet. *in d. auth. quas actiones*, & quamplures in eadem opinione exiſtere refert Cuiac. *lib. 5. obſeruat. cap. 5.* voluit Balduin. *in prolog.* vt refert Cou. *in reg. poſſeſſor p. 2. §. 2. n. 6. in fine*. Sed hæc ſententia confunditur expreſſe ex hoc tex. ibi, legali, *& ex d. cap. vlt.* vbi habetur Imperatorum leges contra Eccleſiam Romanam non admittere præſcriptionem minorem centenariam, quæ verba omnino corruunt, & falſa ſunt ſi nulla eſt lex Ciuilis hodie vigens, quæ cētum annorū præſcriptionem exigat contra Romanā Eccleſiam, id quod temere ſupponunt Pinel. & Cuiac. *vbi ſup.* Vnde Hirner. quem refert, & ſequitur *gloſ. d. verbo annorum*, Cou. *vbi ſup.* & eſt de mente aliorum, intelligit per generalia verba *d. auth. hac conſtitutio*, reuocari priuilegium centenariæ præſcriptionis conceſſum Eccleſijs inferioribus, non vero Romanæ, de qua ſpecialiter agere debuit Imper. arg *l. item apud, §. ait prætor, verſ. ea enim ff. de iniur* & iuxta doctrinam *gloſ. vlt. in l. ſciendum in prin. ff. qui ſatiſd. cog.* receptæ communiter ex Iaſ. *in l. Marcellus n. 56. ff. ad Trebell.* Tiraquel. *de retractu lig. §. 1. gloſ. 14. n. 93.* Sed non ſatisfacit, quia *d. auth. hac conſtitutio* abſolute reuocat conſtitutionem illam, quæ centenariam præſcriptionem cōceſſerat Romanæ, & alijs Eccleſijs, & ita per relationem ad conſtitutionem prædictā *vt Eccleſia Romana*, videtur reuocaſſe quoad Romanam & cæteras Eccleſias, de quibus conſtitutio illa loquebatur arg. *l. ait prætor §. 1. ff. de re iudic.* Deinde *gloſ. in d. l. ſciendum* procedit vbi lex prior ſpecialiter diſponebat, lex vero poſterior generaliter loquitur, in propoſito autem nulla datur ſpecialis agens de Romana Eccleſia, ſed generalis, quæ illi, & omnibus alijs centenariam præſcriptionem conceſſerat *in d. auth. vt Eccleſia*. Vnde tentari poteſt priuilegium illic cōceſſum Romanæ, & alijs Eccleſijs non ſubditis Imperatoribus nunquā potuiſſe reuocari à Iuſtiniano iuxta doctrinam Innoc. *n. 6. in cap. nouit, de iudic.* receptam communiter ex Felin. *n. 9.* Dec. 13. ibid. Felin. *n.* 2. *in c. 1. de probat.* ſentiunt Bart. & plures alij relati à Gabr. *communiū tit. de Iure quæſito concl. 7. à n. 10.* Merito igitur non obſtante reuocatione, de qua *in d. auth. hac conſtitutio*, durat priuilegium reſpectu Eccleſiæ Romanæ, non vero quoad alias Eccleſias inferiores, quia reſpectu illarum valuit, vtpotè contrarium Canonibus, de quibus *in cap. 1. & ſequentibus, 16. quæſt. 3.* Vel rurſus dici poteſt ex ſententia gloſſæ in rubrica *d. auth. hac cōſtitutio*, quod tex. ille reuocat priuilegium de quo *in l. vlt. C. de Sacroſ. Eccleſ.* conceſſum Eccleſijs orientalibus, vt refert Cuiac. vbi ſupra, *& de diuerſis præſcriptionibus cap. 31.* non autem reuocat priuilegium, de quo *in d. auth. vt Eccleſia* conceſſum Eccleſię occidentali, id eſt Romanę, quę caput eſt, & omnibus Eccleſijs inferioribus eidem ſubiectis, id quod fatentur omnes ex Cuiac. *d. cap. 5.* quæ ſententia ſuadetur tam ex rubrica, quàm ex verbis *d. auth. hac conſtitutio*, quę conueniunt *d. l. vlt.* in qua ſpeciatim agitur de monaſterijs, xenodochijs, venerabilibus locis, non vero conueniunt *d. auth. vt Eccleſia*, in qua nulla illorum expreſſa mentio habetur.

Ibid. poſt *n. 2.* Reg. ſupradicta generaliter, & Indiſtinctè propoſita videtur comprehendere etiam res mobiles, & ſe mouentes Eccleſię Romanæ, vt etiam hęc non triennio, ſed centum annis pręſcribantur, idem ſuadent generalia verba *cap. præced.* ad finem, *& auth. vt Eccleſia Romana*, quorum argumento ita obſeruant Doctores communiter, vt per Abb. *n. 12.* Dec. *in cap. cum dilecta, de confirmat. vtili* Balb. *de præſcriptionibus part. 1. quinta n. 23.* Sed verius eſt triennalem vſucapionem in ijs rebus locum habere iuxta *reg. l. 1. ff. de vſuſcap. transf.* quæ in propoſito limitata nō reperitur, vt obſeruat *Ang. in d. auth. vt Eccleſia n. 2.* Nec obſtat tex. hic, & ſimiles, quia priuilegium conceſſum Eccleſiæ Romanæ circa centum annorum præſcriptionem tantumodo locum habet vbi aliàs cōtrà priuatos longi vel longiſſimi tēporis, & contra Eccleſias inferiores quadraginta annorum præſcriptio procedit, patet ex *d. auth. in princ. verſic cum enim*, & ex *d. auth. quas actiones C. de ſacroſ. Eccleſijs*; vnde licet tex. in præſenti, & ſimiles *in cap. præcedenti, & in cap. vlt. 16. quæſt.*

Google

quæſt. 3. generaliter loquantur nihilominus, tamen quia huiuſmodi priuilegiũ, de quo agitur, emanauit & incœpit à lege Ciuili, ad quam lex Canonica ſe refert, vt patet ex hoc tex ibi, tam Ciuilis, &c. *& ex d. c. vlt.* merito declaratur, & intelligitur ſecundum eamdem legem, & ità non comprehendit res mobiles, quas prædicta lex non comprehendebat, argum. *l. ſed & poſteriores ff. de legibus, & l. ait Prætor. §. 1. ff. de re iudic.* Sic ſane corruit ſententia *Salic. in d. l. 1. n. 4.* & Felin. *in cap. præcedenti n. 26.* in quam inclinat Balb. *vbi ſupra*, dum exiſtimat huiuſmodi res mobiles Romanæ Ecrleſiæ nullo tẽpore præſcribi, ad exemplum rerum fiſcalium iuxta reg. *§. res fiſci, Inſt. de vſucapion.* quæ ſanè reg. in propoſito nihil concludit, quia vltra tradita per Butr. *in cap. 1. nu. 121. de in integrum reſtitut.* procedit tantum in fiſco Imperiali, & non omnem, nec in omnibus rebus præſcriptionem excludit.

Ibid. poſt *n. 3.* in ead. *gloſ. verſic.* (*Sed non eſt recedẽdum, &c.*) Vult gloſ. quod licet præſcriptio immemorialis probetur per teſtes deponentes ſub forma de qua ſupra hac ead. *gloſ. verſic. vel quod teſtes,* & per *gloſ. verbo memoria in cap. 1. hoc tit. lib. 6.* cõmuniter receptam, vt per Gabriel. *communiũ ſub hoc tit. de præſcript. concl. 1. n. 74.* Molin. *de primog. lib. 2. cap. 6. à n. 31.* nihilominus tamen adhuc huiuſmodi probatio immemorialis præſcriptionis non ſufficit ad concludendam, & probandam centenariam, de qua in hoc tex. ſequuntur Doctores communiter hic, & alibi, vt per Couar. *in reg. poſſeſſor part. 2. §. 3. n. 7.* & Moliu. *d. loco n. 44.* quamuis ipſi multis contendant oppoſitum longè verius: Aduertendũ tamen eſt verum nõ eſſe id, quod hęc gloſ. ſuppoſuit *in verſic. per teſtes* ſcilicet teſtes non poſſe deponere de iis, quæ ante pubertatẽ viderunt, & apprehenderunt, ſiquidem cõſtat poſt pubertatem poſſe quem deponere de iis, quæ ante illam doli capax, ideſt circa annum decimum cum dimidio vidit & apprehendit, *gloſ. verbo impubes in l. 3. verſic. lege Iulia ff. de teſtibus, gloſ. vlt. in cap. relatum 37. diſt. & in §. teſtes Inſt. de teſtamen.* cum ſimilibus, per multa, quæ citant, communis ex Felin. Panor. *n. 10.* & alijs in præſenti, Couar. multis confirmans *vbi ſupra n. 8.* Molin. *d. loco num. 42.* Clar. *§. final. quæſt. 24. nu. 27.* intelligentes tex. *in d. verſic. lege,* & ſimiles tantum prohibere ne quis impubes deponat, & teſtimonium ferat; tex. verò *in d. §. teſtes, cum ſimilibus* procedere in teſtamento in quo lex iuſtis de cauſis ſpeciatim requirit pubertatem tempore, quo teſtamentum fit, nec ſat eſt impuberem teſtem intereſſe, licèt poſtea deponat factus pubes. Sic eodem modo ſatis deprehenditur verum non eſſe quòd hæc *gloſ. in d. verſ. per teſtes* dicit, ſcilicet quod teſtes huiuſmodi ad probandam centenariam pręſcriptionem deponant de viſu omnium centum annorum, quia ſecundum mentem communem ex ſupracitatis eſt quod deponant de ijs, quæ viderunt, vel apprehenderũt per quadraginta annos retro, & ita debent eſſe ſaltem ætatis quinquaginta annorũ cum dimidio Couar. *nu. 7.* Molin. *n. 40.* dictis locis; de reliquis vero anterioribus deponant communem opinionem ſic extitiſſe, vel famam, quæ in ijs antiquis, & à noſtra memoria remotis probationem efficit iuxta *gloſ. d. verbo memoria, & gloſ. verbo committat in l. at qui, 20. §. cum me ff. de negotijs geſtis*, receptam communiter ex multis de quibus per Duen. *reg. 299. verſic. limita. 7.* Gam. *decis. 290.*

CAP. AVDITIS. XV. poſt *n. 1.* Probat hic tex. iuriſdictionem, & iura epiſcopalia poſſe præſcribi ab inferioribus, vt notant *gloſ. 4. & DD.* communiter *in præſenti*, gloſ. 2. *in c. quicunque 16. q. 3.* & paſſim alibi, Calderin. *conſ. 2. ſub hoc tit.* Balb. *de præſcript. 1. p. 5. à n. 83.* Bocr. *decis. 133. n. 10.* Cou. in *c. alma p. 1. §. 12. n. 3.* idem probant *cap. cum olim 18. verſ. quia, cap. de quarta, hoc tit. cap. vlt. de offic. Archid.* & ſatis deducitur ſi aduertas iuriſdictionem, & Iura omnia epiſcopalia ſaltem à Pont. Max. poſſe priuilegio concedi alijs, quàm Epiſcopis *c. cum contingat, de foro comp. cap. accedentibus 12. de exceſſ. Prælat. cap. Abbate 53. de priuileg. lib. 6.*

Amplia procedere etiam in Iuribus epiſcopalibus arduis, & quæ ſolis Epiſcopis, & ipſorum dignitati reſeruantur, vt colliges *ex d. c. cum olim, verſ. quia,* & conſtat quia cognitio cauſarum matrimonialium eſt de arduis, quæ ſoli Epiſcopo reſeruantur, & ex ſtilo Curiæ committuntur, *d. cap. accedentibus*, Concil. Trid. *ſeſſ. 24. de reform. cap. 20. verſ. ad hac,* reſoluit Cou. *de ſponſ. p. 2. c. 8. §. 12. in princ.* & tamen tex. hic probat huiuſmodi cognitionem legitima præſcriptione poſſe in ſerioribus acquiri, vt hic notant omnes, vt per Pariſ. *n. 3. gloſ. 2. & vlt.* per tex. ibi *in d. accedentibus, gloſ. 1. in cap. litteras, de reſtit. ſpoliat.* communis ex Palat. *in repet. cap. per veſtras, de donat. inter virum, notab. 2. §. 1. nu. 35.* Balb. *num. 85.* Cou. *vbi proxime*, contra Hoſt. *in d. cap. litteras*, quem ſequitur Iaſ. *in l. more n. 49. ff. de iuriſd. omniũ iudic.* Non fauet *cap. quanto, de conſuet.* vbi Ius conferendi Sacramentum Cõfirmationis vti res ardua, & Epiſcopis reſeruata, vt tex. habet, non poteſt præſcribi ab inferioribus non Epiſcopis, nam vltra multa, quæ ad illius materiam & intellectum tradũtur per DD. ibi, & per S. Thom. vbi Caiet. *3. p. q. 71. art. 11.* & poſt alios Cou. *lib. 1. vari. cap. 10.* Ledeſm. *1. 4. q. 13. art. 11.* ℞. regulam huius tex. & ampliationem prædictam procedere in ijs, quæ reſeruantur dignitati, & iuriſdictioni epiſcopali, non autem in reſeruatis Ordini, de quibus agit *c. quamuis 68. diſt.* plane collatio Sacramenti Confirmationis ex Apoſtolorum traditione reſeruata eſt Ordini Epiſcopali, vt probat tex. *in d. cap. quanto, cap. 1. cum ſequentib. de conſec. diſt. 1.* Concil. Trid. *ſeſſ. 7. de Confirmat. cap. 3. & ſeſſ. 23. de Sacram. Ordin. cap. 7.* Non obſtat *c. peruenit 95. diſt.* nam vltra ea, quæ ad illius intellectum tradunt DD. vt per Cou. *d. cap. 10. à nu. 7. & 11.* Ledeſm. *vbi ſup.* ſatisfit vt per eund. Cou. *n. 14.* & per relatos à Gabr. *commun. ſub tit. de præſcript. concl. 1. à num. 16.*

Ibid. *n. 5. in fine.* Vnde colliges ex hoc tex. quatenus in eo excluditur Epiſcopus à iuriſdictione, & alijs Iuribus præſcriptis per Abbatẽ, in illis verbis, ibi, ſilentium imponentes, iura ſic præſcripta non competere præſcribenti accumulatiue cum Epiſcopo, quaſi ille cum hoc inſimul accumulentur, vt vterque vtatur, & locus ſit præuentioni, ſed potius

Digitized by Google

tius priuatiue reſpectu Epiſcopi, itaut ſolus Abbas præſcribens vtatur, Epiſcopus vero priuetur, & excludatur, ne amplius vti valeat, idque obſeruant Abb. *n. 7. Felin.* 9. Panor. 7. hic, idem Abb. & Imol. *in cap. cum olim, ſup. hoc tit.* Abb. *nu.* 7. Felin. *5. in cap. paſtoralis, in princ. de off. Ordin.* vbi poſt Ioan. id ipſum intendit *gloſ.* 1. Bald. *conſ.* 201. *lib.* 1. Marian. *num. 8. in. cap. cum contingat, de foro comp.* Balb. *de præſcript.* 1. *p.* 5. *num.* 88. refert alios Cou. *in cap. alma mater p.* 1. *§.* 12. *num.* 3. ex quibus iam hodie hæc videtur recepta opinio. Contrariam vero ſententiā, immo quód iuriſdictio, & Iura epiſcopalia, vel ſimilia non priuatiue, ſed accumulatiue ad Epiſcopum præſcribantur, probarunt Ioan. Andr. Hoſt. Butr. Imola, & alij *in d. c. paſtoralis*, & ſatis Roland. *conſ.* 80. *à n.* 22. *lib.* 2. quam & praxi ſeruandam, & communem (antiquorum fortaſſis) teſtatur Cou. *vbi ſup.* Pro concordia dici poteſt priorem opinionem procedere vbi per integrum præſcriptionis tempus præſcribens ſolus vſus eſt iuriſdictione, & Iuribus præſcriptis, poſteriorem vero procedere vbi etiam is, contra quem pręſcriptio cōpletur, Intra tempus illius exercuit iuriſdictionem, vel Iura, aliaque ſimiliter alius pręſcribens quaſi poſſidens exercuit, tunc enim quia is non ſolus, ſed accumulatiue cum illo quaſi poſſedit, & vſus eſt non ſolus, nec priuatiue, ſed accumulatiue cum illo præſcribit, & acquirit, vt videmus contigiſſe in pleriſque cauſis mixti fori.

CAP. CVM EX OFFICII. XVI. poſt *n.* 2. Circa viſitationis præſcriptionem ſequens formanda eſt concluſio. Præſcriptio, quæ tollit omnino viſitationem Iure communi iniunctam, merito prohibetur, quamuis admittatur, quæ illam transfert, vel alij accumulat, ſicut etiam admittitur quæ omnino tollit præſcriptionem Iure ſpeciali competentem. Hanc concluſionem recipiunt in effectu omnes in præſenti, Hoſt. *in ſum. de officio Arebid. n.* 5. Marian. de *viſitat. a n.* 19. Bernard. *d. reg.* 604. Probatur quoad primam partem, nam merito prohibetur pręſcriptio impediens morum correctionem, & Eccleſiarum reformationem arg. *c. cum inter, & cap. ex parte, de conſuet.* cum alijs, quippe quę cedit in damnum publicum, & ex eo proueniunt multò maiora mala in Rep. quàm ſit bonum vitandi lites, & ſeruitutem dominorum, pro quibus bono publico introducta fuit pręſcriptio *l.* 1. *ff. de vſucap.* ſed pręſcriptio omnino tollens viſitationem iniunctam Iure communi, impedit morum correctionem, & reformationem Eccleſiarum, & ita obuiat bono publico, quod per viſitationem pretenditur iuxta addita *ad cap. accedentes, ſup. hoc tit.* Igitur, &c. Iuuat *cap. irrefragabili, in princip. verſ. vt autem, de officio Ordin. cap. ad noſtram, 3. de appellat.* Poſterior vero pars ſuadetur, quia præſcriptio illa admittenda eſt, quæ nullo Iure prohibetur, nec impedit morum, aut Eccleſiarum reformationem, nec aliās obuiat bono publico, *d. l.* 1. ſed pręſcriptio, quę transfert viſitationem, vel alij accumulat, ſicut etiam omnino tollens illam, quę competit Iure ſpeciali, nullo Iure prohibetur, morum, & Eccleſiarum reformationem non impedit, nec bonum publicum offendit, cum adhuc maneat viſitatio faciēda ab eo, in quem trāsfertur, vel accumulatur, vel etiam ab ipſo, cui Iure iniūgitur, penes quem etiam ſublata viſitatione iure ſpeciali competenti remanet viſitatio Iuris communis, per quam bonū publicum reputatur, ergo, &c. Et ſatis eandem concl. probat hic tex. qui agit de viſitatione Iure communi competenti, qualis eſt illa, quam Archiepiſcopus exercet in prouincia, & dicit contra viſitationem hanc pręſcribi non poſſe, quę verba intelligūtur de pręſcriptione, quę ex diametro opponitur, & omnino tollit viſitationem, hęc enim præſcriptio proprie, & abſolute loquendo dicitur contra viſitationem, cum vero Pontifex ſubiungit quamuis alius contra eundem pręſcribere poſſit, aperte ſignificat admitti pręſcriptionem, per quam transfertur, vel accumulatur viſitatio, quia talis pręſcriptio abſolute loquendo non eſt contra viſitationē, quam non tollit, ſed contra Pręlatum, cui pęiudicat, iuxta quem ſenſum verba illa tex. aliquo modo, non ſunt intelligenda de modo per quem pręſcribitur trāsferendo, vel accumulando, ſed de modo per quem pręſcribitur contra viſitationem, ſcilicet tollendo, & extinguendo illam, nam quoad hoc nullus modus perſcriptionis admittitur. Non obſtat quod Iura Epiſcopalia poſſunt pręſcribi *cap. auditis, e. cū olim, hoc tit.* de quibus Iuribus Epiſcopalibus eſt viſitatio *e. conquerente, de officio Ordin.* ℞. enim quod quamuis Iura Epiſcopalia præſcribi non prohibeantur, quia per illorum præſcriptionem non ita pręiudicatur bono publico, ſed magis Epiſcopo, contra quem pręſcribitur, nihilominus tamen viſitatio Iure communi competens pręſcribi prohibetur ob grauiſſimum Reip. detrimentum, quod illa ſublata ſequeretur.

Circa vero procurationis pręſcriptionem ſequēs formanda eſt concluſio. Contra procurationem ratione viſitationis Iure communi debitam manente viſitandi onere prohibetur omnis pręſcriptio, ita Felin. *hic n.* 15. Marian. *de viſit. n.* 54. Bernard. *reg.* 604. *verſ. ſexto*. Probatur, nam omnis pręſcriptio tollens viſitationem Iure communi inductā merito prohibetur, vt in hoc tex. ibi, nec contra viſitationem, &c. at præſcriptio contra procurationem ratione viſitationis Iure communi debitam ſaltem Iuris præſumptione tollit in effectu viſitationē ipſam, qua Ordinarij præſumuntur negligere, & omittere admiſſa præſcriptione contra procurationē, quæ ad viſitationem peragendam Iure inſtituitur, Igitur, &c. & ita hanc rationem ſatis præſenſit Pontifex in præſenti, dum dicit contra procurationem ratione viſitationis debitam præſcribi non poſſe, quemadmodum nec contra viſitationē ipſam, eandem rationē probant omnes hic, & in dictis locis, aduertētes procurationem eſſe annexam viſitationi, ac ſubinde de illa, & de iſta circa præſcriptionem idem eſſe iudicium, argum. *cap. ſuper eo, de paroch.*

In tex. ibi [*contra procurationem, &c.*] Intellige ſiue totam, ſiue partem, veluti cum minuitur quantitas aliās ſoluenda, iuxta *cap. cum Apoſtolus, de cenſib. Extrauag. 1. illo tit. inter communes*, idq. intendit *gloſ. in cap. relata* 10. *quæſt.* 1. Abb. *num.* 13. & alij, vt per Felin. *n.* 16. & Pariſ. 10. *in præſenti*.

ri, quę ſentētia ſuadetur ex hoc tex. ibi, quæ ratione viſitationis debetur, ſiquidem procuratio, quæ debetur ratione viſitationis, eſt illa integra, de qua *in d. cap. cum Apoſtolus* & rurſus ex eod. tex. ibi, nec aliquo modo, &c. nam aliquo modo contra procuratorem præſcribitur ſi quoad aliquam eius partem admittatur præſcriptio. Quamuis DD. hic & alibi, vt per eundem Abb. & Felin. *d. n. 16. in prin. & d. n. 13.* Marian. *de viſitat. n. 47. & 55.* contradicant, quorum opinio non probatur hodie per d. *extrauag. verſ. noſtra*, vt exiſtimant Felin. & Pariſ. *vbi ſup.* quia tex. ille non approbat præſcriptiones minuentes procurationem de qua ibi, ſed conſuetudines, in quibus longe diuerſa videtur ratio. Vide Conc. Trid. *ſeſſ. 24 de refor. c 3. verſ. in his vero.* Aduertendum in propoſito eſt præſcriptionem nō prohiberi reſpectu modi, vt ſcilicet procuratio potius in fructibus his, vel illis, quàm in pecunia, vel è conuerſo, ſeu iuxta alium quemuis modum diuerſum præſtetur, vt obſeruant DD. communiter hic ex Felin. *a n. 10.* Marian. *vbi ſup. n. 49.* Bernard. *d. reg. 604. verſ. 1.* Concil. Trid. *vbi ſup. verſ. ſit tamen in optione.* Similiter aduertere oportet prohiberi hic præſcriptionem contra procurationem futuram, ne ſcilicet in futurum eximatur quis à ſolutione illius, admittitur tamē præſcriptio cōtra procuratorem præteritam, ideſt annorum præteritorum, ſecundum omnes in præſenti, quia ceſſat ratio de qua ſuprà, cum nullum vertatur pręiuditium viſitationis, quæ iam pro illis annis præceſſit, ſed ſolius Ordinarij, cui quantitas ſoluenda eſt, & contra quem præſcribi poſſe apertè docet Pontifex ibi, quamuis alius contra eundem.

In tex. ibi [*non meminerunt*] Valde cōtrouerſum eſt an vbi lex præſcriptionem prohibet admittatur illa, quæ eſt longiſſimi temporis 30. vel 40. annorū, aut ſaltem centum annorum, ſeu immemorialis, an per contrarium omnis ſublata cenſeatur. in quo tres principales reperiuntur opiniones, quas ad noſtrum inſtitutum adducere non oportet, ſed quod attinet ad materiam tex. ex ſupra citatis verbis colliges quòd cum Abbas & Prior de quibus hic allegaſſent præſcriptionem immemorialem, ipſamque allegationem Pontifex reieciſſet, vt patet ex littera, ibi, nulla penitus, &c. apertè tex. ſignificat in propoſito non admitti præſcriptionem etiam temporis excedentis hominum memoriā, vt obſeruant Vinc. & antiqu. Abb. *n.* 4. Pariſ. 3. Felin. *in princ. &* alij in pręſenti, Io. Andr. & alij in *cap. cū inſtantia, de cenſib.* Felin. *in cap. accedentes n 6. verſ. fallit tertio,* cum ſeq. *ſup. hoc tit.* vbi Pariſ. *n. 13.* Duen. *reg. 144. ampl.* 3. pro quibus etiam vrget hic tex. ibi, aliquo modo, &c. nam ſi admittitur præſcriptio temporis excedentis hominum memoriam, vtique aliquo modo præſcribitur, quicquid contradicant Abb. ſibi contrarius *conſ. 26. n. 4. lib. 1.* Marian. *n. 52. vbi ſupra*, quos refert Bernar. *reg. 604. verſ. 4.*

In tex. ibi [*Alius*] id eſt non ſubditi ipſi eximētes ſe, ſed alius in eiſdem, ſiue ſit Prælatus aliquis non ſubditus Archiepiſcopi contra quem viſitatio, & procuratio in reliquis ſubditis præſcribi poteſt, obſeruant poſt alios Abb. *n. 6.* Felin. *12.* Bernard. *d. reg. 604. verſ. 3.* & ad hoc reducenda eſt *gloſ. 2. in c. venerabili, de cenſib. & verbo procurationes in Extrau. execrabilis in fine de præb. Ioan. 22.*

In tex. ibi [*tulit Archiepiſcopus, &c.*] Butr. Imol. & quidam alij putant Archiepiſcopum attento Iure communi non potuiſſe proferre ſententiam hanc, vel animaduertere in ſubditos ſuffraganeorū procurationem denegātes, tum quia caſus hic Iure expreſſus non reperitur, & ita ſuccedit reg. *cap. paſtoralis, in princip. de officio Ordin.* tum etiam quia Pontifex expendit ſententiam hanc fuiſſe prolatam de antiqua Metropolis conſuetudine, quaſi non de Iure communi. Sed probabilius videtur Archiepiſcopum attento Iure communi propter denegatam viſitationis procurationē potuiſſe animaduertere in hos ſubditos ſui ſuffraganei, vt notāt *gloſ. verbo exceptis in fine in d. cap. paſtoralis, glo. pen.* & alij vt per Abb. *n. 11.* Felin. 7. Pariſ. 19. & 20. ibi expēdentes regulā *cap. 1. de pœnis lib. 6.* Non obſtat *d. cap. paſtoralis*, quia iuxta prędicta caſus hic ſatis Iure expreſſus eſt: nec item obſtant verba illa, de antiqua conſuetudine, quia vltra intellectū Abb. *d. n. 11.* & Pariſ. 20. conſuetudo hæc non contraria, ſed conformis Iuri potuit expēdi ad maiorē iuſtitiam ſententiæ vt *in cap. ſopita*, vbi *gloſ. pen. de cenſib.* vel conſuetudo non refertur ad poteſtatem animaduertendi, ſed ad modum, & circumſtantias, ſecundum quas Archiepiſcopus ſententiam tulit.

In tex. ibi [*qui ſpiritualia ſeminat, &c.*] Cum ergo procuratio non in pretium viſitationis, ſed in ſtipendium laboris concedatur, ceſſat omnino ſimoniæ vitium ex D. Thom. 2. 2. *q. 100. art. 3. ad 3.* ſequitur Sot. *de Iuſtit. lib. 9. q 6. art. 2. verſ. addit aūt*, qui tamen putat Epiſcopis habentibus aliàs redditus pingues, ex quibus ſuſtentari valeant, non eſſe ſatis tutū accipere procurationem huiuſmodi, ſed hæc ſententia non probatur Iure, immò refragari videntur verba tex. ibi, & plerique ſimiles, dum abſolute loquuntur, nec diſtinguunt inter Epiſcopos tenues, & inter eos, qui pingues redditus habent, & rurſus dum conſtituunt procurationem in ſtipendium laboris, quod tuta cōſcientia accipitur etiam ab ijs, qui aliàs opulentos habent redditus iuxta illud, dignus eſt operarius, &c. relatum *in cap. cum ſecundum Apoſtolum, de præben.*

In gloſ. [*Allegantes*] ibi (*arg. contra C. de agricolis, & cenſ. lib. 11. l. litibus.*) Licet hæc gloſ. non reſpondeat, tamen vt bene aduertunt Abb. *n. 11. in fine.* Imol. *n. 6.* tex. ille non agit de re impręſcriptibili, vel quę ſimpliciter pręſcribi prohibeatur, & ita ceſſat argumentum, quia tex. hic procedit data huiuſmodi ſimplici prohibitione.

In gloſ. [*Penitus*] ibi (*ſed non eſt verum, &c.*) Intendit gloſ. Epiſcopum non poſſe expreſſe remittere procurationem pro annis futuris ratione viſitationis ſoluendam arg. *cap. cum venerabilis, de cenſib.* quam concl. late explicant Abb. *à nu. 12. & 14.* Imol. *col. 1.* poſt alios Felin. *à n. 17.* Pariſ. *n. 13.* Marian. *de viſitat. à n. 57.* multipliciter declarantes.

In gloſ. [*Viſitationem*] Hęc gloſ. dum exiſtimat viſitationem continere obedientiam, quę Prælatis debetur, ac ſubinde pręſcribi non poſſe iuxta *c. cum non liceat, hoc tit.* refellitur, tum quia obedientia, & ſubiectio huiuſmodi non magis

cernitur in viſitatione, quàm in coerctione debitorum, in inſtitutionibus, & reliquis Iuribus Epiſcopalibus, quæ præſcribuntur, vt ſatis deducitur *ex cap. 2. in princ.* ibi, in ſcrutinijs, & ſubiectione. *§ de capell. monach.* iuncto *d. cap. auditis, verſ. quia.* cum etiam quoniam Abbatiæ, de quibus hic, licet ab Archiepiſcopis non viſitarentur, in reliquis tamen omnibus cognoſcebant, & non ſubtrahebant obedientiam Metropolitano debitam: & tandem quia *d. cap. cum non liceat* agit de præſcriptione, per quam directe, & abſolute tollitur obedientia, non vero de illa obedientia, quæ per indirectum cernitur in hoc, vel illo actu particulari, alioquin nullum ius epiſcopale poſſit præſcribi, cum in omnibus obedientia, & ſubiectio per indirectum conſiderari valeat.

CAP. SI DILIGENTI. XVII. *nu. 17.* ibi, *à nu. 62.* Balb. *de præſcript. 4. p. 4. nu. 34. & 1. p. 6. nu. 51.* Perez *ad l. 2. tit. 13. lib. 3. Ordin.* Amplia id ipſum procedere in iuribus incorporalibus, quæ quaſi poſſidet is, cuius nomine quaſi poſſidentur, ſecundum communem *in l. quod meo ff. de acquir. poſſeſſ.* late Tiraq. *de conſtituto ampl. 34.* intendit tex. hic, qui de his incorporalibus agit. Amplia etiam quamuis præſcriptio longiſſima, vel etiam immemorialis proponatur, quia nec per illam præſcribet is, qui alieno nomine poſſidet, cum non poſſideat ipſe, ac ſubinde deficiat ſubſtantia præſcriptionis reſpectu illius, reſoluunt Bald. Paul. & alij *in l. nec. C. de vſufructu*, Iaſ. *in l. 2. C. de iure emphyt. n. 157.* Bald. *d. nu. 37.* Tiraq. *vbi ſup. limit. 21. nu. 7.* & ſatis colligitur ex hoc tex. in quo ſpatium centum annorum, quod aliàs ſufficit, & requiritur in præſcriptione contra Romanam Eccleſiam *c. de quarta ſup. hoc tit.* non prodeſt ei, qui non ſuo, ſed alieno nomine poſſidebat, quicquid contrarium intendat gloſ. *in d. cap. cum non liceat, hoc tit.*

Ibid. poſt *eund. nu. 17.* Amplia etiamſi colonus per longiſſimum tempus penſiones domino non ſoluerit, licet enim contra illum non ſoluentem dominus quaſi ſpoliatus ſuo iure, & quaſi poſſeſſione recipiendi penſiones, agere poſſit vtili interdicto, vnde vi, arg. *cap. querelam, de elect. l. litibus, C. de agricol. lib. 11.* reſoluunt Gom. *l. 45. Tauri nu. 172.* Valaſc. *de iure emphyt. q. 18. n.* 10. nihilominus tamen niſi colonus requiſitus ſoluere denegauerit nõ priuatur dominus poſſeſſione rei locatæ, immo adhuc colono non ſoluente, retinet per eundem, qui propterea præſcribere non poteſt, *gloſ.* per tex. ibi, *verbo debeat. in l. 2. C. de præſcript. 30.* vbi Cyn. Bart. & communis, reſoluunt Bald. per tex. ibi *in l. Pomponius 1. & 2. lect. ff. quibus modis vſusfr.* Alex. *in l. quamuis §. 1. num. 2. ff. de acquir. poſſeſſ.* Socein. *conſ. 106. n. 3. lib. 3.* Tiraq. *d. loco nu. 6.* Limitabis tamen procedere in præſcriptione reſpectu Iuris colonarij, quia colonus longiſſimo tempore ſoluens vniformem penſionem præſcribit ius coloni perpetui, ne iam amplius à domino expelli, aut penſio augeri poſſit, Balb. *nu. 7.* Angel. Alex. & Bart. & alij *in d. l. 2.* communis vt per Valaſc. *vbi ſup. q. 20. n. 12.* vbi teſtatur ita iudicatum, idem ſequitur, & aſſeuerat Cam. *deciſ. 26. col. 2. in princ. & deciſ. 244. n. 10.* Limita rurſus prædicta non procedere vbi colonus, vel ſimiles alieno nomine poſſidentes interuertunt poſſeſſionem illorum, quorum nomine poſſident, iuxta *gloſ. 4. d. l. 2. C. de præſcript. 30.* vide Iaſ. *n. 157. in l. 2. C. de iure emphyt.* Abb. *n. 12.* & ibi Pariſ. *à n. 37. in d. cap. cum non liceat, hoc tit.* Balb. *1. p. 6. num. 51.* Caſſan. *in conſuet. Burg. rub. 11. §. 2. gloſ. 1. num. 34.*

In tex. ibi [*confeſſionem tuam, &c.*] Valet ergo, & præiudicat Eccleſiæ confeſſio ſolius Prælati, vt notant omnes hic; ſed obſtat, quód licet hoc verum ſit, vbi Prælatus ſolus eſt, nec habet ſub ſe collegium, ſeu Conuentum, iuxta doctrinam *gloſ. pen. verſ. etſi vnus in cap. potuit, de locato*, communiter recepta ex Pariſ. hic *nu. 7. & in cap. vlt. inf. hoc tit. n. 54. verſ. tertia*, Felin. *in cap. edoceri num. 9. verſ. etiam in alijs, de reſcript.* & in ſpecie poſt alios reſoluit Pariſ. *d. verſ. tertia.* Nihilominus tamen vbi Prælatus collegium habet, vel Conuentum (vt hic habebat Archiepiſcopus) confeſſio eiuſdem ſolius abſque conſenſu, vel mandato Collegij, vel Conuentus non præiudicat Eccleſiæ, *gloſ. pen. verbo neſcio in c. de Conſtantinopolitana, 22. diſt.* communiter recepta ex Gam. *deciſ. 268. n. 4.* gloſ. *verbo de veritate dicenda in c. dudũ, il 2. de elect. gloſ. vlt. in fine. in d. c. vlt.* Rejecto igitur intellectu *gloſ. 2. in princ.* ac etiã communi multorum, præcipue Abb. *n. 4. in præſenti*, Curt. *de feudis 1. p. q. 8. n. 16.* Aym. *de antiq. p. 1. c. propoſitum à num. 73.* & aliorum aſſerentium confeſſionem ſolius Archiepiſcopi in propoſito attendi, ac præiudicare Eccleſiæ, quia cum liquidò conſtaret Iudicatum Calaritanum, & totam Sardiniam ad Romanæ Eccleſiæ patrimonium immediatè pertinere, vt tex. habet *in princ.* vtique Iuris præſumptio erat pro confeſſione Archiepiſcopi, ac ſubinde illa tanquam Iuri, & præſumptioni conformis apparebat, & ita admittenda fuit abſque alio Capituli conſenſu, etiam in eiuſdem præiuditium. Securiùs videtur ſupponere terminos habiles, & ita quod confeſſio ſecundum Iuris regulas valuit etiam in Eccleſiæ præiuditium, nam ſiue dicas (vt ex littera colligi videtur) quòd Archiepiſcopus in iudicio apud Pont. Max. agebat, vel defendebat cauſam ſuã, vel ſaltem communem, ſiue cum Eccleſia Piſana, in qua ſpecie ſolus agere, & conueniri potuit, iuxta communem *in d. cap. edoceri.* vbi late Felin. *à nu. 2.* merito confeſſio Archiepiſcopi ex neceſſitate iudicij procedens præiudicat etiam Eccleſiæ, ſicut in ſimili confeſſio procuratoris, tutoris, vel ſimiliũ in iudicio abſque alio mandato nocent domino, pupillo, & ſimilibus, *c. ſuborta*, vbi *gloſ. 2. de re iudicata, c. 2.* vbi *gloſ. verbo, ſponte, de capell. monac. l. quoties. 10. §. ſicut ff. de adminiſtrat. tut.* communis ex Bart. *in l. certum §. ſed hanc ff. de confeſſis*, Hippol. *ſingulari 290.* Capel. *deciſ. 392.* Sarmien. poſt alios *lib. 3. ſelectar. cap. 11. num. 5.* Si verò dicas confeſſionem hic fuiſſe factam per viam voluntariæ iuriſdictionis, & abſque neceſſitate iudicij, quia tunc vt Eccleſiæ, vel Capitulo præiudicetur, neceſſariò requiritur conſenſus, vel mandatum ſpeciale, nec ſufficit generale, *dict. §. ſed an*, vbi Bart. *num. 2.* Abb. *d. cap. vlt. num. 44.* & ibi Pariſ. *d. verſic. 1.* communis vt per Sarmien. *vbi ſupra*, in qua ſpecie intelligenda videtur ſententia gloſſæ *in dicto cap.*

Digitized by Google

cap. de Conſtantinop. tunc ſupponendi ſunt termini habiles, ideſt quod interuenerint omnia neceſſaria, & ità conſenſus Capituli, ſeu Eccleſiæ argumento *cap. 1.* iuncta *gloſ. verbo ab omnibus, de conſtitut. gloſ. 1. in l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſijs.*

In tex. ibi (*rerum Eccleſiaſticarum, &c.*) Intellige in quibus Ius commune, vel præſumptio eſt contra pręſcribentem, prout contigit in propoſito, tum quia ſecundum Ius commune tota Sardinia nonniſi ad Romanam Eccleſiam in totum ſpectabat, vt habet is tex. in princ. ac ſubinde ipſum Ius commune in propoſito erat contrariũ Archiepiſcopo Piſano, & eius Eccleſiæ, reſpectu iudicatus, & iuramenti, de quibus hic, vt intendit Abb. *in præſenti num. 34. verſic. item poteſt*, tum etiam & eo maximè, quia vt probat tex. in præſenti, ex confeſſione Archiepiſcopi inſurgebat vehemens præſumptio cõtra illum, ſcilicet quòd iudicatus & fidelitatis iuramentum non ad ipſum, aut eius Eccleſiam, ſed ad Romanam tantummodo pertinerent, & conſequenter neceſſarius erat titulus, qui cauſam præſcribendi tribueret, iuxta tex. *in cap. 1. hoc tit. lib. 6.* prout intelligunt antiquiores hic, Abb. *d. n. 34.* Pariſ. *46. gloſ. magna verſic. pone exemplum*, vbi omnes *in d. cap. 1. gloſ. vlt. in cap. dilectio 16. quæſt. 3.* communis ex Couar. *in reg. poſſeſſor part. 2. §. 3. n. 6. verſic. prima*; ſic etiam *in cap. dudum 31. de decimis* requiritur titulus quia ſecundum communem ibi, & in dictis locis Ius commune erat contra Hoſpitalarios præſcribentes decimas, quas Ius commune Eccleſijs parochialibus conceſſerat *cap. cum contingat, de decimis* eodem etiam modo procedit tex. *in cap. cum perſonæ, verſic. quod ſi, de priuilegijs in 6.*

Nec obſtat *cap. de quarta, ſupra hoc tit.* vbi quarta decimarum & oblationem, quæ Iure communi Epiſcopis debetur, per quadraginta annos abſque vllo titulo præſcribitur à Clericis contra quos Ius commune exiſtit, quia vltra *gloſ. penult.* & Doctores ibi, ac *gloſ. 1. in reg. poſſeſſor*, & alios, reſpondetur cũ Bellemer. *num. 11.* tex. illum intelligendum eſſe ſuppoſitis terminis habilibus, ſcilicet interuenientre quadragenaria pręſcriptione legitima, in qua vltra bonã fidem titulus neceſſariò concurrat iuxtà hunc tex. & *d. cap. 1.* idque ſuadetur, quia cum illic circa tempus tota fuerit dubitatio, & quæſtio, quam Pontifex decidit, vtique circa reliqua de quibus non dubitatur, ſcilicet titulum, & bonam fidem, (quamuis tex. non exprimat) termini habiles ſupponendi ſunt, quaſi dicat tex. Clericos poſſe ſeruari quadragenaria præſcriptione concurrentibus alijs neceſſarijs, ideſt ſi nihil aliud obſtet, argum. *l. qui teſtamento, in princ.* ibi, *ſi aliud eos nihil impediat ff. de teſtam.* Nec item aduerſatur *cap. 1. ſup. hoc tit. cap. placuit il 2. 16. quæſt. 3.* vbi aderat Ius commune contrarium Epiſcopo alienam plebem, vel partem alienæ diœceſis conuertenti, & præſcribenti, & tamen non proponitur titulus aliquis, refellitur namque ſi aduertas illic auctoritate legis in Fidei fauorem poſſeſſionem iuſtificantis iuſtum titulum induci, argum. *l. iuſte poſſidet ff. de acquirenda poſſeſſione*, & conſequenter ex ſpeciali concurſu, & auctoritate legis procedere præſcriptionem illam, ſicuti ex eadem dominium, & ius plenum potuit ſtatim acquiri, iuxta *tit. C. de ſeruis, qui pro præmio.*

CAP. CVM OLIM. XVIII. *num. 3. in fine*, vnde illum, qui conſuetudine, vel præſcriptione acquiſiuit poteſtatem excommunicãdi, non poſſe alias cenſuras ferre notarunt Abb. *hic num. 7.* & Felin. *in cap. auditis num. 11. hoc tit.* Vgolin. *de cenſuris tabula 1. cap. 2. §. 11. à num. 3.* Soar. *tom. 3. diſp. 2. ſect. 2. à num. 13.*

CAP. QVONIAM. XX. *num. 2. in fine*, Licet fides multipliciter dicatur, vt per gloſ. & DD. *in rub. de Summa Trinit.* in propoſito, ſicut apud Paulum *ad Romanos 14. in fine*, ex quo verba hæc deſumuntur, fides accipitur pro Conſcientia, vt illic explicant gloſ. & Sacri Doctores, intendit aperte Pontifex hic, vt patet ex verſ. ſequentibus, *& in cap. litteras col. 2. de reſtit. ſpoliat. cap. quarat 6. verſ. etſi fides, de Pœnit. diſt. 3. cap. omnes §. illud 28. q. 1.* poſt alios Nau. *in cap. ſi quis autem num. 135. de Pœnit. diſt. 7.* Cou. *lib. 1. var. cap. 1. in princip.* licet aliter locum illum accipere videatur D. Ambroſ. *in cap. non ſanat. 1. q. 1.* vt tradit S. Thom. *2. 2. q. 10. art. 4.* Dicitur autem conſcientia fides, vel quia eſt credulitas quædam circa proprios actus, vel quia ſicut fides includit iudicium, quo aliquid iudicantes credimus, ita conſcientia, quæ eſt applicatio ſcientiæ ad ea, quæ agimus ex S. Thom. *1. 2. q. 19. art. 4. & 5. & quodlib. 3. art. 26.* importat iudicium, quo de noſtris actibus bonis, vel malis practice iudicamus ſecundum Cou. *vbi ſup.* Caſtr. *de lege pœnali lib. 2. c. 11. pag. parua 251.* Iuxta hunc ergo ſenſum ex auctoritate Pauli probat hic tex. omne id, quod non eſt ex conſcientia, vel ſecundum conſcientiam, & ita contra illam eſſe peccatum, non tantum vbi conſcientia recta eſt, veraque, ſed etiamſi falſa ſit, & erronea, vel denique dubia, vt declarat Pont. *in d. c. litteras & in cap. per tuas 36. de ſimon.* S. Thom. *d. art. 5. & 6. & d. quodlib. 3. art. 27.* vbi argumentis contrariæ partis reſpondit, *& quodlib. 8. art. 14.* Silueſt. *verbo Cõſciẽtia n. 2.* Nau. *in man. c. 27. n. 208.*

Ibid. poſt *num. 4.* Quamuis circa rationem varient ſcribẽtes tam hic, quàm *in reg. poſſeſſor, lib. 6.* vbi Io. Andr. *in mercurialib. q. 3.* Dyn. Monach. & alij, Mench. *illuſt. cap. 22. num. 8.* tamen ex mente communi, & Soti *lib. 4. de Iuſtit. q. 5. art. 8.* & aliorum, præſertim ex hoc eodem tex. *& cap. vigilanti, ſup. hoc tit.* dici poteſt rationem in hoc eſſe quia nullus delinquens per ſuum peccatum, & eius continuationem ex legis auctoritate acquirit præmium, vel commodum aliquod, vt colligitur tum ex reg. *cap. intelleximus, de iudic. cap. ex tenore, de reſcript.* cum alijs, tùm etiam quia abſurdum & omnino iniuſtũ eſt præmia, quæ virtutis tantum propria ſunt, & ſecundum omnem iuſtitiam conſtitui debent, vt boni, vel meliores efficiantur *l. 1. ff. de Iuſtitia*, ex legis auctoritate deferãtur iniquis, qui ſupplicia promerentur, & ita quod lex ſit nutritiua peccatorum, quibus fauet, & ad quæ inuitat ſubditos, quibus pro ſuppliciis præmia, pro incommodis, quæ promerebantur, contra Iuſtitiam commoda defert, contra reg. *cap. erit autem*

lex 4. diſt. cap. qua contra more 8. diſt. cap. ex parte, de conſuet. Conſtar autem quod ſi malæ fidei poſſeſſor vllo tempore præſcribat, iam delinquens ipſe per ſuam malitiam, nequitiam, & peccatum, etiam continuatum, contra omnem iuſtitiam retinens alienam rem, præmiũ, & commodum acquirit, ſcilicet dominium eiuſdem rei, vel ius alienum, quod præſcribit, *l. 2. ff. de vſucap.* igitur, &c.

Ibid. *n. 5.* Iniuſtæ igitur ſunt, & vt tales merito abrogantur leges Ciuiles præſcriptionem cum mala fide admittentes, ita quod etiam in foro Ciuili vim non habeant, idq. aperte probat is tex. ibi, nulla valet, & ibi, tam Canonica, quàm Ciuilis, tex. *in cap. vigilanti, & in cap. pen. hoc tit.* reſoluunt *gloſ. 3.* & alij hic, Cou. in *reg. poſſeſſor p. 2. §. 11. nu. 3.* pulchrè Fortun. *de vltimo fine illat. 2. à princip.* Tiraq. *de præſcript. gloſ. 2. à princip.* Padil. *in l. 2. n. 78. C. de ſeruitutibus,* Peres *ad rub. tit. 14. lib. 3. Ordin.* Auendan. *de exequendis mand. lib. 2. c. 11. col. 2.* Quamuis contrariam ſententiam, immo quòd huiuſmodi leges in ſuo foro poſſint & debeant obſeruari, licet in Canonico non recipiantur, teneant Ioann. Andr. *in reg. poſſeſſor q. 3.* vbi Anch. *col. 1. & 2.* Adrian. *quodlib. 6. art. 3. verſ. quoad rationes, & in 4. tit. de reſtitut. §. hoc ſuper, in fine;* Pract. Ferrarien. *in forma reſponſionis Rei conuenti §. præſcriptionis, num. 28.*

Ibid. *n. 6. in fine,* Gabr. *commun. ſub hoc tit. concl. 1. n. 55. verſ. contrarium,* Valaſc. *de iure emphyt. q. 8. n. 25.* Molin. *de primog. lib. 2. c. 6. n. 67.* & ſuadetur, quia ratio, quam ſupra addidimus, ob quam præſcriptio cum mala fide prohibetur, multò magis in præſcriptione immemoriali viget, in qua peccatum malæ fidei poſſeſſoris eo grauius eſt, quò ille diutius alienum retinens commoratur *c. vlt. in princ. de conſuetud.* quamuis contradicant Salicet. *in l. 2. n 8. C. ſeruitut.* & alij relati à Cou. Molin. & Mench. *vbi ſupra.*

Ibid. *n. 7. in fine,* ex antiquioribus Duen. *reg. 6.* Padil. *in l. 2. n. 42. C. de ſeruitut.* Gabr. *commun. ſub hoc tit. concl. 3. & 4.* addit ad Bernard. *reg. 578.* Pro quibus faciunt generalia verba huius tex. ibi, nulla valeat, &c. quæ omnem præſcriptionem excludunt. Deinde verba vltima tex. ibi, conſcientiam rei alienæ, quæ ſatis verificari videntur in debitore, qui dum ſcit ſe debere, & retinet inuito creditore, habet conſcientiam rei, ideſt iuris alieni, *l. rei appellatione 23. ff. de verbor. ſignificatione.* Accedit & ratio in qua tex. iſte abſolute fundatur, ſcilicet peccatum, quod committit is, qui mala fide præſcribens per ſuum ſcelus ex legis auctoritate præmium conſequitur, quæ ratio aperte viget in quouis debitore mala fide, & cum peccato debitum retinente. Quamuis contrariam ſententiam, immo quod tex. hic, & ſimiles locũ non habeat in præſcriptione actionum perſonaliũ, quæ etiam cum mala fide procedere poſſunt, teneant Hoſt. *in ſum. tit. de præſcript. rerum immob. §. quares n. 4.* Bart. *in l. ſequitur §. ſi vera ff. vſucap. & in l. nemo poteſt, n. 22. ff. de legat. 1.* & multis alijs in locis, de quibus per Ferret. *in l. 3. n. 86. ff. de vſucap.* & plures relati per ſupra citatos.

Ibid. *n. 8.* Exemplum poteſt poni in Bulla Pij. V. *33. in Bullario,* quam refert Steph. Gratian. *Marchiæ deciſ. 53.* relatus ab Aloyſ. Ricc. *collect. 285. in med.* qua attenta hic Romæ famuli ſalarium præſcribitur biennio; & triennio apud noſtros Luſitanos per Ordin. *Regiam lib. 4. tit. 32.* de qua, & ſimili in Regno Caſtellæ agunt Cou. *in reg. poſſeſſor p. 2. §. 11. n. 2.* Padil. *in l. 1. C. de ſeruitut. à n. 43.* Auendan. *de exequendis mand. lib. 2. c. 30. à n. 11.* Mench. *ſucceſ. creat. §. 10. n. 33. & illuſtr. c. 89. n. 59.* Molin. *de Iuſtit. tract. 2. diſp. 67.* Gonzal. *ad reg. 18. Cancel. gloſ. 56. n. 83.* Matien. *l. 8. gloſ. 9. n. 4. tit. 11. lib. 5. nouæ Recopilat.* Gutier. *in l. nemo poteſt, à nu. 200. ff. de legatis 1.* Cam. *deciſ. 334.* Flores de Mena *vars. lib. 1. q. 8. §. 2. n. 41.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem verbo ſua facilitate n. 77.* Valaſc. *conſ. 125.* Rebell. de *obligat. Iuſtit. p. 2. lib. 14. q. 13. nu. 10. cum ſequentibus,* apud quos receptum eſt legem illam Luſitanã, & ſimiles non procedere vbi dominus eſt in mala fide, ſed bonam omnino eſſe neceſſariam, veluti ſi dominus non per ſe, ſed per œconomum, vel procuratorem cum famulo contraxit, & per eundem ſalarium ſoluere ſolebat, vel agitur de hærede, aut ſucceſſore, qui iuſtam habet ignorantiæ cauſam.

Ibid. *n. 9. in fine,* Dec. *in l. petens, n. 7. C. de pactis,* Cou. *lib. 1. variar. cap. 9. à n. 1.* Gabr. *commun. ſub hoc tit. concl. 6.* Baptiſta *de vſuris comment. 2. à n. 98.* quorum ſententia non eſt improbabilis, & bona nititur ratione, videlicet quia quamuis emptor ſciat ius illud competere venditori, nihilominus tamen dum pretium non offertur, iuſte & ſine peccato retinet, ac ſubinde non habet conſcientiam licet habeat ſcientiam rei, ideſt iuris alieni.

Ibid. *n. 14. in fine.* Vnde ſecundum hanc vltimam opinionem rectè infertur pœnam legalem etiam ipſo iure incurſam præſcribi poſſe ab hæretico, vel quocunque alio, cuius bona ipſo iure ad fiſcum pertinent, iuxta reg. *cap. cum ſecundum, de hæret. lib. 6.* licet enim huiuſmodi delinquens habeat ſcientiam rei alienæ, ideſt dominij ad fiſcum pertinentis *d. c. cum ſecundum,* non tamen habet conſcientiam rei alienæ, & ita neque peccatum iniuſtæ retentionis, quinimo tuta conſcientia retinet huiuſmodi bona, quæ licet exactus teneatur erogare, & pati executionem ante illam tamen reddere non tenetur in Conſcientia, *gloſ. 3.* recepta *in cap. fraternitas 12. q. 2.* S. Thom. vbi Caier. 2. 2. *q. 62. art. 3.* communis vt per Cou. *de ſponſal. p. 2. c. 6. §. 8. num. 10.* Nau. *in man. cap. 13. num. 66.* & relatos à Gabr. *commun. ſub tit. de criminalib. concl. 34.* Simanch. *de Catholicis c. 9. à n. 29.*

Ibid. *n. 13. in fine,* Hippol. *in princip. Inſtit. per quas perſonas, à num. 26.* Cou. var. *lib. 1. c. 9. n. 5.* Coſta. *in repet. §. cum in bello, verbo bona à n. 7.*

Ibid. *n. 14. in fine.* Intellige primò bonam fidem præſumi etiamſi illam non alleget is, qui præſcriptionem proponit ſecundum plures relatos per Mench. *illuſt. c. 70. n. 15.* de quo tamen vide Dec. *conſ. 267. n. 5.* Tiraq. *de præſcript. gloſ. 2. verſ. ſed quæſtionis.* Intellige ſecundò præſumptionem hanc eſſe iuris tantùm, itaut mala fides ex aduerſo legitimis modis, vel etiam indicijs probari poſſit iuxta *gloſ. verbo bona in cap. ſi diligenti, ſup. hoc tit.* Gam.

Luſit.

Digitized by Google

*Laſit.deciſ.*290. *num.*2. late Menoch. *de arbitr.caſu* 225.*a princ.* qui varios refert modos per quos mala fides probari poteſt, vltra quos notabilis eſt ille, qui colligitur ex Bald. per tex. ibi *in l. non eſt ferẽdus.ff.de tranſaction.* Balb.*4.p.4.q.29.n.8.* Grãmat.*deciſ.* 103.*a n.31.* Intellige tandem ſententiam huius gloſſæ procedere in dubio, vbi contra poſſidentem nulla apparet malæ fidei præſumptio, ſecus ſi appareat, vt in ſpecie *l.vlt. C.vnde vi,& in reg. qui contra iura,de reg. Iuris lib.6.* tradit gloſ.*d.verbo bona*, tunc etenim ad eam præſumptionem purgandam neceſſaria eſt ex aduerſo probatio bonæ fidei, vel præſumptio contraria fortior, quàm inducit ſpatium longiſſimi temporis, quo & mala fides præſumpta purgatur, & bona præſumitur, quandiu aliter contrarium non oſtenditur, ex Barr. *n.17.* per tex. ibi *in d.l.vlt.* ſequitur communis ex Cou. *in reg. poſſeſſor, p. 2. §.8. n. 3.* Mench. *illuſtr. c. 81.à n.* 2. Menoch.*remed.13.recup.n.70.* Molin.*de primogen.lib.2.c.6.n.68.* contra nonnullos relatos à Cou. quorum fundamentis ipſe reſpondere nititur.

Ibid. *n. 15.* ibi, *cap.* 77. Huius gloſ. opinionem ſequuntur DD. communiter vt per Abb. *n.40.* Pariſ.*à n. 48.* poſt alios *in præſenti*, Iaſ.*in l. 3.§.genera n.17.ff.de acquir.poſſeſ.* Balb.2.*p.3.q.2.* Nau.*in cap. ſi quis autem, n.89.de Pœnit. diſt.*7. Sarmien. *ſelect. c. 10. à n. 5.* Menoch. & Mench. *citatis locis.* Contrariam ſententiam, immo quòd huiuſmodi dubius non bonæ, ſed malæ fidei poſſeſſor ſit, tuentur Butr. *n.12.* Imol.*36.* hic, Pariſ. *n.13.in c.illud ſup. hoc tit.* Cuman.*n. 4. in l. naturaliter ff. de vſucap.* & poſt Adrian. Sot. & Ledeſm. intendit Ioſeph Angles *in floribus Theolog.in quæſt.de præſcript. art.2. diffic. 2. verſ. quo ita.* Sed has contrarias opiniones fœdere diſtinctionis componendas eſſe indico, vt ſcilicet opinio huius gloſ. & ſequacium in dubio iuſto & ſpeculatiuo recte procedat, ſi conſideres bonam fidem prout Iure Canonico intelligitur, altera vero Butr. & ſequacium procedat in dubio iniuſto, & culpabili, vel etiam in dubio practico.

Ad Lib. II. Tit. XXVII. de Sententia, & re iudicata.

CAP. SENTENTIA. I. *n.*2. ibi, *n.133.* adde Menoch. *conſ.110.n.66.* Sfort. Odd. *conſ. 20.n.55.* Steph. Gratian. *diſcept.forenſ.cap.103.n.21* Giurb. *deciſ.69.n.23.* Nam tunc demum ſententia contra Ius non valet quando error in tenore illius expreſſus ponitur pro fundamento eiuſdem ſententiæ *l. 1.ff. quæ ſententiæ ſine appell. l.2.quando prouocare non eſt neceſſe.* Intellige procedere quando ſententia in tali errore ſumpto pro fundamento ita fundatur, vt ab eo totaliter dependeat, & in illo principalis cauſæ definitio conſiſtat, nõ vero quando vltra prædictum errorem expreſſum in eadem ſententia, exprimitur aliud fundamentum legitimũ & ſecundum Ius procedens, ex quo eadem ſententia in illo conſiſtere poſſit, ſiquidem interueniente tali fundamento, & in illo fundata prædicta ſententia mero Iure valida eſt, non obſtante alio Iuris errore in tenore ipſius ſententiæ expreſſo, vt per Abb. hic *n. 7.* Vant. *d. tit. ex defectu proceſſus, num.123.* Hippol. *ſing. 617.* Tiraquel. *ceſſante cauſa limit. 22. num. 2. & 6.*

Ibid. *n. 3.* ibi, vt per, *gloſ. verbo contra leges*, Innoc. *in princ.* Abb. Felin. Bellem. omnes *n. 1.* Imol. & alij *in præſenti*, Barr. & DD. communiter *in l. cum prolatis ff. de re iudic.* Dec. *in c. quoniam contra à n.35. C. de probation.* Afflict. *deciſ.280.* Lancellot. *lib.3. inſtit. Iuris Canon. ſub hoc tit. §. ſi tamen*, Vant. *de nullit. tit. ex defectu proceſſus à num.* 118. Marant. *de ordine iudic. p.6. tit de ſentent. à n.117.*

Ibid. eod. *n.3. in fine*, Circa vero huius tex. intellectum variant DD. nam *gloſ. 2. in præſenti* dicit tex. eſſe intelligendum in illis ſententijs, quæ à non competenti Iudice proferuntur; alij indiſtincte putant nullam eſſe quamcumque ſententiam prolatam contra legem, Canonemuè contrarium diſponentem ab illo, quod per eandem ſententiam iudicatum eſt, ſi eadem ſententia per relationem ad acta proferatur. Ego vero prædictis, ac etiam alijs reiectis intellectibus dicendum puto tex. hunc tantummodo intelligi in ſententia, quæ in tenore ipſius aliquem errorem Iuris continet, licet enim aliæ ſententiæ, quæ præcedente defectu iuriſdictionis, ſeu perſonæ, vel ſimili nullius momenti ſit, nihilominus tamen per hunc tex. vt nobis videtur, ſolum illa nulla eſt ipſo iure, quæ in tenore ipſius aliquem expreſſum Iuris errorem continet; nam cum tex. iſte in ſua proprietate intelligendus ſit iuxta reg. tex. *in l. non aliter ff. de legat. 3.* & ſententia contra leges propriè & ſtricte ſolummodo illa dicatur, quæ circa modum pronunciationis Iuris repugnãtiam in ſe continet, qualis eſt illa in cuius tenore aliquis Iuris error expreſſus reperitur, merito effectum eſt vt tantummodo in illa tex. iſte intelligatur: confirmatur ex verbis huius tex. ibi, prolata, quod quidem verbum importat, & reſpicit ipſam Iudicis pronunciationem habito reſpectu ad illud, quod definitur, non vero ad aliud, quod præcedit in ipſa prolatione, prout in ſpecie conſiderauit Iureconſ. *in l. ſi expreſſim 18. ff. de appellationibus* ibi, expreſſim, & ibi, fuerit prolata, quibus verbis denotat Iureconſ. neceſſariam eſſe expreſſionem in eadem ſententia, & inſuper quod ipſa expreſſio in illa proferatur, hoc eſt in tenore ipſius.

Amplia primo tex. in præſenti ſic explicatum procedere in quacũque ſententia arbitri, hanc etiã contra leges prolatam non valere reſoluunt gloſ. verbo *ſiue iniqua in l. diem proferre 27. ff. de recept. arbitr.* gloſ. *verbo ſopiatur*, ſecundum veram illius litteram, *in cap. paſtoralis 14. in princip. de reſcript.* & in effectu *gloſ. verbo commiſſæ in l. 3. ff. de recept. arb.* Imol. *in c. 1. n.15. de conſtitut.* Felin. *hic n. 6.* Gabr. *commun. ſub hoc tit. concl. 4. nu.7.* vbi extendunt ad arbitros compromiſſarios, non tamen ad arbitratores.

Amplia ſecundo procedere in quibuſcunque legibus ſecularibus, vt in effectu ſentit gloſ. *verbo contra leges*, Felin. *n.2.* & apertiùs Abb. *n.2. in præſenti*, per hunc tex. eo quod dictio, ve, de qua hic, ſicut & dictio, &, diuerſa ſolet coniungere iuxta doctrinam *gloſ.* receptæ in *rub. ff. de Iuris & facti ignor.* ac ſubinde cum Põtifex adijciat verbum, Canones, ne-

ceſſariò dicendum eſt verbum, leges, præcedens de ciuilibus, & ſecularibus legibus intelligendum eſſe; accedit quod Pontifex hic agit de mora prolata à Iudice eccleſiaſtico, qui deficientibus Canonibus ſe ſecundũ leges iudicare tenetur, tradunt gloſ. *verbo ſecundum quod Canones in cap. 1. de officio Ordin.* Dec. *in cap. Eccleſia S. Mariæ, num. 42. de conſtitution.* ac proinde cum leges ſeculares dicant ſententiam contra illas prolata nullius eſſe momenti, vtique dicendum eſt Pontificem in præſenti mentionem feciſſe de prædictis legibus ciuilibus, vt inſtrueret hos Iudices eccleſiaſticos circa nullitates ex eiſdem prouenientes.

Amplia tertiò procedere etiam in legibus particularibus illius fori, in quo ſententia profertur, contra quas ſi ſententia proferatur nullius eſt momenti, vt per Abb. *num. 16.* & alios in præſenti, Bald. *in l. 2. num. 2. C. quando prouocare non eſt neceſſe*, Gabr. *commun. ſub hoc tit. concl. 7. nu. 5.*

Amplia quartò procedere in quibuſcunque conſtitutionibus eccleſiaſticis, quæ etiam Canones vocantur, *c. Nicana in princ. 31. diſt.* Gratian. *in ſum. 3. diſt. Abb.* hic *not. 1.* Imol. *in d. c. 1. de conſtit. in princ.* vbi Dec. *in 1. lect. n. 1.* factis ſcilicet tam à Concilio generali, quàm à Romano Pont. Caſſad. *deciſ. 7. n. 5. & deciſ. 12. n. 3. ſuper reg. Cancel.* & ibi Gom. *in proœm. quæſt.* 2. etiamſi ſint Epiſcopales quando non continent Iuris Canon. repugnantiam; ſiquidem & hæ quoad hunc effectum Canones indicantur, itaut contra illas prolata ſententia nullius ſit momenti Abb. *in præſenti not.* 1. Dec. *in d. c. 1. n. 4. in 1. lect.* licet contradicat Bald. *in cap. cum veniſſet, de eo, qui mittitur in poſſeſſ.* Vel dicta Sanctorum Patrum, quæ quidem ſub verbo, Canones, de quo in hoc tex. contineri dicendum videtur, dummodo referantur *in cap. fin. 15. diſt. & in c. de libellis 20. diſt.* eo quòd ſi concors ſit illorum ſentẽtia, & lex Canonica deficiat, vim faciũt & auctoritatem legis Canon. cenſentur habere nõ ſolum quoad Fidei dogmata, ſed etiam quoad mores, de quibus ſecundum illa inter eccleſiaſticos, & per Iudices eccleſiaſticos iudicatur, vt probat tex. *in d. cap. de libellis*, & ita in ſpecie tradunt *gloſ. verbo in iſtis in c. noli meis diſt. 9.* recepta ex Felin, *à nu. 3.* vbi Dec. *à n. 4. in c. ne innitaris, de conſtit.* Cano *de locis Theolog. lib. 7. cap. 3.* Albertin. *de agnoſcendis q. 15. à n. 7. & 13. & q. 40. à n. 47. & 53. & q. 21. a n. 8.* Cou. *lib. 4 var. c. 16. à n. 1.* Viuald. *in candel. aureo p. 1. in initio n. 4.* quicquid aliter intendat Caſtr. *aduerſus hæreſes lib. 1. c. 7. & lib. 2. de lege pœnali c. 9. verſ. a.*

Limita nõ procedere quando ſententia profertur contra legem loquentem tantumodo in ſimili caſu, diuerſo tamen ab illo, de quo agitur, vt per Felin. hic *n. 15. verſ. limita 9.* Bald. *in l. 2. n. 7. C. quando prouocare non eſt neceſſe*, Gabr. *commun. ſub hoc tit. concl. 7. n. 21.* Vel quando leges nõ claros & manifeſtos, ſed varios, & obſcuros habuerint intellectus, de quibus probabiliter dubitari poſſit, tunc enim ſententia mero Iure valet, licet prolata ſit iuxta aliquẽ intellectum non verum, & minus probabilem, vt per Bart. *n. 2. in fine*, Alber. *in princ. Iaſ. n. 12.* Alex. *à n. 8.* & alij *in l. cum prolatis ff. hoc tit.* Bald. *d. l. 2. n. 6.* Abb. *nu. 9.* & Felin. *n. 15. in præſenti*, Gabr. *ſub hoc tit. concl. 7. n. 19.*

Ibid. poſt *n. 4.* In tex. ibi [*ipſo Iure*] Ergo ad annullandam ſentẽtiam contra leges, Canonesue prolatam hominis miniſterium non requiritur, & abſque illo nullum habet effectum, ex eo quòd talis ſententia ipſo iure eſt nulla, vt per Bart. & DD. communiter *in d. l. prolatis, Dec. à n. 35. in c. quoniã contra, de probat.* Lancel. *lib. 3. inſtit. Iuris Can. ſub hoc tit. §. 51.* nã cum hominis miniſteriũ nõ requiratur vbi lex executor eſt ipſius nullitatis, quam inducit, & data nullitate ipſo iure incurſa dicatur lex eſſe executor illius, vt tradunt omnes *in c. cum ſecundum, de hæret. lib. 6.* vtique neceſſariò dicendum eſt ad annullandam ſententiam contra leges Canoneſue prolatam, de qua agit, hominis miniſterium non deſiderari, cum talis ſententia ipſo iure nulla ſit, vt patet ex hoc tex. in verbis proxime relatis. Illud tamen aduertendum eſt Iudicem proferentem ſententiam prędictam, ſicut & aliam ipſo iure nullam, poſſe illam reuocare, quod quidem in Iudice Ordinario citra controuerſiam procedit propter tex. expreſſum *in l. 1. in fine C. de ſentent. & interloq. & in l. ſi præſes 6. C. quomodo, & quando Iudex.* In delegato vero communis eſt ſentẽtia non poſſe iterum aliam proferre ſententiam, tradunt gloſ. 1. in fine *in l. Iudex poſteaquam ff. hoc tit. gloſ. vlt. in l. ſi vt proponis 4. C. quomodo, & quando Iudex.* Abb. *in præſenti n. 25. &* Bellem. 7. dicit communem Dec. *in c. in litteris n. 5. de officio deleg.* Rip. *in l. quod iuſſit, n. 63. ff. hoc tit.* Capell. Tholoſ. & ibi addit. *deciſ. 114.* Menoch. *de arbitr. q. 67. à n. 2.* Mayner. *in l. nemo poteſt. à n. 13. ff. de regulis Iuris*, Vant. *de nullitat. tit. coram quo à n. 14.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem verbo implorandũ à n. 21.* quicquid dicat Bald. hic *à n. 4.* niſi eius opinionem intelligamus in delegato inferioris, qui non ad vniuerſitatem cauſarum, ſed ſimpliciter ad aliquam cauſam ab inferiore delegatur.

CAP. IVRGANTIVM, II. *n. 2.* ibi, terminari, ideſt celeri ſententia eſſe terminandas, idem probant tex. *in cap. ſicut 2. q. 1. & in c. finem litibus, & in cap. fin. de dolo*, tradunt *gloſ. in præſenti verbo celeri*, Abb. *n. 2.* Bald. Imol. *in princ.* Felin. *n. 5.* & alij hic.

Ibid. poſt eund. *n. 2.* Sed obſtat *l. properandum, in princip. C. de iudic.* vbi tex. dicit à litis conteſtatione vſque ad diffinitiuam ſentẽtiam per ſpatium triennij proceſſum iudicij durare poſſe. Deinde obſtat *l. 2. C. de ſentent. ex breu. recit.* vbi tex. aperte prohibet repentinas, & cum celeritate prolatas ſententias. Vnde nonnulli DD. quos refert Cou. *in c. quamuis p. 2. §. 1. n. 4.* exiſtimant faciendam eſſe differentiam inter Ius Ciuile, & Canonicum, itaut tex. in præſenti cum ſimilibus procedant attento Iure Canonico, alia vero Iura in contrarium adducta procedant de Iure Ciuili. Alij autẽ putant tex. in præſenti non ſolũ agere de ipſa ſententia, ſed etiam de tota inſtantia, & proceſſu iudiciali, itaut ſicut illa, iſte item celeris ſit, & ſicut in vna, ita in alio celeriter procedatur. Ego vero ex mente Aretini *in leg. 1. §. 1. num. 12. ff. de verbor. obligation.* & Felin. *hic num. 6.* melius dicendum puto tex. in

præſen-

præſenti ſolum agere de prolatione ipſius ſententiæ poſtquam in cauſa concluſum eſt: pro quo intellectu faciunt verba huius tex. ibi, celeri ſententia, quibus verbis tex. manifeſte innuit celeritatẽ de qua hic tantũmodo eſſe neceſſariã in ſentẽtia, per quã idẽ tex. iubet litigãtiũ cõtrouerſias terminare, eo quòd tex. aperte in illis verbis coniungit celeritatẽ cum ipſa ſententia, patet ibi, celeri ſententia: vnde cum non ſit recedendum in dubio à verborum proprietate, iuxta reg. tex. in *l. non aliter ff. de legat. 3.* neceſſariò videtur dicendũ tex. in prçſenti tantummodo agere de prolatione ipſius ſententiæ à Iudice facienda poſtquam in cauſa concluſum eſt.

CAP. NON POTEST. III. *n. 2.* ibi, deponendum, vnde interueniente iſta cauſa ex magno, ſeu graui crimine reſultante poſſe clericum deponi, vltra tex. in præſenti, probant etiam *c. inuentum 16. q. 7. c. tua 6. de pœnis c. nouimus 27. §. fin. de verbor. ſignif. c. at ſi clerici in princ. & cap. cum non ab homine, de iudic.* reſoluunt Abb. *n. 1.* Felin. *n. 5. in præſenti, gloſ. in ſum. 15. q. 8. & alia verbo & damnatione in c. 1. 81. diſt.* gloſ. *verbo ſupplicauit in c. fin. 1. q. 5. gloſ. vlt. in c. 1. de capell. monach. lib. 6. & verbo grauiſſima in cap. ad Apoſtolicæ, hoc tit. eod. lib.* Albertin. *in c. 1. q. 11. de heret. lib. 6. & de agnoſcendis q. 25. nu. 33.* Duen. *reg. 101.* Clar. *§. fin. q. 74. nu. 2.* Cabed. *deciſ. 83. n. 4. p. 2.* Intellige tex. in depoſitione verbali, nam cum agat de imponenda depoſitione propter iſtas cauſas, quæ ex criminalibus reſultare poſſunt non facta declaratione, quæ nam cauſæ ſufficientes ſint, proptereaque arbitrio iudicantis relinquantur iuxta tex. in *l. aut facta 16. ff. de pœnis,* Albertin. *d. q. 11.* Clar. *d. q. 74. n. 2.* Menoch. *de arbitr. caſu 415. n. 9.* vtique neceſſariò videtur dicendum de verbali depoſitione intelligendum eſſe, in qua prædictũ arbitrium attento Iure cadere poteſt circa crimen pro quo talis depoſitio eſt facienda. Confirmatur eadem explicatio quia tex. iſte agens de numero plurium Sacerdotum iudicãtium tribuitur S. Gregorio, qui floruit ab anno 591. quo tẽpore numerus plurium Sacerdotũ iudicantium iam requirebatur, prout conſtituerat circa annum 506. Concil. Agathenſe I. de quo *in cap. ſi quis tumidus 15. q. 7.* quod quidem Concil. non ſolum de depoſitione verbali in ordine ad actualem, ſed etiam in illa, quæ terminum pçnæ conſtituit loqnutum fuit, patet ibi, vel aliquam cauſam, &c. idem etiam antea conſtituerat Concil. Carthaginenſe III. de quo *in cap. ſi autem, ead. cauſa & quæſt.* ibi, ipſorum cauſas, &c. Vnde dicendum eſt S. Gregorium huius Decretalis Auctorem, qui poſt multum tempus floruit, de eadem depoſitione etiam tractaſſe. Deinde confirmatur eadem explicatio ex verbo, ſubmouere, de quo hic, iunctis verbis, ibi, à Sacerdotali gradu, quæ verba verificantur non ſolum in depoſitione in ordine ad actualem degradationem per quam quis non ſolum ab Ordinibus, ſed etiam ab omni priuilegio clericali deponitur, vt Curiæ tradatur ſæculari, verum etiam verificantur in depoſitione verbali per quam quis ab officio perpetuò remouetur, conſtito termino pœnæ in eadem condemnatione, idque etiam patet ex verbo, ſententia, de quo in hoc tex. quod quidem magis proprie dicitur de verbali depoſitione, prout terminum pœnæ conſtituit.

CAP. EA, QVÆ. IV. poſt *nu. 1.* Collige ex tex. ſententiam ab inferiori prolatam confirmandam eſſe per Romanum Pont. idem probant tex. *in cap. omnibus modis, cap. ſicut ergo 35. q. 9. & in c. 3. de confirmat. vtili,* reſoluunt gloſ. *verbo roborentur,* Abb. *n. 4.* Imol. & Bellem. *n. 1.* Felin. & alii *in præſenti,* Bart. communiter receptus *in l. ſi expreſſim n. 17. ff. de appellat.* cõgerit multa Tiraq. *in tract. le mort p. 6. declar. 2. n. 8.* Aliqui DD. prout ſunt Bartol. *d. n. 17.* Alex. *in l. de pupillo §. qui opus n. 3. ff. de noui ope. nũc.* Iaſ. *in l. 2. C. de edicto D. Adr. tol. n. 2.* Dec. *in c. 2. n. 8. de confirm. vtili,* intelligunt hunc tex. in ſententia iuſta, & valida, poſtquam tranſiuit in rem iudicatam, itaut ille, qui eam obtinuit poſſit petere ipſius confirmationem à Pontifice. Verum hic intellectus ad litteram tex. nullo modo accomodari poteſt, quia ſecundum illum otioſè Pontifex hic ſtatuiſſet poſſe peti confirmationem à Sede Apoſt. ex gratia, quam ipſa ſine lege dare poteſt, & cum lege non tenetur: tum quia tex. hic videtur imponere præceptum per illa verba imperatiua roboretur.

Quare dicendum eſt tex. in præſenti tantum intelligi in confirmatione iuſtitiæ, quæ mediante appellatione, vel ſupplicatione à parte poſtulatur: nam cum data appellatione, vel ſupplicatione ſecundum Iuris ordinem Pontifex quatenus iudex eſt teneatur ſententiam à qua appellatur cõfirmare, vel infirmare, & hæc confirmatio, vel infirmatio non aliter quàm exigente iuſtitia per ſuam ſententiam facienda ſit, meritò effectum eſt vt confirmatio de qua tex. agit, ſit confirmatio iuſtitiæ, & in illa debeat intelligi, qui quidem intellectus etiam confirmatur ex verbis huius tex. ibi, noſtra quoque ſententia, quibus verbis tex. apertè ſupponit in verbo, quoque, aliam eſſe ſententiam circa quam partes habent controuerſiam, & in verbo, ſententiam, apertè denotat per modum ordinarium confirmationem eſſe faciendã ſi præcedat rationabilitas, qui quidem modus ordinarius dicitur iuſtitiæ ſicut dicitur gratiæ, quando modus extraordinarius eſt. Confirmatur etiam ex alijs verbis huius tex. ibi, iuſtè & rationaliter fuerit definita, in quibus Pontifex videtur profiteri quòd licèt ſupremam habeat poteſtatem, qua poſſit aliquando contra Iuris regulas iudicando diſpenſare, vt colligitur ex tex. *in cap. in cauſis, infra hoc tit.* regulariter tamen ſi valide & iuſte definitum ſit ab inferiore, non poteſt ille talem definitionem reuocare, ſed neceſſariò confirmare debet, prout etiam colligitur ex verbo, roborentur, quod quidem (vt ſupradictum eſt) præceptum imponere cenſetur, & ità obligationem inducere videtur ac ſubinde de confirmatione iuſtitiæ neceſſariò tex. eſt intelligendus.

CAP. DE CÆTERO. V. poſt *n. 1.* probat hic tex. executorem alicuius ſententiæ prolatæ non poſſe cognoſcere de exceptionibus, quæ contra ſententiam opponuntur, idem probat tex. *in l. ſi Prætor 75. in princ. & in §. Marcellus. ff. de iudic.* tex. opt. *in l. ſi vt proponis 6. C. executione rei iudicatæ, & in c. paſtoralis §. quia verò, de officio delegati,* tradunt gloſ. Inn. *in princ.* Abb. *n. 2.* Felin. *n. 4.* Imol. & Bellem. vterque *n. 1.* & alij *in præſenti,* Bart. & omnes *in*

l. à diuo

Digitized by Google

l. à diuo Pio, in princ. ff. hoc tit. & in l. etſi non cognitio C. ſi contra ius, Vant. *de nullitatibus tit. coram quo nu.* 22. Menoch. *de arbitrarijs quæſt. 38.* Roland. *conſ. 37. nu. 15. lib. 1.* Gam. *deciſ. 207. a nu. 6.* Albertin. *de agnoſcendis quæſt. 22. a n. 6.* Intellige in mero Inris executore, cui in auxilium iuriſdictionis integra, & adhuc non diſcuſſa ſententiæ executio committitur, nam cum tex. agat de executore, qui propter diſcuſſionem cauſæ principalis tãtummodo cognoſcere poteſt de exceptionibus ſententiam infringentibus ad effectum vt remittat, non verò vt definiat, & id ſolum ſit merus inris executor, cui in auxilium iuriſdictionis integra, & adhuc non diſcuſſa ſentẽtię execntio committitur, vtique neceſſariò tex. iſte intelligendus eſt in mero executore Iuris, cui in anxilium iuriſdictionis prædicta executio ſententiæ cõmiſſa eſt. Confirmatur etiam hic intellectus ex verbis huins tex. ibi, à nobis latam, ex quibus apertè conſtat ſententiam de cuius executione rractatur, eſſe prolatã à Romano Pontifice, cui quidem ad illam exequendam non deficit iuriſdictio ex reg. tex. *in cap. cuncta per mundum 9. quæſt. 3.* ac proinde neceſſariò dicendum eſt executorem, de quo in hoc tex. nõ in defectum, ſed in auxilium iuriſdictionis, & ità ad faciliorem expeditionem fuiſſe conſtitutum. Confirmatur deinde ex alijs verbis eiuſdem tex. ibi, ſententiam præcipimus per aliqnem executioni mandari; quibus verbis conſtat ſuiſſe delegatam ſententię executionem, integram & adhuc non ventilatam.

Non obſtat tex. in *d. l. etſi non cognitio*, relata à Gratian. *in cap. dicenti verſic. etſi non cognitio 25. quæſt. 2.* quia procedit quando fraus contingit circa merita & iuſtitiam cauſæ principalis, & ita circa exceptionem peremptoriã aduerſario cõpetentem, tũc enim de toto negotio cognoſcit executor delegatus, & in eo verificantur verba huius tex. imperſonaliter prolata, ibi, de toto negotio cognoſcatur.

Nec etiam obſtat *cap. paſtoralis §. quia vero, de offic. deleg.* quia procedit in mero Iuris executore in auxilium inriſdictionis dato. Nec etiam obſtat *cap. 2. de crimine falſi*, quia agit pariter de mero Iuris executore, cui in auxilium iuriſdictionis committitur plena alicuius ſententiæ executio, patet ex illo tex. ibi, ſententiam, iunctis alijs verbis, ibi, ſub nomine noſtro, quibus conſtat ſententiam fuiſſe prolatam à Romano Pont. qui quidem executor non fuit laudatns ab eodem Pont. in eo quòd admiſit exceptiones ſalſarnm litterarnm, ſed ſolùm in eo quòd talem ſententiam executioni non mandauit, & ſic ſnpereeſſit in ead. execntione, vt colligitur ex alio verbo illins tex. ibi, non obſerues, quod quidem ſacere tenebatur, ac proinde in alijs ſupponendi ſunt termini habiles, hoc eſt quod idem executor exceptiones ſalſitatis oppoſitas remiſit ad Pontificem delegantem, per quam remiſſionem Pontifex notitiam habnit fortaſſe de ſacto executoris, propter quod illum laudauit.

CAP. CVM ALIQVIBVS. IV. *n. 2. in fine*. Intelligitur hic tex. per Hoſt. Butr. Abb. & reliquos vt procedat in pignore prætorio, de quo in tit. C. *prætorio pignore, & in l. miſſio ff. pro emptore*, explicãt Cuiac. *lib. 5. obſeruat. cap. 30. & lib. 9. c. 37.* Mainus *lib. 2. actionum cap. 14.* vel forſan vt cum aliqnis à Iudice cauſa cuſtodiæ, vel rei ſeruandæ in poſſeſſionem mittitur, inxta *tit. de eo, qui mittitur*, & *cap. quoniam §. in alijs, vt lite non conteſt.* ita quòd nõ ſufficiat in his terminis dari pignora, ſed oporteat corporalem poſſeſſionem tradi: qui quidem intellectus licet in ſe verus ſit, vt patet ex *l. non eſt ff. de pignor. action.* non ſatisfacit huic tex. tũ quia reſtringit litteram illius, & titulum ſub quo collocatnr, tùm etiam quia verba illa, adiudicata poſſeſſione, proprie & ſimpliciter important poſſeſſionem abſolutè, & in totum adiudicatam, ideſt, applicatam alicui per ſentẽtiam tanquam ipſins propriam iuxta *cap. Abbate in princip.* ibi, adiudicare, *hoc tit. lib. 6.* Vnde verius eſt tex. iuxta verba, & titulum generaliter procedere vbicnmque alicui per ſententiam poſſeſſio adiudicatnr, vt ſecundo loco intelligunt omnes hic, Tiraq. de *retractu lig. §. 3. gloſ. 3. n. 15.* Menoch. *remed. 15. recup. n. 644.* iuxta quẽ intellectum conſonat tex. *in l. qui reſtituere 68. in princ. ff. de rei vendic.* Et ratio eſt quia is, qui per ſententiam tenetur adiudicatam alijs poſſeſſionem tradere, vel reſtituere dando pignora, nec ſatisſacit verbis ſententiæ, quæ proprie & præciſe intelligi debẽt ex Bart. *in l. Iulianus n. 5. ff. de condict. indeb.* recepto communiter ex Menoch. *de arbitr. q. 69. n. 15.* nec item ſatisſacit intentioni Iudicis poſſeſſionem adiudicantis, qui litis controuerſiam terminare intendit *cap. 2. ſup. hoc tit. l. 1. ff. eodem*, non autem vt ex priori lite iam deciſa lis alia ſuper pignoribus ſuſcitetur *l. terminato, in fine C. de fructibus, l. 4. §. 1. ff. hoc tit.* & denique non ſatisſacit victori, cui inuito pro poſſeſſione pignus, & ita aliud pro alio præſtare nequit ex *reg. l. 2. §. 1. in fine ff. ſi certũ pet. Princip. Inſtit. quibus modis tollitur*. Sic ſane iuxta hunc intellectum ex mente omnium verba illa, adiudicata poſſeſſio, poſſunt intelligi vel pro re ipſa, & proprietate, iuxta *l. interdum 78. ff. de verb. ſignif. cap. poſſeſſiones, de rebus Eccleſiæ*, vel etiam pro vſu, & poſſeſſione rei, iuxta *tit. ff. de acquirenda poſſeſſ.* vt notant Tiraq. & Menoch. *citatis locis.*

Amplia tex. procedere etiamſi victor, cui poſſeſſio adiudicatur, acceptet huinſmodi pignora, quæ ad cautionem, & ſecnritatem præſtantur, adhuc enim niſi aliàs facta ſit nouatio, huiuſmodi pignorum datio non ſufficit vt ſatisfiat ſententiæ poſſeſſionem adiudicanti, ac ſubinde niſi aliud obſtet de illius executione agi poteſt. *d. l. 4. §. ſi ex conuentione, verſ. ſed etſi*, vbi omnes notant. Amplia rurſus etiãſi cõdemnatus det pignora pto æſtimatione rei adiudicatæ, vt ex illis ſatisfiat victori tam de valore, quàm de eo, quod intereſt, immo etiamſi pignora multò maioris valoris dentur pro re ipſa, vel poſſeſſione adiudicata, quia adhuc id non ſufficit niſi victor conſentiat, nec liberatur victus à traditione, quippe cum non ſatisfiat ſententiæ, nec victori, cui inuito aliud quantumcumque in ſe vtilius præſtari non poteſt ex reg. *d. l. 2. §. 1.* iuncta *l. vlt. ff. de vſu & habit.* & reſolutis poſt alios per Sarmien. *ſelect. lib. 1. cap. 8 n. 22.* Caiet. 2. 2. *q. 88. art. 12. in princ.* Nec huic ampl. obſtat qnod obligatio dãdi rem eſt obligatio ſaciendi *l. ſi rem 28. ff. de verb. oblig.* in qua ſecundum communem nemo præciſe compellitur, ſed

liberatur

liberatur præſtando id, quod intereſt. *l. ſi quis* 13. *§. vlt. ff. hoc tit.* nam omiſsis alijs communis illa, à qua nouiores nõ immerito recedunt, limitatur communiter, vt non procedat in obligatione faciendi, quæ procedit ex ſententia Iudicis, vt hic, vel ex mandato ſuperioris, qui poteſt, ſicut & ad faciendum, præciſe cogere, probat *d. l. qui reſtituere*, cõmunis ex Anton. Gomez *de contract. c. 10. n. 22. verſ. quintus*. Nec item obſtat quod in *titulo C. ſi in cauſa iudicati*, accipiũtur, & ſufficiunt pignora, vt ex illorum æſtimatione ſatisfiat victori, quia ℞. dictum *tit.* & Iura ſimilia procedere vbi executio non in re certa, ſed in quantitate facienda eſt, veluti cum reus quantitatis debitor ad eandem perſoluendam condemnatur, vel etiam vbi rem certam per actionem realem, vel perſonalem tradere, vel dare condemnatus eſt, & nihilominus quia res illa non exiſtit, in eius defectum executio facienda eſt in ęſtimatione, iuxta *d. l. qui reſtituere*, his enim caſibus pignora in cauſam iudicati capiũtur, & ſufficiunt vt ex illis diſtractis per ſolutionem ſatisfiat victori, at vero tex. in præſenti procedit vbi certa res, vel poſſeſſio adiudicatur tradenda, ſeu reſtituenda, & ea exiſtat, itaque corporali eiuſdem poſſeſſione victor lætari poteſt, vt tex. habet.

In tex. ibi [*non ſufficit dari pignora*] Sic ſimiliter is, qui per ſententiam ſoluere tenetur non ſatisfacit dans pignora, vel fideiuſſores *l. 4. §. 1.* vbi omnes *ff. hoc tit. l. promiſſor 21. §. vlt. ff. de conſtit. pecun.* Bald. *in præſenti*, communis vt per Dec. & Cagnol, *n. 3. in l. nemo dubitat ff. de regulis Iuris*, Neguzant. *de pignorib. p. 5. memb. 1. n. 4.* Tiraq. *de retractu tit. 1. §. 3. gloſ. 3. à n. 14.* Rot. Bonon. *decis. 77. n. 3.* Intellige vbi quis cõdẽnatus eſt, vel tenetur ſoluere quãtitatem liquidam, alioquin ſi talis nõ ſit, ſat erit pignorum, vel fideiuſſorum cautionem præſtare, iuxta *l. ſtatuliber, l. ſi ſeruus 34. in fine ff. de ſtatuliber.* obſeruant Angel. Iaſ. Rip. & communis *in d. l. 4. §. 1.* multi vt per Tiraq. *d. tit. 1. §. 1.* gloſ. 19. *n.* 2. Rot. Bononien. *vbi ſup. n.* 2.

In tex. ibi [*corporali poßeſſione*] De corporali poſſeſſione agit tex. in præſenti ad excludenda pignora, non autem ad excludendam poſſeſſionem quibuſcumque modis legitimis tradendam, & licet de corporali poſſeſſione egerit, quia frequentius corpore, & actu traditur, & acquiritur, non tamen voluit excludere reliquos modos legitimos, & minus frequentes, iuxta *gloſ. verbo præſidentes*, in fine in *Clem. 1. de reſcript.* cum ſimilibus late adductis per Tiraq. *de retractu tit. 1. §. 20. n. 4. & 6. cum ſeqq.* præſertim quia etiam per alios modos vera poſſeſſio acquiritur arg. tex. *l. quod meo 18. §. 2. in fine ff. de acquir. poſſeſſ.*

CAP. LATOR. VII. poſt *nu.* 3. Ex quibus recte infertur ſententiam pronuntiantem non eſſe Matrimonium, quod eſt legitimũ, vel quæ Iure prohibitum admittit, nõ ita tranſit in rem iudicatam, qu in veritate comperta poſſit omni tempore retractari, quod quidem vltra fundamenta ſupra relata ex eo probatur quia ſententia, quæ iniuſtitiam continet litigantium conſenſu irremiſſibilem non ita tranſit in rem iudicatam quin poſſit veritate comperta retractari, *gloſ. in ſum. 35. q. 9. gloſ. vlt. in cap. inter, hoc tit.* vbi omnes, reſoluũt Abb. *n. 9.* Felin. 16. *in cap. lator inf. hoc tit.* Maraut. *de ordine iudic. 3. p. 6. nu. 147.* Tiraq. *de tractatu tit. 2. §. 1. gloſ. 2. nu. 37.* ſed ſententia pronuntiãs non eſſe matrimonium contractum, vel legitimum, cum in rei veritate contractum & legitimum ſit, continet iuſtitiam litigantium conſenſu irremiſſibilem, eo quod remittere non poſſunt vitium, & iniuſtitiam illorum, quæ non ſunt in ipſorum poteſtate, & ad ſuperiorem ſpectant, arg. tex. in *Clem. 1. in princip. verſ. nos inter, de elect. c. vlt. in fine, de pactis*, & quia vterque litigans ſciens ſententiæ iniuſtitiam grauiter peccat ſi obediat illi, cum potius neceſſariò teneatur oppoſitum facere iuxta ſupra dicta, ergo, &c. Accedit quia vt pungit Abb. *in cap. conſanguinei, n. 8. inf. hoc tit.* ſententia, quæ non tantum contra Ius priuati, verum etiam contra Ius Reip. promulgatur poteſt veritate comperta retractari, *l. Imperatores 35. ff. hoc tit.* notat gloſ. *in cap. 1. 35. q. 9.* plane ſententia in terminis de quibus ſupra non tantùm contra ius litigantis, verum etiam contra Ius, & bonum Reip. profertur, quia publice intereſt Matrimonia legitime cõtrahi, & contracta ad publicam trãquillitatem perdurare, illegitima vero omnino euitari, id quod vt fiat quilibet de populo tanquam in cauſa publica agens admittitur, *c. vlt. in princip.* vbi gloſ. *verbo voluerit, de clandeſt. deſponſat. cap. vlt. qui matrim. accuſ. poſ.* obſeruat Abb. *n. 7. in d. c. tenor*

His conſequens eſt recte Pontificem in ſpecie huius tex. conſtituiſſe retractari poſſe ſententiam, de qua hic ſi veritas in contrarium appareat, ſiquidem pronuntiauerat matrimonium eſſe illegitimum, & non valuiſſe propter metum illatum fœminæ, & quia illa non erat nubilis ætatis, cum tamen vtrumque eſſet falſum iuxta narrationem mariti, maxime attentis verbis, quæ ſunt in originali, vbi refertur maritum propoſuiſſe quod mulier hæc erat vidua tempore huiuſce matrimonij & inſuper quod in facie Eccleſiæ contraxit, ac ſubinde cum ceſſante omni impedimento legitimum fuerit matrimonium cõtra veritatem temere diſſoluebatur, & conſequenter illa comperta retractari debet ſententia, vt ſatis intendit tex. in fine, ibi, matrimonia canonice contracta, &c. idem intendit tex. *in cap. conſanguinei inf. hoc tit.* vbi ſi vera eſt confeſſio mulieris (quæ per ſe non ſufficit, vt ibi addam) ſententia pronunciauit non eſſe Matrimonium legitimum propter impedimentum compaternitatis, quod in rei veritate non ſuberat tempore contracti Matrimonij.

In tex. ibi [*ſi verbis conſtiterit*] Intellige etiam poſt longiſſimum 40. annorum ſpatium agi poſſe, & probata veritate ſententiam de qua hic retractari ex Imol. *n. 10. in Clem. 1. hoc tit.* Marau. *de ordine iudic. 3. p. 6. n. 154.* & ſatis intendit gloſ. vlt. *hic in princip.* & ſuadetur, quia ratio peccati irremiſſibilis per partes in qua tex. iſte fundatur, iuxta ſupradicta per ſpatium illud non tollitur, quinimo augetur magis arg. *c. vlt. in princ. de conſuetud.*

In tex. ibi [*non fuiße legitime ſeparatos*] Intellige etiamſi ſententia ſeparationis, de qua hic, per ſecundam, & tertiam confirmata ſit, adhuc enim tertia veritate comperta retractabitur, ex Butr. *n.* 32.

Præp.*n.19.in cap. fraternitatis,de frigidis, & maleſ.* Imol. *n.8.* Zabarel. *4. in Clem. 1. hoc tit.* intendunt alij vt per Gabr.*commun.ſub tit.de except.rei iudic. concl.1. nu.* 21. Nec obſtat *gloſ. verbo fornicario,in fine in d.cap. fraternitatis*, communiter recepta ex Abb.*nu.10.in fine*, Felin. *nu.5.in præſenti*, Cou. *de ſponſalib.p.2.c.vlt.§.vlt.n.12.*Gabr. *vbi ſup. n.* 13. Nam licet gloſſam illam reprobent nonnulli, quaſi velit non poſſe retractari ſententiam in cauſa matrimoniali bis confirmatam, vt per Butr.& Præpoſit. *dictis locis*,Imol.*vbi ſupra n.1.* nihilominus gloſ. illa non negat ſententiam non poſſe retractari, ſed tantum dicit tertiam appellationem in propoſito non admitti, quia *tit.C.ne liceat tertio prouocare* cum ſimilibus, procedit etiam in cauſa matrimoniali ſecundum præcitatos, nec contrarium Iure expreſſum reperitur

In gloſ. [*Inſinuatione, 1.*] ibi, (*in quibus vertitur periculum animæ*) Vult hęc gloſ. maritum de quo hic contra factum proprium & propriam turpitudinem allegantem audiri propter periculum animę, & peccatum, in quo perſiſtebat matrimonio aliàs legitimo per fraudem illegitimè diſſoluto, Doctores cõmuniter ſequuntur hic, *gloſ.verbo turpitudinẽ in c.inter dilectos, de donation.gloſ.2.in c.tertio loco,de probation.*vbi Feli.*n.6.*Mant.*dialogo 52.*Bernar.*reg. 24. verſic. quinto*, ſecundum quos limitatur reg. *d. cap. inter dilectos, & l. cum profitearis C. de reuocand.donat.* de qua latè Felin. *hic à princ.*& vbi ſupra, Bernar.*d.loco.* Tiraq. *de retr.tit.1. §.1. gloſ.18. n.20.& 24. cum ſeq.* Sarmien.*lib.3. ſelect. cap. 13. num.5. &* 11. qui ex aliorum mente rectè aduertit reg.illam procedere tantum in materia, in qua turpitudinem allegans liberam habet poteſtatem, & poteſt de Iure exponere, tunc enim ne eidem turpitudo patrocinetur contra *cap.ex tenore 15. in fine, de reſcript.* non auditur illam allegans, ſecus verò ſi liberam poteſtatem non habeat, prout contingit vbi principaliter in Reip. Eccleſiæ, tertij alicuius, vel etiam animæ bonum propria turpitudo allegatur, ad quæ reducuntur omnes ferè limitationes congeſtæ à Felin. & Bernar. *vbi ſupra*. Adde in propoſito ex alio capite allegationem turpitudinis propriæ non obeſſe, quia agebatur contra participem eiuſdem turpitudinis, vt patet ex tex. ibi, vtrinſque ſtudio interueniente, iuncta *l.de tutela, C.de in integrum reſtit. minor.* vbi Doctores communiter, vt per Bernar.*vbi ſupra limitatione 1.cum ſeq.* Felin. *hic num. 1. & in dicto cap. tertio loco, num.7.*

In gloſ. [Permanere, vlt. 1.] ibi (*id eſt cum in gradu prohibito,&c.*) Intendit hęc gloſ.deciſionem huius tex. procedere ſiue ſententia prolata ſit contra matrimonium, vt quia pronuntiat non eſſe matrimonium, vel non eſſe legitimum, quod in rei veritate legitimè contractum eſt, vt accidit in propoſito huius tex. ſiue pro matrimonio, veluti quia pronuntiat eſſe legitimum, vel admittit illud quod in veritate iure contrahi prohibetur, vtroque enim caſu veritate comperta retractari debet ſententia quantumcunque in rem iudicatam tranſierit, vt docent Abb. Butr. & alij, vt per Felin. *hic n.3.* communis *in cap.iurauit, de probat.*Palat.*in repet.cap.per veſtras,de donat.inter virum not.ab.4. in princ.nu.20.* Gabr. *lib.communium tit. de teſtib. concl.25.num.69.* Couar.*de ſponſal.part.2.cap.vlt. §.vlt.n.19. verſic.ſecundo*; quicquid contrarium intendat gloſ. magna *in d.cap. iurauit, gloſ.vlt. in cap.ſeries 26.& in cap. cum in tua, 44. de teſtib.*

CAP. CVM CAVSA. VIII. poſt *n.* 2. in tex.ibi (*Nos autem,&c.*) Collige ex tex. non valere conſuetudinem in præiuditium, & contra Eccleſiam introductam, idem probat tex.*in cap.omnia 12.diſt.& in cap.1.& in cap.cum inter.5.& in cap. cum venerabilis.7.de conſuet.& in cap.1.de ijs, quæ fiunt à maiori parte Capituli,& in cap.3. de inſtitutionib.& in cap.Clerici 8.de iudicijs*, tradunt *gloſ. verbo, promulgauit*, Innoc. Abb.*n.4.* Felin.*nu.8.& 12.* Imol.*n.4.*& alij *in præſenti*, Iaſ.*in l. de quibus. num.62.ff.de legibus,& conſ.88.in princ.vol.3.* Doctores communiter, vbi Abb. *nu.6.in cap. nulli, de rebus Eccleſiæ*, refert plures Couar. dicens communem ſententiam *lib.2. variar. cap.17. nu.4.* Rebuff. *in comp.alienat.à num.20.* Gam.*deciſ.83. n.1.* Ratio autem deciſionis redditur diuersè à Doctoribus; nonnulli enim exiſtimant conſuetudinem in ſpecie huius tex. effectum non habuiſſe, nec auctoritatem, quia præſcripta non erat. Alij verò dicunt propterea conſuetudinem, de qua hic, non valuiſſe in præiuditium Eccleſiæ, quia non per Eccleſiaſticos, ſed per ſæculares erat introducta, ac proinde licèt ipſi introducentes per illam ligarentur, nequaquam tamen Eccleſiæ ligabantur. Tertio loco alij intelligunt tex.in præſenti agere de conſuetudine, qua cauebatur ne bona immobilia in Eccleſias tranſirent, vel ab ijſdem retinerentur, quinimmò ab illis quæſita intra certum tempus in laicos transferrerentur.

Verùm prædictis intellectibus omiſſis dicendum puto tex. in præſenti procedere in conſuetudine irrationabili, per quam remittebantur ſolemnitates, quæ in alienandis rebus Eccleſiæ requiruntur, prout intelligit gloſ.*d.verbo promulgauit*, Abb.*n.6.* & Doctores communiter *in d.cap.nulli*, Rebuff. *d. compendio à nu.20.* pro quo intellectu facit ratio, quam reddit Pontifex *in d.verſic.Nos autem*, quæ quidem verificatur in conſuetudine irrationabili, tum etiam quia in ſpecie huius tex. dupliciter fit mentio conſuetudinis, patet ibi, Veronen. Ciuitatis conſuetudinem, & ibi, ſecundum eamdem conſuetudinem, ſecundum quam Iudices duas protulerunt ſententias, & non eſt dicendum, quòd Pontifex in præſenti ſæpe repetitam conſuetudinem improbaret, ſi illa rationabilis proponeretur, ac ſubinde cum reprobaſſet non obſtantibus duabus ſententijs, vtique neceſſariò tex. de irrationabili conſuetudine intelligendus eſt. Tum denique per verbum, vendita, de quo hic, per quod conſtat alienationem de qua agitur, eſſe perpetuam, per quam totum ius Eccleſiæ ab eadem abdicatum cenſetur, quæ quidem ſine notabili, & iuſta cauſa fieri nequit, ac ſubinde cum in hoc tex. de tali cauſa non conſtet, vt in dubio propter Eccleſiæ præiuditiũ præſumenda non ſit, igitur videtur dicendum in hoc tex. ideò improbari conſuetudinem, quia irrationabilis erat. Quoad ſecundam partem intelle-

tellectus facit verbum illud, ab Archipreſbytero, de quo in hoc tex. per quod aperte conſtare videtur illum ſolum alienaſſe, vnde videtur dicendum non fuiſſe obſeruatas ſolemnitates, quas Iure requirunt, & ità tex. agere de conſuetudine, per quã remittebantur prædictæ Iuris ſolemnitates. Confirmatur denique ex alijs verbis tex. ibi, *ſpreta forma Canonum*, quibus verbis conſtat ſecundum Iudicem adiudicaſſe domum venditam laicis emptoribus, neglecta Canonum forma, quæ Canonum forma circa venditionem, de qua agebatur, alia non eſt niſi illa, quæ continetur *in cap. ſine exceptione*. 12.q.2.

CAP. TENOR. X. *num.* 2. *in fine*. Cui intellectui conſonant verba tex. ad finem ibi, illicita abſolutione, & iuxta hunc ſenſum mulier de qua hic non auditur contra ſententiam ex priuilegio cauſæ matrimonialis iuxta reg. *cap. lator, & cap. conſanguinei hoc tit.* ſed via communi nullitatis, quia ſententia in rem iudicatam tranſiuit, quamuis contradicant Abb. *nu.6.* Imol. *in princ.* Butr. *n.5.* & alij exiſtimãtes ſententiã in propoſito valuiſſe mero Iure, quia mulier per contumaciam abfuit, id quod nec tex. dicit, nec in dubio præſumi debet.

Ibid. poſt *n.4.* in gloſ. vlt. ibi (*ſed cũ aliquis, &c.*) Idem probant omnes in præſenti, vt Abb. *n.9.* Felin. *in cap. lator n.7. ſup. hoc tit.* Cou. *de ſponſalib. p.2. c.8. §.1. n.8.* reſoluentes in propoſito interdici vſum, & poſſeſſionem matrimonij, quia contractum fuit lite pendente contra prohibitionem Iuris de qua *in tit. vt lite pendente, & in cap. cũ in Apoſtolica, de ſponſal.* & ita contrahens Rodericus in præſenti contra *tit. de litigioſis* ſe ipſum temere alienauit, & in alterius poteſtatem per matrimonium tranſtulit iuxta illud Pauli relatum *in cap. non debet, de conſang.* conſonant *c.1. & vlt. de Matrim. contracto*

CAP. CONSANGVINEI. XI. poſt *n.* 2. In tex. ibi, (*ad ſecundas nuptias conuolauit*) Per hunc tex. ampliatur deciſio *cap. lator ſup. hoc tit.* ibi adducta, vt ſcilicet ſentẽtia in cauſa matrimoniali contra veritatem prolata vitium continens irremiſſibile per partes veritate legitime probata poſſit retractari etiamſi poſt ſententiam ſecundum Matrimonium ab vtroque vel altero coniuge contractũ proponatur, vt notãt omnes in præſenti, idẽ probãt *cap.* 1. vbi *gloſ. verbo retractare in c. laudabilem, in fine, de frigidis*, obſeruat *gloſ. pen.* vbi omnes *in c. ſicut 9. de teſtib. gloſ. in ſum. 35. q. 9.* & vtrobique communis, & ſatis euincit ratio iniuſtitiæ irremiſſibilis, de qua addidi *ad d. c. lator*, ſiquidem multò magis concludit vbi ſecundũ matrimonium contractum eſt, & manet cum peccato, ſi aliud in rei veritate legitimum exiſtebat.

Nec contrarium probat *d. c. ſicut, in verſ. ſuper quo*, iuncto verſ. ſequenti, nam reſpondet *gloſ. pen.* ibi ſupplendam eſſe particulam, maxime, ſequuntur DD. ibid. Sed non ſatisfacit, tùm quia ſupplet, tum etiam quia non ſatis conuenit litteræ, nec apparet quo in loco particula illa ſuppleri debeat; & tandem quia tex. *in verſ. ſi vero*, iuncto præced. abſque aliqua ſuppletione duo membra diſtinguit dicens in priori ſubſequuto ſecundo matrimonio imponendam eſſe pœnitentiam teſtibus tam de periurio, quod iuxta ipſorum confeſſionem commiſſum eſt, quàm de adulterio, cui iuxta eandem confeſſionẽ per falſum teſtimonium, quo ſententia prolata, & Matrimonium ſolutum eſt, cauſam dederunt, & de retractatione ſententiæ verbum nullum, deinde aduerſatiue *in verſ. ſi vero* inquit quod ſi res integra manet, & ſecundum Matrimonium contractum non eſt, diligenter inquirendi ſunt, &c. & ſententia retractanda, quæ diligens inquiſitio, & retractatio non fit, nec admittitur in priori membro, vbi ſecundũ Matrimonium contractum proponitur.

Vnde omiſſis alijs intellectibus, de quibus per Abb. *in d. cap. ſicut, n.6.* ex mente Ioan. Andr. Butr. Imol. Aretin. & aliorum ibi, Domin. *conſ. 27.* dicendum videtur in ſpecie illius tex. ſequuto ſecundo Matrimonio non retractari ſententiam, quia non conſtabat legitime de veritate contra illam, prout requiritur hic, & in ſimilibus, licet enim teſtes aſſeruerint ſe corruptos falſum perhibuiſſe teſtimonium, illis tamen, vt tex. habet, non creditur, & licet per alios, qui corruptioni præſentes fuerunt, eadem corruptio probetur, adhuc tamen non probatur veritas contra ſententiam, ideſt non ſubeſſe conſanguinitatem propter quam probatam diuortij ſententia prolata fuit, fieri enim rectè potuit vt corrupti teſtes veritatem dixerint, ac ſubinde probatio corruptionis falſitatem teſtimonij non concludit ex reg. *l.4. C. vnde legit.* iuncto *c. licet verſ. eidem, de probat.* & quamuis Pontifex huiuſmodi probationis corruptionem velut legitimam admittat *in verſ. ſi vero*, ad retractandam ſententiam vbi res integra manſit, & ſecundum matrimonium ſubſequutum non eſt, in qua ſpecie intelligenda eſt communis, de qua per Dec. *n. 20.* & Felin. *n. 30. in d. c. licet*, nihilominus tamẽ quia in ſecundo Matrimonio contracto agitur de grauiſſimo præiudicio, & eiuſdem diſſolutione, merito Pontifex huiuſmodi probationem non admiſit ad retractandam ſententiam, & diſſoluendum poſterius Matrimonium; in quem ſenſum ſatis defenditur intellectus gloſ. *in d. ſumma, & gloſ. vlt. 35. q. 9.* dum de facilitate, & difficultate agit.

Nec item obſtat *cap. vlt. 33. q. 1.* ibi, reconciliare nequibit, quam vltra Gratian. *gloſ. vlt.* & alios ibid. ex mente *gloſ. 3. in d. cap. 1. gloſ. vlt. in. d. cap. laudabilem*, *gloſ. verbo diuinum in d. cap. fraternitatis, illo tit. de frigidis, & maleficiatis*, S. Thom. *ad 3. par. q. 58. art. 2.* communis *in 4. diſt. 34.* vbi Sot. *q. 1. art. 3.* Cappel. vbi late addit. *deciſ. 380.* Rx. tex. illum ſpecialiter agere de maleficio; quod cũ ſua natura probetur, & ſit impedimentum reſpectu vnius tantum, non vero quoad alios, & propterea Iure concedatur impedito facultas contrahendi cum alia, merito dum is contracto ſecundo Matrimonio potens apparet non dicitur conſtare de veritate contra ſententiam, vel Eccleſiam deceptam eſſe, quippe quæ non iudicauit illum ſimpliciter, & abſolute impedimentum reſpectu omnium, ſed tantum reſpectu illius, cũ qua primò contraxerat, id quod ſecus eſt in impedimento frigiditatis, de quo *in d. cap. 1. & in d. cap. laudabilem, in fine, & in d. cap. fraternitatis*, in hoc enim probata potentia conſtat de veritate contra ſententiam, quæ abſolute quoad

omnes

Digitized by Google

omnes coniugē impotentē pronuntiauit, vt benè aduertit Abb. in *d. cap. 1. in fine*, & eſt de mente omnium.

In text. ibi [*propter ſolam confeſſionem, &c.*] Ergo ad retractandam ſententiam in cauſa matrimoniali prolatam non ſufficit quòd is pro quo lata fuit, confiteatur illius errorem, & veritatem eſſe in contrarium, idem intendit *c. lator ſupra hoc tit.* immo nec ſatis eſt vtriuſque partis confeſsio, quia ſuppoſita ſentētia pro qua Ius præſumit, contra illos eſt præſumptio, & timor colluſionis *gl. 2. in præſenti*, Abb. *n. 5. in cap. ſuper, de eo, qui cogn. conſang.* Cou. de *ſponſal. p. 1. c. 4. §. 1. n. 4.* Menoch. *de arbitr. caſu* 103. *à princip.* Non obſtat, quod in reliquis cauſis in quibus ſententia omninò tranſit in rem iudicatam, & irretractabilis eſt, ſufficit ad retractationem confeſsio illius pro quo lata fuit ex Innoc. *in cap. quia plerique, n. 3. de immun.* recepto, vt per Dec. *n. 39. in c. quoniam contra*, vbi Bero. *à n. 237. de probat.* Valaſc. *de iure emphyt. q. 7. n. 32.* quia reſpondetur doctrinam illam Innoc. procedere tantum vbi confeſſio fit circa ea, quæ pendent à libera voluntate, & poteſtate confitentis, & ipſius tantum reſpiciunt præiuditiū, nec vllatenus Iuri repugnat confeſſio, ac ſubinde veroſimilis pręſumitur, ſecus vero ſi confeſſio emanet ſuper iis, quæ non ſunt in poteſtate confitentis, alterius præiuditium continent, vel vbi confeſſio repugnat Iuri communi, itaut non veroſimilis, ſed per colluſionem facta præſumatur, vt in *d. c. ſuper gloſ. pen. in c. pen. de raptorib.* communis ex Menoch. & Cou. vbi ſup. *n. 5.* planè in propoſito non tantum aderat pręiuditium alterius ſcilicet matrimonij ſecundo loco contracti, verum etiam præſumptio impedimenti prætextu cuius lata fuit ſententia pro qua præſumitur, ac ſubinde confeſsio tanquam non veroſimilis Iuri contraria, & tertio præiudicans non ſufficit.

CAP. CVM OLIM XII. *num. 2. in fine.*

Et ita communiter receptum eſt eum, qui in eadem Eccleſia ex legitimo titulo habet duas præbendas, vel præbendam & dignitatem, vbi cuilibet per ſe ius vocis, & diſtributionum competit, & duplicem vocem, & duplices diſtributiones habiturum, Ioan. Andr. Zabarel. Abb. n. 6. Felin. 2. & alios *in præſenti*, communis, vt per Cou. *lib. 3. vari. cap. 13. n. 6.* *Hoied. de incompatibilit. benefic. p. 1. cap. 12. à n. 15.* *Rebuff. in praxi tit. de diſpenſat. ratione ætatis verſ. in Cathedralibus, ad fin.* Pro qua ſententia inter alia, quæ à prædictis adducuntur, vrget maximè quòd vbi munera, vel officia duo in vno, & eodem legitimè concurrunt, debet hic vnus ſicut duorum Iura habens, & vtriuſque munere fungens duplici potiri emolumento, perinde ac duo potirentur arg. *l. tutores 22. verſ. diſcreta, ff. de iis, quibus vt indign. cap. Ranutius, cap. Raynaldus, de teſtam.* dum de duabus quartis loquuntur, & in duobus officiis vt vtrumque habens vtriuſque ſalarium percipere debeat, probat tex. *in auth. vt iudices, §. illud*, vbi Angel. poſt alios Felin. *hic n. 1.* Pinel. in *l. 1. C. de bonis mat. p. 3. n. 73. col. 3.* quamuis in propoſito quoad duplices diſtributiones contradicant Butr. *n. 10.* & Guid. *in præſenti*, Roch. & Gom. relati à Cou. vbi *ſup.* Miles *in repertor. verbo diſtributiones*, addit. ad Coſm. *in pragm. tit. de collat. §. vlt. verſ. dignitas*, Rebuff. *vbi ſupra*.

In tex. ibi [*in irritum reuocabimus.*] Ergo non valet collatio beneficij à Pont. facta contra ſententiam ab ipſo prolatam, cuius in collatione mentio facta non fuit, vt notant omnes in pręſenti, Bart. *in l. quod iuſſit n. vlt.* vbi Iaſ. *in fine*, & nouiores, *ff. hoc tit.* Xuar. *alleg. 8. n. 16. & alleg. 9.* n. 8. *cum ſeq. & alleg. 28. n. 11.* qui teſtatur hunc tex. ab omnibus in id notari. His conſequens eſt veram eſſe doctrinam Bart. *in d. l. quod iuſſit, n. vlt.* dum per hunc tex. reſoluit quod etſi iudex poſsit ſuam interlocutoriam reuocare *d. l. quod iuſſit, cap. cum ceſſante, de appellat.* nihilominùs tamen in dubio ſi proferat ſecundam contrariam primæ non cenſetur primam reuocare, cuius in ſecunda mentionē, non fecit, ſicut in propoſito huius tex. non cenſetur Cæleſtin. per collationem ſubſequutam contrariam pronunciationi candē pronunciationem reuocare, & ita magis ignorantia, obliuio, vel circumuentio, quàm reuocatio præſumitur, probant Alex. *n. 39.* Iaſ. *51.* Rip. 48. & alij *in d. l. quod iuſſit*, Abb. *n. 13.* Felin. *5. verſ. amplia tertio* hic, quamuis contradicat Bart. ſibi contrarius in *l. cum procurator §. vlt. n. 6. ff. de noui operis nunc.*

CAP. CAVSAM, QVAE. XIV. poſt *n. 1.*

In tex. ibi [*de conſenſu partium, &c.*] Poteſt ergo appellari à iudice, cui cauſa communi vtriuſque partis conſenſu commiſſa fuit, vt notant *gloſ. vlt.* & omnes *in præſenti*, idem probat *cap. ſuper quæſtionum § verum*, vbi *gloſ. vlt. de officio deleg.* & eſt ratio quia partes per huiuſmodi conſenſum approbant perſonam Iudicis, de qua certi ſunt, itaut non poſsint illum niſi ex noua cauſa recuſare *d. §. verum*, non autem ſententiam, quam ignorant, prout in teſte, & eius teſtimonio probat *l. ſi quis teſtibus, C. de teſtib. c. vlt. verſ. ſi quis 2. q. 6.* Non obſtat quod arbitri communi partium conſenſu eliguntur *cap. 1. de arbitr.* & tamen ab eis non poteſt appellari, *l. 1. C. illo tit.* idque propter huiuſmodi conſenſum, ſed vltra rationes alias, quas colliges ex Bald. *d. l. 1. in princ.* & alijs ibi, Alciat. Rip. *à nu. 90.* Gutier. & nouioribus *in l. nemo poteſt, ff. de legat. 1.* Blanc. *de compromiſ. q. 10. à n. 3.* Mench. *ſucceſſ. creat. §. 10. ex 2. col.* probabilius videre attenta reg. *l. 1. ff. de arbitr.* potuiſſe appellari à ſententia arbitrorum, ſicut à ſententia Iudicis communi partium conſenſu dati, vt hic, & quemadmodum etiam à pleriſq. actibus extraiudicialibus appellari licet, *cap. conſultationi, de appellat. lib. 6.* niſi oppoſitum cautum eſſet reſcripto Principum iuxta *d. l. 1. ibi, reſcriptum*, idque ex ratione ibi præſcripta, iunctis aliis, de quibus per ſupra citatos, quæ per ſe abſque reſcripto non ſufficerent. Sic ſanè tex. *in c. à iudicibus 2. q. 6.* dum probat a iudicibus electis per partes non poſse appellari, quicquid aliter intelligant alij, non agit de iudicibus partiū conſenſu delegatis, ſed de arbitris, qui ab eiſdem eliguntur, & paſſim Iudices appellantur, *l. ſi minor §. 1. ff. de minorib. l. qui neque ff. de iudicijs*, prout intelligit *gloſ.* vbi DD. *in cap. ab arbitris, de offic. deleg. lib. 6.* & ſatis cōſtat ex originali illius tex. vbi de arbitris agitur.

Ibid.

Ibid. *nu.* 2. *in fine*. Menoch. *de arbitrar.q.*43.*n.* 7. Felin. *n.*4.*in cap.eum inferior, de maiorit.* ſic ampliantes reg. *l.*3.*ff.hoc tit.*

CAP. QVOAD CONSVLTATIONEM. XV. poſt *n.* 3. Ex his verbis etiam colligitur à ſententia conditionali, qualis erat hæc, decendium ad appellandum incipere, & computari ab articulo prolatæ ſententiæ, non vero ab implemento conditionis, idem probat *l.* 1. *§. biduum, in fine ff. quando appellandum, cap.biduum* 2. *q.*6. *gloſ.* & communis *in cap.preterea* 40.*de appellat.* poſt alios Tiraq. *de retract.tit.*1.*§.*1.*gloſ.*10.*n.*45. *&* 51.

Ibid. poſt *n.*9. In tex. ibi [*ſententia paruiſſe, &c.*] Igitur qui intra decendium cum poſſit non appellat, quamuis non verbo, facto tamen ſuo ſententiæ conſentire, & parere voluiſſe videtur, ſecundum omnes hic, idem probat *l. vlt.ff. quando appellandum, l.vlt.C.de sentent. quæ ſine certa, d.cap.biduũ, in fine*, tradunt *gloſ. pen.* vbi communis *in c.* 2. *de conceſſ. preb.* Abb. & alij, vbi Dec. à *n.*10.*in cap.ſæpe inf.hoc tit.* Con. de ſponsal. *p.*2.*c.*8.*§.vlt. n.*18.

CAP. SICVT NOBIS. XVI. poſt *n.* 1. In tex. ibi [*reſtitutionem.*] Innuit tex. actum fuiſſe remedio poſſeſſorio ad reſtitutionem pro iuribus mere perſonalibus, euiuſmodi erat ius percipiendi annuatim modios, de quibus hic, & ita notãt Abb. *n.*2.& alij *in præsenti*, idem probat *cap. querelã* 24. *ad fin. de electione*, latè Menoch. *remed.*1.*recuper.* à *n.*81.*&* *n.*88. meminit huius tex. Gig. *de penſion. q.*47. Valaſc. *de Iure emphyt.q.*18.*n.*10.

In tex. ibi [*ex depoſitionibus, &c.*] Difficilis videtur hic tex. dum admittit teſtes ad probandam ſententiam diffinitiuam, in qua ſcriptura vſque adeo requiritur, vt aliter prolata ſententia corruat ipſo iure *l.*2.*&* 3.*C.de sentent.ex breuiloquio, c.vlt. hoc tit. lib.* 6. DD. citati *in collect. ad lib.* 2. *tit.*19. *c.*39. Sed omiſſa reſponſione communi Abb. *num.*6. Imol.& aliorum hic, ac Gomez *in l.* 41. *Tauri n.*2. dicentium teſtes hic admitti quia ſcriptura ſententiæ fuerat deperdita, & ita ſuccedere reg. *l. teſtium in fine.C de teſtib. cap.olim* 12. vbi *glos.vlt. de priuileg.* reſponderi poteſt ſcripturam nullibi deſiderari ad ſubſtantiam, vel probationem ſententiæ, ſed tantummodo ad probationem eiuſdem, requiritur enim quod Iudex illam ex ſcripti recitatione proferat, vt ſic & maturius deliberet, & deliberata certeius pronuntiet, prout colliges ex *d.l.*2.*&* 3. *& d. cap. vlt.* ac ſubinde vbi ex ſcripto ſententia per Iudicem prolata eſt ſatisfit legi, & ſolemnitati dictorum Iurium, quoad probationem vero cum oppoſitum in Iure tantum nõ reperiatur ſtandum eſt reg. *l.in exercendis C. de fide inſtrum.* & ita admittitur probatio per teſtes iuxta hunc tex. quem ſic in effectu intelligunt Abb. *n.*24. Felin. 10.*&* 39.*bis*, Rot. noua *decis.*19.*sub hoc tit.* aliàs 409. Vant. *de nullitat. tit. ex defectu proceſſus n.*77. Franch. *in d.c. vlt. num.* 3.

In tex. ibi [*quaſi nude prolatum.*] Ex his verbis colligunt *glos.* 2. & alij *in præſenti* quod teſtis non tenetur, quinimo nec debet reddere rationem ſui teſtimonij, niſi de ea fuerit interrogatus, ſimilis *gloſ. verbo de cauſis*, vbi latè proſequitur Felin. *in cap.cum causam, de teſtib. & in cap.ſi teſtes §. solam* 3.*q.*4. tradunt *glos.* & communis *in l.solam C.de teſtib.* Crot. *de teſtib.* à *n.*305. Menoch. *de arbitr.q.*25. Zaz. quẽ vide, *lib.*2. *ſingularium resp.*6.& alij adijcientes verboſum eſſe teſtem, qui non rogatus rationem reddit. Sed hęc reſolutio non probatur hic, quia vt aduertunt Innoc. Zabarel. Butr. *n.*4. Imol. 2. & plerique alij textus nõ agit de ratione, vel cauſa teſtimonij, ſed ſententiæ, ſuper qua teſtes deponebant, & ita de cauſis, quibus Iudex ſententiam proferens motus eſt, vt patet ibi, cum cauſis &c. & reſpectu harum cauſarum deficientium apponitur in tex. particula, nude; nec item prædicta reſolutio indiſtinctè vera videtur, vt deducitur ex *auth. de teſtib. §. licet vers. aut etiam causam*, vt per Zaz. *vbi supra*, & conſtat ex multis caſibus congeſtis à Felin. & Crot. dictis locis,

CAP. CVM BERTOLDVS. XVIII. *n.*2. poſt princip. ibi, *n.*6.*& q.*27.*n.*58. Lambert. de *Iurepatron.lib.*1.*p.*2.*q.*9.*art.*2.*n.*3. D. Barboſ. *in l.diuortio §. ſi vir. n.*57.*ff. soluto matr.*

Ibid. poſt *n.*3. Quamuis ſupradictus intellectus, & ratio adducta verus ſit in rigore diſputationis, & meliùs quàm omnes defendi poſſit, non diſplicet aſſerere propterea in creditorem Iuſpatronatus non tranſire, quia illius iuris, ſicut & ipſius rei pignoratæ nullum dominium, nullaue poſſeſſio in illum transfertur, ſed ſolum nuda detentio donec debitum perſoluatur à domino, probat tex. *in l. ſi pignus* 37.*ff. de pignorat.act.* & in poſſeſſione probat tex. *in l.*1.*§.per seruũ* 12. *ff.de aeq.poſſeſſ.* ac proinde cum ad præſentationem faciendam dominium, vel ſaltem poſſeſsio in præſentante requiratur, veluti fundamentum validitatis ipſius *d.cap.consultationibus, de Iurepatron.c.querelam, de elect.* merito effectum eſt, vt propter rem pignoratam iuſpatronatus illi annexum in creditorem nõ tranſeat. Nec obſtat quod ius præſentandi, ſeu præſentatio ipſa eſt cõmoditas, vel quidam fructus iuriſpatronatus iuxta doctrinam *glos.* receptæ *verbo Capitulo ad fin.in cap. cum olim, de maior.& obed. & glos.vlt.in præsenti*, qui fructus à creditore percipiuntur: ſatisfit enim ſi aduertas receptionem illorum non proprio nomine, prout à poſſeſſore, ſed nomine alieno fieri, & vti talem in facto conſiſtere. Vnde nil mirum ſi id contingat abſque poſſeſsione, valide tamen ad effectum reſtituendi, vel computandi ex intentione contrahentis; at verò præſentatio licet fructus ſit, nihilominus tamẽ talis eſt, cuius effectus non conſiſtit ſolũ in facto recipientis, hoc eſt præſentantis, ſed etiam dependet ab inſtitutione per Epm faciẽda, qui validitatem illius, & merita præſentati iudicare debet, & tenetur, iuxta tex. *in c.decernimus* 16.*q.*7. Vnde cũ inſtitutio attẽto Iure nõ exhibeatur niſi illi, qui à vero patrono, vel ſaltẽ à poſſeſſore iuris præſentandi præſentatur, vt ſupradictũ eſt, rectè fit, vt cum creditor, nec verus dominus, nec poſſeſſor ſit, facta per illum præſentatio non valeat.

Ex his colliges primo generũ creditorẽ, cui propter non ſolutam dotẽ res in pignus data eſt in terminis tex. *in cap.salubriter, de vsuris*, nõ poſſe interim præſentare ad Eccleſiã vacantẽ vigore Iuriſpatronatus, quod eidẽ rei pignoratæ annexũ eſt, quod ſecus dicendũ foret ſi ratio, quã cõmunis aſſignat, conſideraretur, eo quod talis creditor fructus ex re pignorata in hac ſpecie percipere põt in ſortẽ prin-

Digitized by Google

cipalẽ minimè cõputandos, probat tex. *in d.c.ſalubriter*, tradit gloſ. & omnes *in c.eũ cõtra, de pignor.* & *in c.1. de feudis*, reſoluunt Fortun. *de vltimo fine illat.6.* Cou. qui plures refert, var. *lib.3.c.1. num.3.* Geminian. *de vſuris commento 2.à n.74.*

Secundo colliges data conuentione de facienda præſentatione per creditorem ſi per illum facta ſit, nullam vſuram committi, ſiquidem in hac ſpecie creditor nihil lucratur quod debitori reſtituere, vel in ſortem principalem computare teneatur, ac proinde vſuram ceſſare, quæ aliàs reperitur in receptione rei pecunia æſtimabilis, & ita in ſpecie reſoluit Beroi. *in cap. ex litteris inf. eod.* Pro quo etiã facit quia deformitas vſuræ conſiſtit in eo quod pro vſu rei mutuatæ pretium à mutuante recipitur, vnde cum præſentatio propter coniunctionem, quam habet cum rebus ſpiritualibus, non recipiat æſtimationem, nequaquam in illa vſura dabitur, eo quòd ex ſe non poſſit ſubire vicem pretij per quod prædictus vſus rei mutuatæ apretictur, iuxta reſoluta per D. Thom. *2.2.q.78.art.2, in corpore*, Abb. *in cap.vlt.n.16. de vſuris*, Sot. *lib. 6. de Iuſtit. q.1. art.2.* Nau. *in man.cap.17.n.207.*

CAP. IN CAVSIS. XIX. *nu. 4.in fine*, Tametſi regulariter exemplis iudicandum non eſſe aſſerat tex. *in l. nemo C.de ſentent. & interl.* & illum, qui ſolis exemplis vtitur, oſtendere ſe Iuris imperitum dicat Alberic. *in l.1.n.5.ff.de conſtitut. Princip.* vbi poſt Iacob. de Rauenna carpit eos, qui vbi defuerint ſibi Iura & rationes, nihil aliud ſciunt allegare, quàm quod ita fuit dictum, ita deciſum, tradit Boer. *in addit.ad Ioan.de Montaig. in tract. de parlam.p.1.n.8.* & poſt eum Franc. à Ponte *de poteſt. Proreg.tit.1.n.15.* Sed *d.l. nemo* intelligitur ſi exempla ſint contra leges claras, & perſpicuas, putà quia lata proponatur ſententia contra caſum legis, vt ideo ipſo iure ſit nulla *l.2.C.quando prouocare non eſt nec.* at non vbi exempla vertuntur circa Iuris dubij interpretationem, vt bene explicat *gloſ.vlt.in d.l.nemo*, & tradit Menoch. *de præſumpt. lib.1.præſ.1.n.28.& 29.*

Ad Lib. II. Tit. XXVIII. de Appellationibus.

CAP. AD PRÆSENTIAM. XVI. *n.2, in fine.* Farinac. *fragm. crim. p.2.lit. I.n.327.*

CAP. CVM PARATI. XIX. *n.4.* ibi, *ff. de quaſt.* adde Alciat. *de præſumpt.reg.3.præſ.14. n.1.* Vant. *de nullit.tit. ex defectu citat.n.150.* Hond. *conſil. 18. num. 56. vol. 1.* Modern. *de Iuriſd.p.2, cap.10. num.7.*

Ibid. eod. *n. 4. in fine.* Vrget enim præſumptio quod fideliter ſe habent in eorum officio, Crauet. *conſ.249.n.3.* latè Menoch. *de præſ.lib.2.præſ. 85.*

CAP. REPREHENSIBILIS. XXVII. poſt *n.6.* In tex. ibi [*niſi forte talis ſit culpa, &c.*] Ex his verbis colligunt aliqui quando Iudex pronuntiat excommunicatum eum, qui antea lege diſponente eſt excommunicatus, quod non requiritur citatio, vt per Roman. *in l.is,cui bonis col.6.ff.de verb.oblig.* quem refere Felin. *in c.2.ſub n.6.de ſponſalib.* eund. Roman. *conſ.481.in 2. dub.verſ.tertio dico*, & ideo alij per hunc tex. limitant regulam quod ad validitatẽ actus requiritur citatio, vt non procedat quando agitur de imponenda pœna ipſo iure à lege impoſita, quæ exequi poteſt abſque citatione, Mari. Soccin. *in repet.rub.de dilation.col.3.verſ. quartus caſus*, & Marſil. *in l. vnic. n.66. C. de raptu Virgin.* quod in terminis declaratoriæ ſententiæ excõmunicationis viſus eſt ſentire Soar. *tom.5.diſp. 3.ſect.10.n.13.* referens in hanc opinionem inclinare Cou. *in cap.alma p.1.§.9.ſub n.5.* Verum in ſententia declaratoria excommunicationis lata à canone partis citationem requiri tenent *gloſ. verbo conſtiterit in Clem. fin.de cenſib. & in Clem.2. eod. verbo, de pœnis*, Dec. *in præſenti col.2.verſ.ſed iſta concluſio*, Abb. in *cap.peruenit il 1.n.5.hoc tit.de appellat.* vbi Dec. ſub *num.2.* Felin. *in cap. Rodulphus n.41.verſ.citetur & pars, ſup.de reſcript.* Gig. *de penſion.q.78.n.5.* Cou. *ſub d.n.5.verſ.ſunt vero*, Nau. *conſ.56.n.5.verſ.cui addo, ſub tit. de ſentent.excom.* Auila *de cenſur. p.2. c.5. diſp.1.in 5. dub. concl. 2.* Soar. *d. ſect.10.n.25.*

Ad tex. vero in præſenti multipliciter reſpondẽt ſupradicti Doctores, qui tenent in ſententia declaratoria excõmunicationis lata à Canone partis citationem requiri; in primis aliqui dicunt, prout ſunt Abb. Franc. & Dec. *in præſenti*, & Feli. *in d.cap. 2. n.6. verſ.ſed re vera, de ſponſ.* quos refert Cou. *d.§.9.ſub n.5.verſ.trina*, & Soar. *d.ſect.10.n.13.* illũ non intelligi de ſententia declaratoria excõmunicationis de qua loquimur, ſed de ſententia excommunicationis, quæ fertur ab homine contra eum, qui à Canone pro ea culpa ipſo iure eſt excõmunicatus, qui cũ poſſit iterum ab homine excommunicari, id quidem fieri poteſt abſque monitione. Alij, vt Hoſt. *in præſenti*, quẽ refert Soar, intelligunt hũc tex. in ſententia declaratoria, quæ ferri poteſt abſq; citatione dummodo factum ſit notoriũ. Vtcunq; verò ſit, & hic tex. intelligatur ſiue dicamus quod in ſententia excõmunicationis ſecundũ vnum intellectũ, ſiue declaratoria ſecundum aliud, nõ requiratur monitio, oportet tamen de facto & crimine, cuius cauſa excommunicatio indicta eſt à canone, citata parte prius cõſtare, vnde præmiſſa eſt citatio ad ſententiam, non autem ad cauſæ cognitionem, vt indiuidualiter tradit Roman. *d.conſil.461.* & alij, quos refert, & ſequitur Cou. *d.§.9.ſub n.5.* Soar. *d. ſect. 10.n.15.* & ſecundum prædicta ſentiunt idem Rom. *in d.l.is,cui bonis*, qui loquitur de pronunciatione excommunicationis latæ à Canone, & Mari. Socin. & Marſil. ex aduerſo citati, loquuntur de exequutione pœnæ à lege impoſitæ, quæ ſecundum eos põc abſq; citatione per hunc tex. oẽs ferri tamen conueniunt quod debet prius de exceſſu conſtare citata parte, vide addita ad *c.ſacro 48.de ſentent.excom.*

CAP. DILECTI. LII. *n.2.in fine.* Nam plus eſt factis quã verbis aliquid approbare, Becc. *conſ.109.n.91.vol.1.* Grammat. *conſ.13.n.9.in ciuilibus*, Soccin. iun. *conſ.98.num.13. vol.1.& conſ.42. n.14.vol.2.* Menoch. *remed.15.recup.n.125.* quia facta magis ſunt efficaciora ad declarãdum animum facientis, quàm ipſa verba, Abb. *conſ.166.volum.1.* Neuiz. *conſ.76.n.53.* Magon. *Lucenſi decif. 22. n.19.* & cum ratione quia verba quandoque ſunt falſa, facta vero nunquam, vt inquit Bald. *in l. Paulus, ff. rem ratam haberi*, Alciat. *reſp.248.n.6.verſ.non*

obſtat

Digitized by Google

obſtat, ſecundum impreſſ. Lugdunen.

CAP. PASTORALIS. LIV. *§. Verum* poſt *n.*5. In tex. ibi [*& excommunicatus per denunciationem amplius non ligetur.*] Vide Roman. *conſ.* 481. *in 2. dub.* Soar. *de cenſur. diſp.* 3. *ſect.* 10. *ſub n.*16. Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum verbo excommunicatio differ.* 11. quia declaratio ſe refert ad ſentẽtiam Canonis, & retrotrahitur ad illam, ad notata *in cap. cum tu*, & ibi DD. *de vſuris*, Ioan. Miles *verbo declaratio, verſ. declaratio retrotrahitur*, Pariſ. *conſ.* 65. *n.* 5. *vol.* 1. Vnde vis declarationis virtualiter continetur in ipſo declarato, quia declarans nihil noui addit, *l. haeredes palam §. ſed ſi notam*, vbi. Bart. Paul. de Caſtr. & alij *ff. de teſtam.* Pariſ. *d. conſ.* 65. *n.* 5. *&* 6. Socin. Iun. *conſ.* 95. n. 72. *&* 76. *vol.* 3. Menoch. *conſ.* 753. *n.* 20. tum etiam quia declaratio non mutat eſſentiam, aut naturam diſpoſitionis, Roland. *conſ.* 15. *n.* 27. *vol.* 3. Menoch. *conſ.* 331. *n.* 100. *& conſ.* 360. *n.* 5. *& conſ.* 443. *n.* 71. Hinc videbatur dicendum excommunicationem ipſo iure latam in Bullis contra penſionarium in caſu non ſolutionis faciendæ in certo termino eo elapſo cenſeri incurſam non à tempore declarationis penſionarij, & ſententiæ Iudicis declarantis in illam incurriſſe, ſed iam inde à termino elapſo: vt videtur inſinuare Nau. *in man. cap.* 23. *n.* 104. *ante verſ. itaque*, nam licet pœnæ excommunicationis & priuationis de quibus in litteris penſionis, non incurrantur, niſi penſionario volente & declarante, Caſſad. *deciſ.* 2. *&* 3. *de locato*, Flamin. *de reſignat. lib.* 3. *q.* 3. *& lib.* 6. *q.* 2. *n.* 139. *& q.* 3. *à n.* 22. vel donec declaratoria data ſit per Iudicem, & pẽſionarius ea vtatur, intimando illam aduerſario; vel parocho, aut ponendo cedulones, vt voluit Nicol. Garc. *de benef. p.* 1. *c.* 5. *n.* 582. tamen facta huiuſmodi declaratione per Iudicem & penſionarium non cenſentur excommunicatio & aliæ pœnæ incurſæ à tempore declarationis, ſed iam inde à termino elapſo, vt ſupra dicebam.

CAP. VT DEBITVS. LIX. *n.* 11. *in fine.* Aduerte tamen quod vbi Princeps, qui ſolus poteſt reſcribere cum clauſula appellatione remota *l.* 1. *§. interdum ff. à quibus appellare non licet*, ad ita reſcribendum ex cauſa aliqua monetur, ſumma peritia, & irrefragabilis integritas in ipſo Iudice exigitur, Cou. *pract. c.* 23. *ſub n.* 6. *verſ. quinto probare poterit*; vnde circumſcripto cõſenſu partium ex doctrina *gloſ.* 1. *in cap. à iudicibus verſ. dices ergo* 2. *q.* 6. vel nũquam ſic reſcribitur ſingulari perſonæ, vel ſi reſcribatur, nihilominus poſtea idem Princeps appellationem admittit propter facilem inductionem grauaminis, quod à Canonica ſententia non exorbitari docet *gloſ. verbo ab eo prouocare in d. l.* 1. *§. interdum*, nec hoc caſu datur clauſula parito, vt late fuit tentum in *Valliſoletana exemptionis* 14. *Martij* 1616. *coram R. P. D. Pirouano.*

Ad Lib. II. Tit. XXX. De Confirmatione vtili, vel inutili.

CAP. CVM DILECTA. IV. *n.* 29. ibi, *p.* 2. adde Rot. *deciſ.* 11. *n.* 3. *p.* 2. *recent.*

CAP. VENERABILIS. XVII. *n.* 2. *in fine*, ibi, *n.* 158. adde Octau. Glorit. *reſp.* 1. *p.* 1. *n.* 23.

Ibid. *n.* 8. prope fin. ibi, *n.* 22. adde Menoch. *de arbitr. caſu* 201. *n.* 79. Octau. Glorit. *d. reſp.* 1. *p.* 1. *n.* 32.

Ad Lib. III. Tit. I. de Vita & honeſtate Clericorum.

CAP. VT LAICI. I. *n.* 2. *in fine.* Nulli igitur Laicorum ibi cum miniſtris Altaris locum eſſe dicit *tex. in præſenti*, Guillelm. Duran. *de modo gener. Concil. celeb. rub.* 55. *n.* 3. itaut nec quidẽ admitteretur patronus, vt ex mẽte S. Congr. reſpondit Rot. *in vna Valentina Capellæ* 5. *Martij* 1599. coram Iuſto quinimò nec ſubdiaconi olim admittebantur *cap. non oportet* 23. *diſt.* hoc vero intelligitur de loco ad effectũ ſedendi, vel ſtandi cum ipſis miniſtris, ſecus vero ad effectum recipiendi Sanctiſſ. Euchariſtiæ Sacramentum, vel orandi, vt declarat Abb. *in præſenti ſub num.* 3. *ad fin. verſ. nota*, Pauin. *de viſitat. p.* 2. *q.* 8. *n.* 36. *verſ. ad orandum tamen.*

CAP. EX LITTERIS. XVI. *n.* 3. *in princ.* ibi, *n.* 2. adde Vinc. Filliuc. *tom.* 3. *tract.* 41. *c.* 6. *n.* 38.

Ad Lib. III. Tit. II. De Cohabitatione Clericorum, & mulierum.

CAP. SI QVISQVAM. II. *n.* 4. *in fine. gloſ.* 1. *verſ. ad hoc in cap. eos* 32. *diſt.* commendata à Roman. *ſing.* 658. Autrer. *de poteſtate ſeculari reg.* 2. *num.* 34.

Ad Lib. III. Tit. III. De Clericis coniugatis

AD rub. in fine. Vincent. Filliuc. *tom.* 3. *tract.* 41. *c.* 5. *n.* 18

CAP. SI QVI. I. *n.* 2. poſt med. ibi, *à nu.* 11. dicit probabilem Filliuc. *tom.* 3. *tract.* 41. *cap.* 8. *n.* 5.

Ibid. *n.* 7. *prope fin.* ibi, *n.* 17. Filliuc. *d. cap.* 8. *n.* 6.

Ibid. *n.* 10. ibi, verſ quandoq; enim, Nicol. Garc. *de benefic. p.* 11. *cap.* 9. *n.* 10. *&* 11. nouiſſimè Ioan. Anton. Maſſobr. *in ſua praxi habendi concurſum req.* 7. *dub.* 33. *ſecundum Roman. impreſ. & dub.* 34. reſoluit quod Matrimonium nullum ex defectu formæ non inducit priuationem beneficij.

Ibid. poſt. *n.* 11. Limita tertiò ſi penſio ſit reſeruata pro officio aliquo compatibili cum matrimonio, velut pro pulſandis campanis, vel cuſtodienda Eccleſia, ſimiliue alio in quo conſeruatur intentio Papæ, Gig. *de penſion. q.* 54. *n.* 3. Rot. *deciſ.* 1079. *n.* 1. *p.* 3. *lib.* 3. *diuerſ.*

Limita quarto ſi cum tali clerico fuerit ſufficiẽter diſpenſatum per Papam, vt non obſtante matrimonio poſsit retinere penſionem Gig. *d. q.* 54. *ſub n.* 4. *verſ. quando autem appareret*, conceſſa enim hac habilitatione nihil eſt quin retineri poſsit penſio non obſtante matrimonio, ſiue agatur de pen-

ſione reſeruata, ſiue translata, cum in hoc nullum ſit diſcrimē Rot. apud Greg. XV. *deciſ. 18. n. 2. & 3.*

Ad Lib. III. Tit. II. de Clericis non reſidentibus, &c.

CAP. EX GESTIS. II. *n.* 2. ibi, dicantur, Corraſ. *de beneſic. p. 4. c. 2. n. 13.* Bellencin. *de charitatiuo ſubſid. q. 66. n. 5.* Gig. *de penſion. q. 59. num. 19.*

Ibid *eod. n. 2. prope fin.* ibi, *n. 27.* adde Camill. Borrel. *in ſumma omnium deciſ. tit. 10. n. 8.* Sanctarel. *var. reſolut. lib. 1 q 2. n. 8.*

Ibid. eod. *n.* 2. ibi, Concil. Trid. *ſeſſ. 23. de reform. cap.* 1.

Ibid. eod. *num. 2. in fine.* Nam Cardinales, qui ſunt Epiſcopi, non excuſantur à reſidentia eo ipſo quod ſunt Cardinales, & aſſiſtunt Summo Pont. vt per Sot. *de Iuſtit. lib. 10. q. 3. art. 5. verſ. per hac vtique,* Caiet. *2. 2. q. 185. art. 5.* Turrian. *in tract de reſiden. pag. 45.* Valent. *tom. 3 diſp. 10 q. 3. puncto 5. col. 3 verſ. ſed quæret aliquis,* Emman. Sà *verbo reſidentia, num. 1.* quos refert Sanctar. *d. q. 2. nu.* 1. Et ideo Cardinales Epiſcopos teneri de Iure diuino reſidere in ſuis Eccleſijs, & non ſatisfacere proprio officio ſi in Romana Curia permaneant tenent, & ſequuntur omnes illi, qui ſentiunt Cardinalatum eſſe incompatibile cum Epiſcopatu, ita Abb. *in cap. bonæ memoria il 1. n. 6. ſup. de poſtulat. Præl.* Sot. *d. q. 3 art. 4* Gom. *in procemio regul. Cancel. verſ. ex quo infertur, & in reg. de impetr. benef. vac. per obitum Cordin q. 12.* exceptis tamen illis ſex Epiſcopatibus Vrbi proximis, de quibus Sanctarel. *d. q. 2 n. 5. in fine.*

Ibid. *n 3 in fine.* Vnde poſſe Cardinalem non reſidentem in Curia Cardinalatu priuari præcedente admonitione per hunc tex. docent Abb *hic n. 12.* & Sanctarel. *d. q. 2. n 9.* & Leo X. *in conſtit. edita in Conc. Lateran. anno Domini 1515. incip Supernæ,* præcipit vt Cardinales omnes Romę commorentur, & non obedientibus imponit pœnas; & Paul. IV. *conſt. 8. incip. Cum venerabiles,* ſcribit Cardinales cū in parte ſolicitudinis vocentur, debere aſſiſtere Rom. Pont.

CAP. QVIA NONNVLLI. *n.* 3. ibi Ioan. XXII. Nau. *in man. c. 25. n. 121.* Valent. *tom. 3. diſp. 10. q. 3. puncto 5. verſ. ſecundo quæritur,* Gig. *de penſion. q. 3.* Sanctarel. *var. reſol. lib. 1. q. c. n. 13.*

Ibid. eod. *n.* 3. ibi, citatis locis, Sanctarel. *d. q. 1. n. 15.* vbi vltra hic citatos refert Lech. *de munere epiſcopali c. 5. n. 2. & de Republ. eccleſiaſtica tit. de beneſic. n. 6.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 2. tit. 23. de reſidentia ſub rub. an Canonici, vel alij habentes dignitatem teneantur reſidere in ſui Eccleſijs n. 202. & 205,* & me ipſum *de officio Epiſcopi p. 3. alleg. 53. n 179.*

CAP. EX PARTE. XIII, poſt *n.* 1. Probat hic tex. Præpoſitum, qui iuramentum præſtiterat de perpetua reſidentia, periurium non incurrere ſi ex poſt facto abſit in Eccleſiæ vtilitatem, quia ſatisfacit per fictam reſidentiam pro iuramento, cui ſimilis *in c. ad audientiam 15. hoc tit.* quę quidem reſolutio videtur eſſe contra tex. *in cap. ad nostram, de iureiur.* vbi iuramentum, quo mutuatarius ſoluere promiſit mutuanti pecuniam abſque grauamine, vel moleſtia, non adimpletur per legitimam compenſationem, quæ eſt ficta ſolutio. Sunt qui dicant quod vbi obſeruatio iuramenti in caſu ficto nō tendit in læſionem aliquam illius, cui iuratum fuit, tunc in illo verificatur, & legitimè adimpletur: vnde cum ficta illa reſidentia, quæ præſtatur ab eo, qui in vtilitatem Eccleſiæ abeſt, nullam contineat læſionem, immò vtilitatem eiuſdem Eccleſiæ, cui reſidentia perpetua iurata fuit, meritò iuramentum de perpetua reſidentia in caſu illo ficto verificatur, & adimpletur, ita in effectu Abb. & Felin. *n. 12. verſ. quarto in d. c. ad noſtram.* Sed non placet primo, quia circa obligationē non attenditur magna, vel modica læſio, cui iuratū eſt, ſed ſolum vtrū id, quod iuramento deductū eſt licitum, vel illicitum ſit, & ita vtrum debitam, vel indebitam materiam contineat in ſui obſeruantia. Secūdo quia in ſpecie *d. c. ad noſtram* modica, vel exigua læſio infertur Petro creditori ſi cogatur prius computare fructus in ſortem, neque magna vertitur vtilitas in eo quòd iurantes cogantur prius pecuniam mutuatam ſoluere ante huiuſmodi computationem, & tamen tex. inquit iuramentum omnino adimplendum, naturalemque pecuniæ ſolutionem faciendam eſſe ante vllam compenſationem, non ergo ſtat in eo ſolutio difficultatis. Secundo loco Imol. in *d. c. ad noſtram* arbitratur iuramētum de perpetua reſidentia præſtitum fuiſſe in forma Iuris, quo pręceptum de reſidendo, hoc vel illo modo tempore, & loco inductū eſt, atque ideo à Iure illam capit interpretationē quod abſens dici non debet, ſed præſens, qui vt ſuæ Eccl. iura fideliter tueretur ſe abſentauit. Verū grauiter obſtat tex. in *d. c. ad noſtram,* in quo ſimiliter iuramentum fuit præſtitum in materia Iuris, nempè de nullo inferendo grauamine creditori ſuper pignore ante pecuniæ ſolutionem, & tamen non ſufficit ficta ſolutio, quæ in compenſatione reperitur, ſed naturalis pecuniæ numeratio neceſſaria eſt.

Idcircò dicendū videtur tex. in præſenti *& in d. c. ad audientiā* concludere ex rei natura non ſat eſſe ad hoc vt beneficiarij licitè poſſint ſuorū beneficiorū fructus percipere ſi actualiter nō reſideāt, & abſētes ſint, quāuis ob propriam ægritudinem, vel Eccleſiæ vtilitatem, vel Epi ſeruitium, quaſi non ſequuta cauſa ob quā fructus conceduntur, vt videre licet ex reſolutis per Calderin. *in cap. 1. de celeb. Miſſ.* Angel. *in ſum. verbo Clericus 7. n. 4.* Rebuff. *in praxi tit. de diſp. de non reſid. n. 9* & videtur de mēte Conc. Trid. *ſeſſ. 23. de refor. c. 1. verſ. ſi quis.* Vnde iuramentū illud de reſidendo ex rei natura non adimplebatur per aliquā fictam reſidentiā ex illis tribus, ſed poſtea iuſtis de cauſis de nouo ſtatutū fuit in his Iuribus, vt abſentes ob aliquā ex illis tribus reſidere cenſeantur, & omnino à periurio liberentur, vnde nō licet in materia exorbitāti ab his Iuribus ad ſpeciē *d. c. ad noſtram* arguere, in qua nihil immutatum reperitur, arg. *l. præcipimus 32. in fine C. de appellat*

CAP. CVM AD HOC. XVI. *n. 5. in fine,* refert Vinc. Fillinc. *tom. 3 tract. 41. c. 1. n. 17.* & ita dici eo quod ſemper debeāt eſſe aſſidui in Eccleſia, per hūc tex. refert noniſſime Io. Ant. Maſſob. *in ſua praxi habendi concurſum præl. 21. num. 6. ſecundum Rom. impreſ.*

Ad

Digitized by Google

Ad Lib. III. Tit. V. De Præbendis, & dignitatibus.

CAP. QVIA IN TANTVM. V. *n.2. in fine. & in opuſculo de ſummo bono cap.9.n.5.* dicit quod ambitioſi animus nunquam eſt quietus, ſemper enim occurrunt nouæ occaſiones, vel timendi, vel indagandi, vel vindicandi, vel acceptandi, vel ſollicitandi, vt nullum mare ſit magis inſtabile, aut maioribus agitetur motibus, refert, alia plura adducens Io. Ant. Maſſobr. *in ſua praxi habendi cõcurſum præl. 25. dub.13.n.57.ſecundum Rom.imp.* De ambitione multa cõplectitur S.Bern. *ſerm.6.in Pſalm.90.* Qui habitat. Ambitio, inquit, ſubtile malum, ſecretum virus, peſtis occulta, doli artifex, mater hypocriſis, liuoris patens, vitiorum origo, criminum fomes, virtutum ærugo, tinea ſanctitatis, excæcatrix cordium, ex remedijs morbos creans, generans ex medicina languorem. Et S.Ambroſ. *lib.4. in Lucam c.4.* ſic ait. Hoc ipſo pernicioſior ambitio quod blanda quædam eſt conciliatricula dignitatum, & ſæpe, quos vitia nulla delectant, quos nulla potuit mouere luxuria, nulla auaritia ſubruere, facit ambitio criminoſos. Et propter ambitionem plerique Sacerdotes pereunt S. Ioan. Chryſoſt. *in Apoſtolicos actus homil. 3.* nam ambitio moræ impatiens in ſuum, atque alienum ruit exitum. D. Greg. *lib. 3. dialog. cap. 5.* plures alias auctoritates cumulat Giſbert. Scheuic. *de eccleſiaſticorum vita, & moribus, lib.2. c. 25. & cap. 27.*

CAP. SIGNIFICATVM. XI. *n.2. in fine*, ibi, ſacrificandi, nam apud Doctores dubitari ſolet cur conuentio de qua hic facta inter quoſdam vt data præbenda temporali Sacerdoti quotidie Sacra faceret, valida ſit, quidam opinabãtur in hac ſpecie non vendi Sacramentum, ſed operam & laborem impendendum in adminiſtratione, vt per gloſ. in præſenti, cui ſimilis *in cap. vlt.24.q.2. & in cap. ſuam, de ſimon.* vbi Panor. idem probat Io.Maior *in 4.diſt.25.q.1.col.3.* Adrian. *quolib.9.* teſtatur hanc eſſe vulgarem opinionem Sot. *de Iuſtit. lib. 9. q.6. art.1.col.1.* Alij, ex quorum numero ſunt Caiet.2.2. *q.100. art. 3.* & Sot. *vbi ſupra*, intelligunt dari hic præbendam pro obligatione Sacra faciendi quotidie, aliud enim eſt actio, aliud obligatio ad actionẽ. Sed tutius alij intelligunt dari præbendam in ſtipendium ſuſtentationis iuxta doctrinam D. Pauli *1.ad Corint.cap.9.* facit *cap. clerici 1. q.2.*

Ibid. poſt *n.4.* Hic tex. quatenus probat iuſtam eſſe collationem præbendæ ſub eo modo factæ, vt recipiens Miſſam celebrare teneatur cum moderamine de quo hic, difficultatem patitur, quærunt enim DD. quo pacto præbenda, quæ beneficium eſt, & ius ſpirituale ex *cap. dilecto*, hoc tit. ſub modo, aut conditione conferatur: videbantur enim obſtare duo, vnum quod in ſpiritualibus modus, & cõditio, ſicut & pactio ceſſare debent *cap. in tantum, de ſimon. cap. quam pio 1.q.2.* Alterum vero quod quemadmodum electio ſub cõditione fieri non põt *cap. 2. de elect.lib.6.* ſic & collatio, præſentatio, & quæuis alia beneficiorum promiſſio, quæ inter actus legitimos connumeratur, prout reſoluit *gloſ.* recepta *in d.c.2. verbo incerta*, probat late Selu. *de benef. p.3. q. 20.* Roch. *de iurepatron. verbo honorificum q. 8.* Lambertin. *eod. tract. lib. 2. part. 2. qu. 3. princ. art.9.* Gom. *in reg. de veroſimili notitia q. 1.* Cou. *lib. 3.var.c.16.n.2.* Nau. *in c.ſi quando in præl.n.5.*

His argumentis factum eſt, vt *gloſ.pen.in præſenti* intelligat in hoc tex. collationem præbendæ non fuiſſe factam ſub eo modo, aut conditione, ſed præbendæ vacanti tanquam onus fuiſſe impoſitum, in quo nihil illicitum committitur, eundem intellectum probãt Innoc. *in cap.3.in fine, ne Prælati vices ſuas*, Abb. *in c. Iacobus n.3.de ſimon.* S.Tho. *in 4.diſt. 25.q.3.art.2.ad 5.* Sylueſt. *verbo ſimonia q.9.* teſtatur communem ſententiam Dec. *in præſenti. n.10.* Sed licet hæc communis DD. traditio verum habeat dum ſupponit vacanti beneficio ſpirituale onus adiici poſſe, eo quod ad Epiſcopos pertineat in ſua diœceſi omnia facere, quæ ad ſubditorum ſalutem, & bonam in ſpiritualibus gubernationẽ viderint pertinere, niſi ſacris Canonibus ſint cõtraria iuxta tex. *in cap. regenda, cum ſeqq.10.q.1.* quod tamen non conuenit huic tex. conſtat enim hic præbendam fuiſſe ſub eo modo datã, vt Dec. rectè aduertit. Quare neceſſarium eſt memoria repetere veram illam DD. traditionẽ dicentium in ſpiritualibus conſerendis modum, aut conditionẽ ſimiliter ſpiritualẽ abſq. ſimoniæ vitio poſſe adijci, quia tũc nihil datur temporale, quod ſimilitudinẽ pretij habere poſſit, conſtat aũt in hoc tex. ſpirituale beneficiũ ſub ſpirituali modo eidẽ conuenienti fuiſſe datũ, igitur rectè Pont. collationẽ ſic datam approbat, quã rõnẽ decidendi ex alijs expreſsit *ead. gloſ.* in præſenti, ſequitur Butr. *hic*, Dec. *vbi ſupra n.6.* cõtra Zabar. Imol. & Abb. *ibid.* defendit etiam Rip. *in cap. cum M. n.176. de conſt.* Mai. *in 4.diſt.25. q. 6.* Nec prædicta arg. obſtant; ad primũ enim ex dictis reſpondetur illud procedere dum modus, aut conditio de ſpiritualibus ad temporalia ſit. Ad ſecundum ex reg. *cap.2.de elect.lib.6.* nonnulli reſpondent regulam illius tex. non procedere quando conditio ineſt ex rei natura, vel à Iure, tunc enim licet in collatione beneficij, vel electione exprimatur, nõ vitiat, vt in terminis docẽt *gloſ. in c. ſignificaſti, de elect. gloſ. verbo nihil in cap. cum M. de conſtit. gloſ. verbo renũtiantes in cap ad audientiã il 2. de reſcr. gloſ.1. in Clem.1. de reſt. ſpol.* quas DD. omnes ibid. ſequũtur, Iaſ. *in l.3.n.14.ff. de leg.1.* & ibi Rip. *n.126.* Dec. *conſ.118.n.5.* Pariſ. *conſ.135.n.21. lib.4.* Nau. qui dicit communẽ *in cap. accepta oppoſ.7. n.41. de reſt. ſpol.* Dec. & Cagnol. *in l. actus legit.29.ff. de reg. Iuris*; quapropter collatio recte ſit ſub conditione ſi beneficium vacat, & eſt idoneus, prout reſoluit Felin. per tex. ibi *in c.vlt.n.19.de præſũpt.* conſtat conditionem de qua in præſenti ſaltem in genere ineſſe præbendæ, aut cuilibet beneficio, quod propter officium ſpirituale datur, & inſtitutum eſt, *c. vlt. de reſcript. lib.6.* Concil. Trident. *ſeſſ. 21. de reform. cap. 3.* Vnde nil mirum ſi exprimi potuerit abſque vitio illa conditio. Vel longe verius dicendum eſt quòd licet admittamus *in d. cap. 2.* collationes, præſentationes, & alias prouiſio-

Digitized by Google

uiſiones beneficiorũ comprehendere, ex mente DD: id intelligendum eſt in conditionibus proprijs, quæ ſuſpendunt, & puritatem viſus impediunt, quæ vero rales non ſunt, quamuis quoad verba conditiones videantur in eo tex. non improbantur, nec prohibentur, vt ex eo aperte colligitur, dũ ait oportere vt electio certa, & puta ſit. at vero in hoc tex. nulla fuit propria conditio, quæ collationem ſuſpenderet, aut redderet incertam, ſed tantum modus ſpiritualis poſt adeptam poſſeſſionem præbendæ præſtandus, vt eius qualitas, & verba tex. indicat; modus autem in ſpiritualibus, niſi aliquid illicitum contineat propter quod improbatur, non offendit reg. *d.c.1. & reg. actus legitimi, de regul. Iuris lib. 6.*

CAP. DE MONACHIS. XII. poſt *nu 1.* Ex hoc tex. iuncta ſubſcriptione colligitur illos, ad quos Iure aliquo ſpeciali Eccleſiarum pertinet inſtitutio, non poſſe cogere præſentantes religioſos ad congruam ſuſtentationem præſentaris aſſignandam, & ita *gloſ. verbo diœceſanis in Clem. 1 de Iurepatr.* quæ dicit in ſpecie dictæ Clem. recurrendum eſſe ad Epiſcopum, vt per Anch. *in c. 1. n. 1. in fine, hoc tit. lib. 6.* Cardin. *in d. Clem. q. 5. à num. 3.* pro quibus facit etiã tex. in d. *cap.* 1. ibi, diœceſani, qui textus nouum Ius inducere videtur, vnde ſuccedere debet reg. *l. quod vero ff. de legib. reg. quæ à Iure, de regulis Iuris lib 6.* Contraria tamen opinio verior eſt, quam tenent Imola, & alij ſcribentes *in præſenti.* Patet ſi expendas quod ad illum debet pertinere vtrum præſentatus ſit dignus, vel indignus ad quem inſtitutio dicitur ſpectare ex reg. *l. 2. ff. de iuriſd. omnium iudic. & cap. præterea, de officio deleg.* aliàs enim inſtitutio eſſet iniuſta, & Eccleſiæ præiudicialis contra reſoluta *in cap. graue nimis, inf. hoc tit.* & quæ tradit Sot. *lib. 4. de Iuſtit. q. 6. art. 3.* Rebuff. *in praxi tit. requiſita ad bonam collationem à n. 23. & tit. pœna contra electores in princip.* & conſtat ex *d. cap.* 1. & ex hoc tex. minus idoneum reputari præſentatum, cui legitima portio à præſentantibus non aſſignatur. Ergo talis Iure ſpeciali inſtituens repellere poteſt ſic præſentatum à religioſis, & ſimiliter repellere poteſt ob aliud impedimentum. Facit præterea doctrina gloſ. receptæ *verbo diœceſanis in Clem.* 1. *de foro compet.* quatenus diœceſanos vocat illos, qui Iure ſpeciali habent ſaltem in parte diœceſis iuriſdictionem Epiſcopalem, conſtat eſſe talem inſtitutionem iuxta tex. *in cap. 1. de inſtitut. lib. 6. & in cap. decernimus, & in cap. nullus 16. q. 7.* ampliaudo quamuis præſentatio fiat à quibuſcunque religioſis etiam exemptis iuxta reſoluta in *d. cap. 1. de præbend. lib. 6.* & etiamſi in terminis *d. Clem. 1.* Nec refragatur tex. *in præſenti* iuncta ſubſcriptione, quia loquitur in Epiſcopo conſultationem faciente, vt etiam tex. in *d. cap.* 1. agit de diæceſanis reſpiciens id, quod attento Iure communi fieri poterat tantum quod ad ſolos diœceſanos ſpectat inſtitutio, iuxta *d. cap. decernimus, & d. c. nullus,* ſentit *gloſ. in d. Clem. 1. verbo diœceſanis*, non tamen negarunt Iura illa id habere locum in alijs, quibus ſimile inſtituendi Ius ex ſpeciali gratia, & priuilegio competeret. Nec rurſus obſtat quod *d. cap. 1. & d. Clem.* ius nouum inducũt, reſpondetur nanq. talia & ſimilia Iura licet prædictum Ius nouum inducant, procedere quidem in caſibus in quibus eadem omnino identitas rationis reperitur, iuxta doctrinam *gloſ. vlt. in l. ſi quis ſeruo C. de furtis,* vel ſaltem in quibus eadem datur æquiparatio ex eadem ratione proueniens, tradit optime Paul. *conſ. 441. col. pen. ad fin.*

CAP. CVM SECVNDVM. XVI. *n. 17. in fine,* nouiſſime Sanctarel. *variar. reſolut. qu. 49. n. 15.* vbi numeris ſeqq. contrarijs reſpondet.

CAP. DILECTVS. XIX. poſt *nu. 2.* In tex. ibi, [*Mandamus quatenus, &c.*] Collige ex tex. Papam poſſe beneficia conferre antequam vacent, & ad illa concedere expectatiuas, concordant tex. *in cap. propoſuit 4. de conceſſ. præbend. & in c. 2. de præben. lib. 6.* reſoluunt Dec. *in cap. ex parte in 1. n. 1. de officio deleg.* Cardin. *in Clem. vlt. n. 2. de reſcript.* Gom. *in reg. de impetrantibus beneficia q. 1. & 4. & in reg. de triennali q. 31. verſ. ſed antequam, & in tract. de expectatiuis à princ.* maximè *à n. 12.* Ror. *deciſ. 6. de conceſſ. præbend. in antiqu.* Nan. in *cap. ſi quando pag. 3. de reſcript.* Rebuff. *in praxi tit. de reprobata beneficij viuentis impetr.* Mandoſ. *in reg. 11. q. 10. n. 9. & in reg. de infirmis q. 17. n. 11.* Quæ quidem concluſio procedit interueniente iuſta cauſa, tunc enim Papa licitè poterit beneficium vacatur conferre. Patet ſi expendas Papam poſſe facere ea omnia, quæ ad bonum commune ordinantur, licet aliàs occaſio delinquendi ex hominum malitia vſurpetur. Vnde merito Papa prædictum beneficium conferre poterit dummodo id fiat data iuſta cauſa, quæ prædictum bonum commune ſuadeat, cõſtat namque in hac ſpecie non Ius diuinum, ſed tantum humanum, quod poteſt Papa, offendere, illa autem occaſio captandæ mortis beneficiati ex malitia à prouiſo vſurpata nõ Pontifici bonũ cõmune prætendenti, ſed malitiæ improbi hominis imputatur ex reg. tex. *in l. 1. ff de auct. tutorũ.*

Amplia procedere non tantum quando promiſſio, ſeu expectatiua fit in genere, verum etiam quando fit in ſpecie certi hominis viuentis, patet ſi expendas conferre beneficium certi hominis non eſſe legi naturali, nec Diuinæ poſitiuæ contrarium, non enim ſequitur neceſſariò datum eſt ſeu promiſſum alicui beneficium certi hominis, ergo mortem eius deſiderabit, ſed tantum eſſe prohibitum in ſacris Pontificum Conſtitutionibus quaſi periculoſum ex *cap. 2. de conceſſ. præbẽdæ,* in quibus Papa præcedente iuſta cauſa diſpenſare poteſt, vt ſupra dictum eſt. Iuuat quod verba poſita *in d. c.* 2. ibi, nec deſiderare, &c. non important præſumptionem diffinitiuam, quaſi lex definiat ſic eſſe, ſed ſuppoſitiuam iuxta eam doctrinam, quam inter vtramque præſumptionem conſtituit D. Thom. 2. 2. *q. 60. art. 4. ad* 3. Sic ceſſat fundamentum Iaſ. & Alciat. *in l. 1. C. de pactis* qui contendunt expectatiuas, per quas beneficia viuentium abſque eorum conſenſu cõceduntur, tanquam Iuri naturali, Diuino, dilectioni proximi, & præcepto Decalogi de non occidendo contrarias omnino illicitas eſſe. Sic ſanè verba *d. cap.* 2. ibi, turpe, &c. intelliguntur vbi promiſſio de qua ibi, fit abſque iuſta cauſa.

CAP. NISI ESSENT. XXI. *n. 9. in fine.*

ſine. Clarius tamen ſupradicta colligendo dicendum mihi videtur litigantibus ſuper beneficio licitum eſſe tranſigere, ſiue recedere à lite data certa penſione, vel ſolutis expenſis factis in lite & Bullis alteri parti, alia remanente cum beneficio, quatuor concurrentibus. Primo vt fiat tranſactio pro bono pacis, & ad extinguendam litem, vt ſic videatur non fieri pro pretio ſibi dato iuxta tex. in præſenti. Secundo vt non fiat dicta tranſactio per partes, ſed per Iudicem ex officio pro bono pacis ſtatuatur, vt dicit gloſ. verbo non dominus in d. cap. cum pridem, de pactis, & Innoc. in cap. de catero n. 3. de tranſact. niſi eſſet gratuita compoſitio, Hieron. Paul. in praxi Cancel. §. ſuper beneficia, ſolius enim Romani Pont. eſt approbare pactiones huiuſmodi, Menoch. conſil. 1117. nu. 5. Tertio vt ſit Iudex Ordinarius, vel delegatus Papæ datus ad prouidendum de illo beneficio, Imol. & Doct. in præſenti. Quarto, vt is, qui remanet cum beneficio litigioſo habeat ius, & proprietatem eius, & etiam poſſeſſionem, vel vt nō poſſideat propter potentiam aduerſarij; aliàs enim ſi litigioſam poſſeſſionem pecunia redimeret, committeret ſimoniam; ita probat tex. ſic intelligendus in cap. dilectus il 1. de ſimonia, & notat gloſ. 1. in cap. decimas 3. 16. q. 7. Abb. n. 4. & 8. Felin. n. 2. Anan. nu. 4. in d. c. dilectus, Lecerier de primog. lib 3. q. 8. late Valer. de differentijs inter vtrumque forum, verbo penſio differ. 4.

Quod autem Epiſcopus ex cauſa aliqua poſſit reſeruare penſionem ad vitam cenſuerunt Gig. de penſion. q. 6. n. 2. Rebuff. de pacifics poſſeſſ. n. 120. & in praxi tit. de reſeruat. tàm generali quàm ſpeciali, n. 28. Camil. Caut. de pēſion. Epiſc. in princ. à num. 1. Paul. Roman. de penſion. c. 4. n. 10. Caccialup. eod. tract. q. 13. nu. 4. Gambar. de officio Legati lib. 6. à n. 77. Hippol. Riminald. conſ. 298. num. 26. quam etiam opinionē quamuis ad alium effectum ſimpliciter videtur approbare Rot. in vna Melliten. Canonicatus 9. Marty 1595. coram Illuſtriſſimo D. meo Card. Millino, impreſſa apud Marcheſan. tom. 1. fol. 611. & in recent. p. 2. deciſ. 166. nu. 4. & hanc opinionem latiſsime conatus eſt defendere Garc. de benef. p. 1. c. 5. à num. 225.

Ibid. n. 10. in fine Gig. de penſion. q. 39. n. 1. & q. 40. n. 1. & q. 47. n. 2. Burſat. conſ. 361. nu. 32. Iacob. Gall. conſ. 67. n. 1. Seraphin. deciſ. 1351. n. 1. Roc. deciſ. 176. n. 3. p. 2. recent.

CAP. DE MVLTA. XXVIII. n. 3. in fine. Vide Thom. Catip. lib. 1. apum cap. 19. pag. 6. 7. & 10. qui non paucos plura beneficia poſſidentes infeliciſſima morte extinctos, & idcirco damnatos eſſe commemorantes allegat, refert Sigisb. Schouican. de eccleſiaſticorum vita, & moribus lib. 2. c. 32. in fine.

Ibid. poſt n. 5. Declara plures Eccleſias curatas poſſe ſimul retineri ex diſpenſatione Epi cauſa ſaltem vtilitatis, vel neceſſitatis Eccleſiæ, ſi adeo tenues ſint, vt ſingulæ proprium non poſſint Sacerdotem alere, probat tex. in cap. eam te, de ætate, & qualit. & in cap. vnio, in fine 10. q. 3. notauit gloſ. ibi verbo committatur, gloſ. in ſum. 21. q. 1. & poſt Sot. de Iuſtit. lib. 3. q. 6. art. 3. verſ. primus caſus, communem teſtatur, & comprobat Ioan. de Lignano de pluralit. benef. in princ. Hoied. de incompat. benef. p. 2. cap. 5. à princip. Alphonſ. gloſſat. antiq. ad reg. 52. Cancel. de diſpenſat. ad duas parochiales, ſtatim in princip. Rot. deciſ. 484. p. 1. diuerſ. Cum enim clericus inſeruiens Eccleſiæ de ipſius redditibus debeat ſuſtentari cap. cum ſecundum, de praben. & vna Eccleſia non ſufficiat ad huiuſmodi ſuſtentationem, merito duæ aſſignari poſſunt. Ex quibus autem coniecturis tenue cenſendum ſit beneficium vide Menoch. de arbitr. caſu 216. nu. 12. cum ſeqq. Verum iam aliud in Curia practicatur, vt in vna Vrſeten. Canonicatus Leodien. diœceſis 5. Iuly 1610. coram Reuerendiſsimo D. Coccino, vbi non obſtante exiguitate diſtantiæ, & tenuitate fructuum parochialis & canonicatus, quos quidam ex diſpenſatione Epiſcopi poſſidebat, de mente S. Congregat. Concilij Trid. tentum fuit eos cadere ſub incompatibilitate, & ſi vtrumq; retinere pergeret eſſe vtroque ipſo iure abſque alia admonitione priuatus. Ita refert Ioan. Cochier in comment. ad reg. 52. Cancel. à n. 4. pag. 477. cum ſeq. Deinde declara plura curata licitè retineri vbi vnum ex altero dependet, quia ſcilicet ei vnitum eſt, vt optimè probat cap. dudum 54. ibi, niſi vna penderet ex altera, de elect. vbi dixi. Denique declara pluralitatem beneficiorum prohibitam eſſe quando vtrumque habetur in titulum, nam vnum in titulum & alterum in commendam licite retineri probat tex. in d. cap. dudum, ibi, vnam intitulatam, & alteram commendatam, vbi addidi.

Ibid. poſt n. 6 Amplia principalem huius tex. concluſionem procedere in eo, qui vi occupauit, ſeu ſcienter iniuſte ſe intrudit in beneficio curato, vel è conuerſo. Conſtat enim non eſſe conſentaneum habere meliorem conditionem illum, qui inuaſor eſt, quàm illum, qui iuſte ingreditur, & ita in ſpecie eſt tex. qui reddit rationem, in cap. cum, qui 18 hoc tit. lib. 6. Rot. deciſ. 3. n. 2. de reſtit. ſpol. in nou. Rebuf. in praxi tit. de miſſione in poſſeſſionem à princ. Hoied. c. 5. 1. n. 20. quod intellige niſi violentus occupator incontinenti relinquat poſſeſsionem ſecundi beneficij, quia ea, quæ incontinenti fiunt videntur ineſſe iuxta tex. in l. lecta ff. ſi certum petatur, quod aduertimus procedere etiamſi prius beneficium tale ſit ad cuius titulum fuerit ordinatus, vel aliter de illo diſponere, vel renuntiare non poſſie iuxta Concil. Trid. ſeſſ. 21. de reform. c. 2. id tamen non euincit quod illud non amittat per ſecundi obtentionem violētam per quam legis beneficio alienatio neceſſaria inducitur, & fit diſpoſitio, arg. tex. in l. 1. ff. de fundo dotali, & in l. alienationes 13. ff. familiæ herc. iunctis reſolutis per Molin. de primog. lib. 4. c. 8. à princ. & c. 9. n. 28.

Amplia ſecundo etiamſi expreſsè fiat proteſtatio, quod non intendit dimittere perſonatum, vel curatum beneficium prius obtentum. Patet ſi expendas huiuſmodi vacationem ex ipſius proteſtantis voluntate non induci, ſed ab ipſa Iuris diſpoſitione, contra quam proteſtatio nihil operatur, ex reg. tex. in l. nemo poteſt, ff. de legat 1. & ita gloſ. verbo renuntiare in Clem. gratiæ, de reſcript.

Ibid. n. 8. prope fin. ibi, n. 105. Seraph. deciſ. 1254. vbi habetur quod ad effectum, vt non teneatur quis

dimit-

Digitized by Google

dimittere primnm beneficium ſufficiunt moleſtiæ etiam extraiudiciales, & de facto,& idem dicit *decis.997.* refert,plnraque alia adducit nouiſſimè Ioa. Anton. Maſſob. *in ſua praxi habendi concurſum requiſit.1.dub.6.ſecundum Romanam impr.* & Ioan. à Cochier *in reg. 51.Cancel.num.9.*

Ibid. eod. *n. 8. in fine*. Ex ea ratione quia beneficiarius non habet in totnm pacificam beneficij poſſeſſionem, niſi quando fructus beneficij per ſe, vel per alium nomine ipſius percipiuntur, in qnibus terminis loquitur tex. *in c. ſi tibi conceſſo, hoc tit. lib.6.* & in ſpecie reſoluunt ibi Franc. *n.* 4. Caſſad. *decis.9. de cauſa poſſeſſ.* Staphil. *de litteris gratiæ tit. de ſtatu, & qualitate benef. §. huiuſmodi n.14.* Hoied. *de incomp. benef. p.1.c.13.n.78.*

Ibid. poſt *n.* 18. Aduertendum maximè eſt qnod *tex. in præſenti*, dnm dicit diſpenſationem circa plnralitatem beneficiorum eſſe faciendam cum perſonis nobilibus, & litteratis, nonnulli intelligũt diſiunctinè, vt per Felin. *in c.cum adeo,de reſcript.* Abb. *in cap.dudum il 2.n.26. de elect.* itaut ſit sẽſus, poterit diſpenſari circa ſublimes perſonas, & iterum poterit diſpenſari circa litteratas perſonas, ex eo quòd diſpoſitio reſpiciens plura determinabilia ex æquo debet illa determinare ex reg. text. *in l. nam hoc Iure ff. de vulgari*, iuxta quod videtur dicendum ſolùm nobilitatem ſine litteratnra ſat eſſe ad diſpenſandum ex Felin. *vbi ſupra*. Iuuat quod dictio, &, in medio poſita diuerſitatem continere videtnr, vt per citatos *in meis Remiſſ. de diction. & clauſulis dict.93.n.14.* Quę tamẽ expoſitio ſuſtineri poteſt, & conuincitur ex eo quia in promotione ad beneficia curata attento Iure præſcripta eſt litteratura, non verò nobilitas *ex cap.cum nobis 19. de elect.* adeò vt collatio facta illiterato ſit nulla ex *dict. cap. cum nobis, & cap. cum in cunctis §. inferiora,de electione*, notant omnes in *cap.graue nimis, hoc tit.* Facit præterea quia ex hoc tex. deprehénditnr non ſufficere ſolam nobilitatem ad diſpenſandum, ſed cũ ratio poſtulauerit, vt tex. dicit, qnæ ratio ſuadet deberi interuenire ſcientiam, vnde dicendum eſt ſolam nobilitatem non includere vt ſola ſufficiat ad diſpenſandum. Nec refragatur ſi dicatur fruſtrà hic conſiderari nobilitatem cum adhnc litteratura exigatnr: reſpondetnr enim hic expendi nobilitatem & litteraturã copulatiuè ad hoc vt nobilis ſimul cum litteratura præferatur illi, qui nobilis non fuerit, veluti ſi petat ſecum diſpenſari in altero curato beneficio retinendo cum priori; tunc enim ſi eandem diſpenſationem petat nobilis eodem tempore ex æquo litteratus tunc potius cum nobili erit diſpenſandum, & ſic conſideratnr nobilitas in hoc tex. vt cum mediocri ſcientia ſufficiat ad diſpenſandum, argumento tex. *in d.l. nam hoc iure*, vbi alioquin extiterit ratio, quæ cadat in vtilitatem commnnem, vel neceſſitatem vtriuſque curati beneficij; quæ nobilitas non quælibet conſideratur, ſed magna interuenire debet, id enim importat verbnm ſublimes, de quo in hoc tex.

In tex. ibi [*per Sedem Apoſt. poterit diſpenſari*] Ergo Epiſcopi diſpenſatio circa pluralitatem beneficiorum non ſufficit, ratio eſſe poteſt, quia Epiſcopus diſpenſare non valet contra Concilij generalis conſtitutionẽ *ex gloſ.* recepta *verbo cum ſe facultas obtulerit in cap.dilectus. 19.hoc tit.* tradunt Rebuff. *in praxi tit.de diſpenſatione ad plura beneficia,num.29.* Cou. *de ſponſalibus parte 2.cap.6. §.10.n.11.* & conſtat pluralitatem beneficiorum obuiare conſtitntioni Concil.Lateranen. de qno *in cap.quia nonnulli, de clericis non reſid.* facit tex. *in cap.Ordinarij §.ſi verò,de officio Ordin. lib.6.* ibi, ſuper hoc erit ad Sedem Apoſtol. recurrendum, iuncta deciſ. tex. *in l.1.C.de legibus.* Sed obſtat *cap.ſanctorum 70.diſt.* ibi, licet enim Epiſcopi,&c. & per illud Epiſcopum poſſe diſpenſare circa pluralitatem beneficiorum reſoluunt Abb. *in cap. extirpandæ, §. quia verò, à n.39. hoc tit.* & in præſenti, *n.* 19.

Propter qnod ſunt qui diſtinguant inter beneficia ſimplicia, & inter beneficia curata, vt in prioribus poſſit Epiſcopus diſpenſare, non ità in poſterioribus, prout refernnt Rebuff. *in praxi tit.de diſpenſ. ad plura n.22. & 20.* Staph. *de litteris gratiæ tit.de formis expectatiuarum,§.ſecunda forma,n.4.*

Sed pro declaratione notandum eſt diſpenſationem dupliciter fieri poſſe, primo modo ob neceſſitatem, & vtilitatem vtriuſque Eccleſiæ, principaliter, & immediatè, veluti quando Eccleſiæ tenues ſunt, & neutra ſatis eſt ad alendum miniſtrum, vel ſubeſt alia cauſa æquè grauis. Secundo modo contingit diſpenſatio ob honorem, & prærogatiuam perſonæ principaliter, & ſecundariò vtilitas vel neceſſitas conſideratur in ea diſpenſatione, prout in hoc tex. Priori modo attento Iure antiquo, & nouiori poſſe Epiſcopum diſpenſare in beneficiorum pluralitatem iuxtà hunc tex. qui in hac ſpecie non eſt correctus, quod ſentit tex *in cap.eam te,de ætate*, patet ſi expendas data correctione reſultare dilatationem, quæ Eccleſijs maximum præiuditium poſset irrogare, quod eſt inconueniens, & hoc ſi ſpectas commnnem Doctorum reſolutionem, cum ſecus ſit attentis S.Congr.& Rotæ deciſionibus, de quibns ſupra memini, & non ſic dicas poſteriori modò; licet enim attento Iure antiquo, & per tex. *in d.cap. ſanctorum* Epiſcopi diſpenſatio admittatur, non tamen attento iure nouiori prædicta diſpenſatio admittitur in beneficijs de quibus agit tex. in præſenti, qni eo caſu diſpenſationem Sedis Apoſt. requirit ſicut in alijs. Vnde iam colligitur tex. in *d.cap.ſanctor.* attento nouiori Iure non procedere quando diſpenſatio primo, & principaliter reſpicit honorem & prærogatiuam perſonæ diſpenſatæ, ſecus ſi principaliter, & immediatè vtilitatem Eccleſiæ contineat, ita Abb. *in d. §. quia verò n. 40.* & in hoc tex. vbi Imol. *n.23.* Rebuff. *d. tit. de diſpenſatione ad plura beneficia, n.30.*

Cum in hac materia à pari procedant Legatus de latere, & Epiſcopus, iam colliges Legatum de latere poſſe ſimiliter diſpenſare circa prædictam beneficiorum pluralitatem arg. tex. *in c.1.de officio legati*, & ita in effectu dicit commnnem ſententiam Rebuff. *d. tit.de diſpenſat. ad plura beneficia n.25.* dummodo non ſint vniformia ſub eodem tecto, *gloſ. verbo vacauit in Clem. vlt. de præbend.* Hoied. *de incomp. benefic.p.2.c.vlt.n.13.*

Aduertendum in hac materia diſpenſationem circa beneficiorum pluralitatem intelligendã eſſe

de

de duobus primis beneficijs *c. ordinary, de officio Ordin. lib. 6. cap. non poteſt hoc tit. eod. lib.* vbi Anch. *n.* 1. Domin, & Franch. *n.* 3. Mandoſ. *ad reg. 8. Canc. q. 7. n. 4* Rebuff. *in praxi tit. de diſpenſat. ratione ætatis, verbo illaque ſimul dimittere* Ioan. à Cochier in *reg. 51. Cancel. n. 16.* Hoied. *d. c. vlt. n. 73.* nam cum diſpenſatio circa beneficiorum pluralitatem non perſonam diſpenſati, ſed aliud reſpiciat, meritò extinctis, & dimiſſis duobus beneficijs, nō exiſtit diſpenſatio, ac proinde de illis primis intelligenda eſt, vt habetur *in d. cap. Ordinary*, & *in d. cap. non poteſt*, iuuatque reg. *l. boues 89. §. hoc ſermone ff. de verbor. ſignif.* Dubium tamen eſt vtrum prædicta Iura procedant quando duo priora beneficia, quæ quis ex diſpenſatione obtinebat, cum alijs permutantur? Partem affirmãtem tenet gloſ. *in d. c. Ordinary verbo ea quæ*, quam Doctores ibidem ſequuntur, & pluſculis argumentis defendit Gemin. *in d. cap. nō poteſt §. illud autem n. 9. de præbend. lib. 6.* Ioan. Andr. *in cap. 1. de filijs Presbyter.* Verum contrarium, immo poſſe quem virtute diſpenſationis beneficia permutata retinere, melius mihi probatur arg. tex. *in l. filia 28. §. 1. ff. de condition.* vbi conditio concepta in vnã rem includit aliam, quæ in illius locum ſucceſſit, facit reg. tex. *in l. eū, qui §. qui iniuriarum ff ſi quis caut.* iunctis reſolutis per Tiraq *in d. § hoc ſermone in princ. a nu. 28.* Bal. *in c. dudum il 2. n. 2. de elect.* Palat. *in rub. de donat. inter §. 4. n. 3.* Vame. *conſ. 16. n. 30. de elect. vol. 1.* Nec obſtat *d. gloſ. verbo ea, quæ*, procedit enim in terminis tex. ibidem ſcilicet vbi plura beneficia incõpatibilia ex diſpenſatione obtinenti nouum aliud beneficium confertur, & vt collatio valeat oportet quòd diſpenſatio ad ea retinẽda oſtendatur, vel quod priora omninò dimittantur, & in hac ſpecie ait gloſ. quòd non ſufficit illa per viam permutationis dimittere ad effectum vt retentis, quæ per permutationem obtinentur, collatio effectũ ſortiatur, & ita non loquitur gloſ. vbi quis ſolummodo intendit ea retinere, quæ in locum priorum ex titulo permutationis ſubrogãtur, nec contra formam *d. cap. Ordinary* nouum aliud beneficium prætenditur, in qua ſpecie gloſ. eſt intelligenda; vnde cum in noſtro caſu priora beneficia retinere poſſit, nec dimittere teneatur, poterit etiam & illa retinere, quæ per permutationem in priorum locum ſubrogantur.

CAP. GRAVE NIMIS. XXIX. *nu. 4.* ibi, *n. 101. cum ſeqq* idem habere locum in patronis, qui debent præſentare dignos, & idoneos, ex hoc tex. colligit Vincent. Filliuc. *tom. 3. tract. 41. c. 4. n. 174.*

CAP. DILECTVS. XXXIV. *n. 2. in fine.* Nec refragatur vlla conſuetudo, aut præſcriptio, Seraphin. *deciſ. 1382. per totam*, Surd. qui alios allegat, *conſ. 401. n. 50.* etiamſi eſſet immemorialis cum perpetua tolerantia Papæ, cum enim verſemur in his, quæ non ſunt quæſibilia ſine Principis conceſſione, tolerantia de nihilo inſeruit, cum Iure non ſit tolerantia, ſed ſimplex conniuentia ad euitanda ſcandala, quæ poſſint committi in auferendo huiuſmodi abuſus, vt tradunt ſcribentes omnes *in cap. 2. hoc tit. lib. 6.* Ioa. Andr. *a n. 5. vſque ad fin.* Anchar *ſub n. 1. verſ. quinto quærit* Gemin. *ſub num. 12. verſ. nec obſtat ſi dicatur.* Ioan Monach. *n. 5.* & ibi Prob. latiſſime *à n. 5.* Præpoſ. *in cap. imperium verſ. ſed an præſcriptione cum ſeq. 10. diſt.* vbi grauiter inuehit tàm in conferentes, quàm in collatarios, Zabarell. *conſ. 57. ſub n. 2. verſ. & ſi dicatur*, & *n. 3.* plures alios refert, & ſequitur Selu. *de benefic. p. 1. q. 23. ſub n. 16. verſ. & in iſto caſu habet locum.*

Ad Lib. III. Tit. VII. de Inſtitutionibus.

CAP. IN ECCLESIA. II. poſt. *n. 2.* Repetita illa vulgati concl. ex hoc tex. deſumpta quòd laicus non poſſit habere beneficium eccleſiaſticum, cui ſimilis tex. *in cap. cum adeo 18. de reſcript. & in cap. ex litteris de tranſact.* quam ex antiquioribus probat Abb. *in cap. Ioannes n. 7. de clericis coniug.* Dec. *in cap. decernimus nu. 30. de iudic.* Syluest. *verbo beneficium 3. n. 8.* Gom. *de expect. nu.* 89. Gig. *de penſion. quæſt. 86. n. 7. & q. 22. n. 16.* Staph. *de litteris gratiæ §. noua forma n. 24.* Rebuff. *in praxi tit. de cler. n. 4. & tit. differentiæ inter reſcripta gratiæ, n. 38.* Lamb. *de iurepatron. 1. lib. 2. quæſt. 7. artic. 2. num. 15.* Marſil. *de reddit. p. 2 cap. 18. n. 17.* Couarr. *lib. 3. variarum cap. 16. n. 4.* Gutier. *conſ. 2. num. 21.* Fuſc. *de viſit. cap. 21. n. 13* Obſtat tamen quod B. Nicolaus fuit promotus ad Epiſcopatum antequam clericus diceretur, quinimò S. Ambroſius Archiepiſcopus factus eſt antequam baptiſmi Sacramentum ſuſciperet, teſtatur Gratian. *in cap. ſtatuimus 61. diſt.* & conſtat Epiſcopatum, ſeu Archiepiſcopatum eſſe quidem beneficia eccleſiaſtica aduertit Selu. de *benefic. part. 1. quæſt. 2. n. 19.* Rebuff. *in praxi tit. de reprobata beneficij viuentis impetratione n. 44.* Obſtat rurſus quòd laicus Summus Pontifex eſſe poteſt iuxta *gloſ.* receptam *in cap. ſi quis pecunia 79. diſt.* aduertit Abb. *in cap. n. 7. de Regular.* facit tex. *in c. licet de euitanda 7. vbi gloſ. verbo abſque vlla exceptione, de elect.* iuncto tex. *in cap. ſi Papa, verſic. niſi 40. diſt.* & quæ tradũt Caſtro *de iuſta hæreticorum punit. lib. 2. c. 23.* Simanc. *de Catholicis cap. 45. n. 36.* Et conſtat Pontificalem dignitatem beneficium eſſe eccleſ. iuxta tex. *in cap. 1. de maledicis*, aduertit Selua *vbi ſupra num. 14.*

Pro quorum dubiorum ſolutione aduertendum eſt circa beneficia Eccleſiaſtica duo eſſe conſideranda, vel enim conſiderari põt acceptatio beneficij, & collatio ipſa tempore quo fit, vel rurſus cõſideratur eiuſdem beneficij eccleſiaſtici prætenſio ex poſtfacto; inter quæ illud eſt diſcrimen quòd licèt in vtroque caſu laici prohibeantur, diuerſo tamen modo, in vno atq; in alio prohibitio facta reperitur, patet ſi expendas quòd retentio beneficij à laicis non tantum iure humano, verum etiam diuino prohibetur, etenim cum retentio beneficij ob illius adminiſtrationem ſupponat diuini officij miniſterium, putà adminiſtrationem Sacramentorum in curatis, & in alijs alia & iſthæc miniſteria non tantum iure humano verum & diuino laicus facere prohibetur, iuxta ea, quæ S. Thom. 2. 2. *quæſt. 100. art. 4.* Sot. *lib. 9. de Iuſt quæſt. 7. art. 1.* Conar. *lib. 1. variarum cap 17. n. 5.* rectè fit retentionem beneficij non tantum iure humano verum etiam diuino laicis interdici, quicquid contradicat Gig. *de penſion.*

Digitized by Google

penſion.q.21.num.4. Non ſic dicas de beneficij acceptatione, quæ quidem cum adhuc prædictum miniſterium neceſſariò non ſupponat non diuino iure, ſed ſolum humano prohibita cenſetur. Patet ſi expendas attento iſto Iure non aliter eſſe faciendam collationem, niſi perſona ſit idonea, quæ beneficio deſeruire poſsit, quod quidem laicus tempore collationis facere nequit: ſic aliàs data diſpenſatione de ſtylo Curiæ quando laico mandatur beneficium conferri, apponitur clauſula cupiconi adſcribi militiæ clericali, vt teſtatur Gom. *de expectat.n.90.*

Quo ſuppoſito colligitur tex.in præſenti, quatenus tempore collationis Ordines Eccleſiaſticos requirit, Iuris humani Conſtitutionem continere, licet enim ſit contra legem diuinam laicum beneficium in titulum retinere ob ipſius miniſterium, vt ſupra dictum eſt, non tamen Dei præceptis aduerſatur ad beneficium laicum iouenire pietate, & eruditione inſignem intra breue tempus ordinandum: ſic aliàs qui Sacros Ordines non habet Curato beneficio iure diuino deſeruire non poteſt, iuxta reſoluta *in cap.omnis vtriuſque ſexus, de Pœnitent.* qui tamen conſtat ad curatum beneficium admitti intra breue tempus ordinandus arg. tex. *in cap. licet canon, de elect. lib.6.* licet enim in illo tempore beneficium retineat, propter tamen deſtinationem, quam habet ad ſacros Ordines, vt in Sacris ordinatus retinere dicitur; ſic ſimiliter licet laicus intra illud breue tempus poſsideat, non tamen vt laicus dicitur retinere propter illam deſtinationem data diſpenſatione ad obtinendum, aliàs nihil conſideraretur ſuper quo caderet diſpenſatio, vnde ſupradicta clauſula in diſpenſatione adijci ſolet. Ex quibus iam patet intellectus *ad d.c. ſtatuimus,* vt procedat data diſpenſatione, conſtat ex illis verbis, poteſt rata haberi. Patet ſi expendas admiſsionem laici de qua ibi, Iuris quidem humani prohitionem ſolummodo continere iuxta ſupradicta, & probat eleganter idem tex. *in d. cap.ſtatuimus,* ibi, Eccleſiæ prohibitiones. Vnde merito relaxata illa prohibitione ob virorum ſanctimoniam admiſſio facta fuit, non ſic dicendum erat ſi voluiſſent prædicta beneficia retinere abſque Ordinis promotione, iuxta ſupra reſoluta. Sic aliàs Pontifex laicus tempore electionis eſſe poteſt, porà quia exceptio Iuris humani, qualis eſt iſta, illo tempore, ipſius electionem auferre non poteſt iuxta *d. cap.licet de euitanda,* ibi, abſque vlla exceptione.

CAP. AD DECOREM. V. *n.2.in princ.* ibi, *tit.6. n.3.* non eſt enim de Iure attendenda quãtũ ad collationẽ, & prouiſionem beneficiorum exceptio perſonarum quoad oationem, Rot. in *Seguntina admiſsionis ad Capitulum 5. Iunij* 1587. coram D.Gypſin, apud Farin. *deciſ.24.n.2. in 1. collect.nouiſſ.* refert nouiſſimè Ioan. Anton. Maſſobr. *in ſua praxi habendi concurſum præl. 7. dub. 21. n.37. ſecundum Roman. impreſ.*

CAP. CVM AD NOSTRAM. VII. & vlt. *poſt n.2.* In tex.ibi (*recipere non potuit à ſe ipſo*) Collige ex tex. non poſſe inſtituentem ſe ipſum in beneficio Eccleſiaſtico inſtituere, ita *gloſ.verbo recipientem,* Innoc. Abb. *n.1.& 4.* & alij DD. *in præſenti,* idem Abb. *n.1. in cap.per noſtras, de Iurepatron.* DD. communiter *in cap. cum in iure peritus, de elect.* Roch. de *Iurepatron. verbo honorificum n.20.* Paulus de Cittad. *eod. tract.p.6.q.48. art.3.* Lambertin. *lib.2.p.1.q.8.art.2.* Dec. *conſ.151. n.10.* Socein. *conſ.11.vol.1.* Manto. *dial.34.* Amplia tex. hunc procedere etiam in procuratore, qui quidem virtute mandati conſtituentem non poteſt inſtituere in beneficio in quo ipſe conſtituens habet poteſtatem inſtituendi, ſiquidem per ipſum procuratorem conſtituens cẽſetur ſe ipſum inſtituere ex reg. tex. in *cap. mulieres §. illi, de ſententia excom.reg. qui per alium, lib.6.* vnde cum conſtituens ſe ipſum inſtituere non poſsit, vtique nec per alium, nempe procuratorem, id poterit efficere, qui non aliter conſtitui poteſt quàm poſt vacationem Eccleſiæ propter tex. *in cap.vlt. de conceſſ. præb.* qua data vacatione maxima fraus reſultat reſpectu conſtituentis per conſtitutionem procuratoris. Accedit quia procurator non aliter poteſt in beneficio inſtituere quàm nomine ipſius conſtituentis, cuius perſonam in tali inſtitutione repræſentat, fatetur Lambertin. *lib. 2. part. 1. quæſt. 8. art. 9. n. 3.* quo dato neceſſariò videtur dicendum conſtituentem ſe ipſum in effectu inſtituere contra tex. *in præſenti,* & reg. tex. in *d. c.per noſtras,* cuius ratio ambitionis etiam & maxime in inſtitutione verificatur, & ita in ſpecie hanc ſententiam tenent Abb. *n. 6.* Ioan. Andr. & alij *in præſenti,* Zabarel. *in cap. ex inſinuatione, de Iurepatron.* Pauin. de *poteſtate Capituli Sede vac.p.2.q.5.in fine.* Roch. verbo *ipſe vel is q.20.* Lambertin. *d.art.9.* quamuis cõtrarium teneat *gloſ. verbo recipientem,* ad finem, hic, exiſtimans procuratorem poſſe inſtituere dominum, cuius ſententia poterit procedere quando dominus conſtituens legitimè transfert in alium omnimodam & abſolutam poteſtatem inſtituendi, vel præſentandi, itaut alius ſuo proprio iure inſtituere, vel præſentare dicatur, prout in effectu illam explicat Abb. *d.n.6.* Lambert. *d.q.8. art.11.* & dixi *in collect. ad illã gloſ.* quod quidem eſt faciendũ interueniente iuſta cauſa concedendi ſeu transferendi tali modò, ne aliàs fraus præſumatur, prout in ſpecie aduertit Lambertin. *d.art.9.n.4. & d.art.11. à n.2.* Nec ſupradictæ opinioni refragatur quod Romanus Pont. Confeſſarium conſtituit, & quotidie abſoluitur ab illo, cui ſe ſubijcit, tradit *gloſ.* ſingularis *in cap. ſane il 2.de officio deleg.* reſoluunt Sot. *in 4. diſt. 18. q.4.art.2.* Cou. *in cap.alma p.1.§. 1.n.5.* Nau. *in c.1. in princ. n.20. & in cap.placuit, n.9.de Pœnit.diſt. 6.* Caſtr. *lib.2. de iuſta hæret. punit. cap.23.* Ry. enim *vt per* Abb. *d.n.6.* & latè per Nau. *d.c.placuit à n.15.*

Ad Lib. 3. tit. 8. de Conceſsione præbendæ, &c.

CAP. QVI IN VIVORVM. I. poſt *n.3.* In gloſ. [*Pellendi 2.*] ibi (*tranſiuit in rem iudicatam*) Vulgo notatur ad hoc quod ſententia lata ſuper beneficio eccleſiaſtico tranſit in rem iudicatam, itaut veritate comperta non poſſit poſtea retractari ad inſtar aliarum, ex reg. *l.poſt rem iudicatam, ff. de re iudic.cum vulgaribus,* ſequuntur

DD.hic

DD. hic, communis vt per Felin. *à n. 11. in cap. lator, de re iudic.* Cou. *de ſponſal. 2. p. c. vlt. n. 12.* Soccin. vbi limitat, *reg. 449.* Hippol. *in pract. §. ordine n. 8.* pro quibus expendi ſolet *cap. cum dilectus 32. in fine, de electione.* Sed contrarium intendunt Innoc. & alij relati per Felin. *vbi ſupra n. 14. ad fin.* pro quibus maximè vrget, quod ſententia in cauſa matrimonij carnalis non ita in rem iudicatam trãſit quin veritate in contrarium comperta retractari valeat, *d. cap. lator,* vbi addidi, igitur idem dicendum videtur in cauſa ſpiritualis matrimonij, quod inter Eccleſiam & beneficiatum contrahitur, *cap. quoniam §. vero, verſ. ſi vero, vt lite non conteſt.* præſertim quia ſicut ſententia iniuſta in cauſa carnalis matrimonij continet vitium per partes irremiſſibile ex additis ad *d. c. lator,* ita etiam in cauſa beneficiali, cum non poſſint partes iuſtum titulum præſtari in beneficio, quod abſque canonica inſtitutione obtineri nequit, *reg. 1. lib. 6.* Nec oppoſitum probat *d. c. cum dilectus,* quia non agit de ſententia diffinitiua ſuper beneficio, aut electione, ſed de interlocutoria ſuper ætate, quam iudex ad diffinitiuam vſque reuocari poterit, vt patet ex principio tex. iuncta *gloſ. vlt.* Nec etiam aduerſatur gloſſa hęc, quia licet probet ſententiam in propoſito tranſire in rem iudicatam, non tamen dicit illam veritate poſtea comperta retractari non poſſe: obtinuit communis Doctorum explicatio vtramque opinionem ſub diſtinctione defendi poſſe, itant prior procedat reſpectu illius, qui per ſententiam ſuccubuit, is enim amplius ſuper retractanda ſententia non auditur, & obſtat illi exceptio rei iudicatæ: poſterior vero procedat reſpectu victoris, cui per ſententiam beneficium adiudicatur iniuſtè, ſiquidem contra hunc veritate comperta ſuperior agere poteſt, & ſententiam priorem retractare, tex. qui communiter intelligitur, & ſumatur *in cap. cum olim, de dolo,* ſicut ea agere poterit tertius, quia rei iudicatæ exceptio his perſonis non obſtat cum quibus lis præcedens agitata nõ eſt, ex reg. *l. 3. & l. 4. ff. de except. rei iudic.* ita diſtinguunt Abb. *in cap. cum Bertoldus n. 28. de re iudic. & in d. c. cum olim n. 6.* Rot. *deciſ. 17. de re iud. in antiq. &* alij, vt per Felin. *vbi ſupra,* Couar. *d. loco,* Sicul. qui communem teſtatur, in *cap. ad audientiam 2. n. 54. de reſcript.* cuius differentiæ ratio illa videtur, quod in priori membro reſpectu illius, qui ſuccubuit, & in ipſius præiuditium ſententię vitium remiſſibile eſt ab eodem quippe, qui potuit abſque peccato ſententiæ parere, & pendente lite renuntiare iuri ſuo arg. *cap. 2.* ibi, renuntiauit, *de in integ. reſtit. cap. 2.* ibi, lite pendente cedant, *vt lite pendente,* communis, vt per Couar. *vbi ſup. n. 14.* Boer. *deciſ. 206. à n. 2.* id quod ſecus eſt ex parte victoris pro quo iniuſta ſententia profertur, is etenim veritatis conſcius non põt vti huiuſmodi ſentẽtia, & prætextu illius beneficium retinere, vel acquirere in quo iuſtum titulum non habet, qui conſenſus etiam expreſſus colligantis, qui ſuccubuit, licet ſufficiat ad ipſum excludendum, non ſufficit vt alius iuſte acquirat, vel retineat deficiente canonica inſtitutione, quam ſententia non tribuit, ſed declarat, *l. ſicuti §. ſed ſi ff. ſi ſeruitus vendicetur,* iuuat *c. olim, de reſcript.* & quæ ex illo notat *gloſ. vlt. in cap. 1. de eo, qui mittitur in 6,* recepta communiter, vt per Felin. *in d. cap. olim à n. 10.* ac ſubinde in propoſito non procedit æquiparatio, & argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale propter diuerſam rationem, cum in illo detur vitium irremiſſibile ex vtraque parte, vt per Abb. *d. n. 9.* & præcitatos: & hinc eſt quod confeſſio partis in cauſa beneficiali excludit confitentem, & ſufficit vt contra illum ſententia proferatur, tex. iuncta *gloſ. verbo conſiſtit in cap. poſt electionem, inf. hoc tit.* vbi DD. Præpoſ. *n. 5. in cap. ſuper eo, de eo qui cognouit conſang.* ſecus tamen eſt in matrimonio carnali *d. cap. ſuper eo.*

CAP. NVLLA II. *n. 6. in fine.* Vincent. Fillinc. *tom. 3. tract. 41. c. 4. n. 171.* vbi ait quod hic tex. habet locum in collatione libera, non vero in neceſſaria.

CAP. POSTVLASTI. XV. *poſt. n. 3.* Notatur etiam ad hoc quod vbi negligentia, quã Prælatus *ipſe* habuit, dum teneretur non vt Epiſcopus, ſed vt quilibet alius cum cæteris Canonicis intra ſex menſes beneficium conferre, non nocet ei, vt tanquam ad Prælatum ob negligentiam ad ipſum conferendi poteſtas deuoluatur, quia non fuit negligẽs vt ipſe ſolus, ſed cum alijs, quod efficit vt ad ipſum tanquam ad ſuperiorem merito deuolutio fiat, ita Domin. à S. Gemin. *in cap. à collatione 11. num. 1. de appellat. in 6.* vbi Franch. *n. 4.* Innocent. *in cap. irrefragabilis 13. n. 2.* & ibi Zabarel. Hoſt. & alij *de officio Ordin.* Secus autem eſſet ſi electio, vel collatio à ſolo Epiſcopo tanquam Canonico facta, vel facienda fuiſſet; nam tunc nullo modo ad eum appellatio interponeretur, nec facultas conferendi deuolueretur, quia deeſſet perſonarum diuerſitas, quæ in his caſibus neceſſariò deſideratur, Rot. *deciſ. 1. ſub tit. de ſuppl. neglig. Præl. in nouis,* alias *deciſ. 113.*

Ad Lib. III. Tit. IX. Ne Sede vacante aliquid innouetur.

CAP. NOVIT. I. *poſt n. 1.* Probat hic tex. diſſolutionem vnionis, quæ Epiſcopatui facta erat, illo vacante minimè fieri poſſe, vt reſoluunt omnes in præſenti, *gloſ. verbo vacabat,* vbi omnes, in *Clem. 2. de rebus Eccleſ. non alien.* Cacetalup. *de vnionibus. art. 9. à n. 1.* Petrus de Peruſio *eod. tract. cap. 5. n. 2. & 3. & de reuocat. vnionum cap. 3.* Non obſtat quod vnio Sede vacante fieri poteſt *d. Clem. 2.* ac proinde eodem modo diſſoluenda foret arg. *l. nihil tam naturale ff. de regulis Iuris, reg. 1. in antiq.* quia ℞. reiectis duabus ſolutionibus gloſſæ d. verbo *vacabat,* magnum verſari diſcrimen inter vnionis conſtitutionem, & illius reuocationem, nam per vnionẽ neutri Eccleſiæ præiuditium infertur, ſcilicet nec vnitę, cuius exiguitas, & paupertas reparatur *cap. vnio 10. q. 3. c. & temporis 16. q. 1. cap. expoſuiſti, de præbend.* & ita conſulitur Eccleſię pauperi; rurſus nec etiã Eccleſiæ, cui fit vnio, cuius reditus, & auctoritas aliquo modo amplificantur, vt patet; at vero per vnionis legitimè factæ diſſolutionem vtrique Eccleſiæ præiuditium infertur.

tur, ſcilicet vnitæ, quia reddit in antiquam paupertatem, vel ſaltem amittit priuilegia digniora, quæ ratione vnionis acquiſiuit; rurſus & ei, cui vnio facta eſt, quia eius reditus & auctoritas diminuũtur, ac ſubinde cum detur diuerſa ratio in conſtitutione vnionis, quę datur in eiuſdem diſſulutione, argumentum ex *d. l. nihil tam naturale* non procedit, poteritque vacante Sede fieri vnio iuxta *d. Clem. 2.* non autem diſſolui iuxta tex. *in præſenti*, quo pacto illum intellexit Caccialup. *d. n. 1. cum ſeqq.* Petr. de Peruſio *vbi ſup. c. 9. n. 2. & 3.* licet id non percipiat Rebuff. *in praxi tit. de reuocat. vnion. à n. 13.*

Ibid. *n. 2. in fine.* Sic etiam ſolius Papæ eſt erigere Eccleſiã in Collegiatam, Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 5. cap. 29. q. 25. & cap. 30. q. 3. & 4.* Rebuff. *in praxi tit. de erect. in Collegiatam*, Nicol. Garc. de *benefic. p. 12. cap. 5.* Paul. Fuſch. *de Viſitat. lib. 2. cap. 1. n. 6.* nouiſſimè Ioan. Anton. Maſſobr. *in ſua praxi habendi concurſum præl. 2. dub. 1. ſecundum Rom. impreſ.*

CAP. ILLA. II. *nu. 2.* ibi, *cap. 38. q. 1.* adde Vincent. Filliuc. *tom. 3. tract. 41. c. 2. n. 42.*

Ibid. eod. *n. 2.* prope fin. ibi, *n. 93.* Abb. *in cap. cum olim n. 3. verſ. ſed circa, de maiorit.* & ibi Felin. in fine. Pauin. *p. 2. q. 2. n. 10.*

Ibid. poſt eund. *n. 2.* Amplia concluſionẽ procedere non ſolum in Capitulo, ſed etiam in quocumque alio viſitatore dato Eccleſiæ Cathedrali vacanti, vel alio inferiori Summo Pont. iuxtà terminos *cap. vlt. verſ. niſi forte, cum ſeq. de ſuppl. neglig. Præl. lib. 6.* Concil. Trid. *ſeſſ. 24. de reform. c. 16. verſ. ſi ſecus factum fuerit*, notat *gloſ. verbo ijs ad quem in cap. vnic. de maior. & obed. lib. 6.* adhuc enim illa beneficia ad Epiſcopi collationem pertinentia non conferet, tex. opt. *in d. c. vlt. §. vlt. in princip.* Secus dicendum eſt in viſitatore dato à Summo Pont. eidem Eccleſiæ Cathedrali, quem ſolus Papa poteſt deputare, nulla interueniente Capituli negligentia *d. cap. vlt. in princ. d. gloſ. verbo is ad quem*, is enim beneficia poteſt conferre *d. §. vlt. in fin.* iuncta *gloſ. vlt.* & inſuper omnia alia facere (excepta rerum immobilium alienatione) quæ poteſt facere Epiſcopus electus & confirmatus *cap. is 42. de elect. in 6.* Amplia etiam prædicta procedere in Collegio Cardinalium, qui vacante Apoſtolica Sede non poſſunt conferre beneficia ad Summi Pont. prouiſionem pertinentia, de quo late Selu. *de benefic. p. 2. q. 2. per totam.* Limitatur tamen ſupradicta concluſio vbi ad Capitulum & Epiſcopum ſimul collatio ſpectaret, nam tunc mortuo Epiſcopo, vel à beneficiorum collatione ſuſpenſo poterit Capitulum conferre gloſ. & DD. per tex. ibi *in cap. vnic. in princip. hoc tit. lib. 6.* Abb. *in præſenti n. 4.* Rebuff. *in praxi tit. de deuolution. à n. 74.*

Ibid. *n. 3.* prope fin. ibi, etiam recent. Rebuff. *in praxi tit. de deuolut. à n. 58.* Soar. *tom. 5. diſp. 50. ſect. 5. n. 6.* Vincent. Filliuc. *d. cap. 2. n. 4.* vbi dicit ex antiquo Iure tempore Sedis vacantis iuriſdictionem Epiſcopi deuolui ad Capitulum, quam facultatem, nec mutauit, nec minuit Concil. Trid. *ſeſſ. 24. de reform. c. 16.* ſed ſolum præcepit modum vtendi illa, nimirum per Vicarium ab eodem Capitulo electum, cui & iuriſdictionem, & vſum committat.

Ibid. *n. 4.* in fine, Vincent. Filliuc. *d. c. 2. n. 46.*

Ibid. *n. 5.* ibi, à patronis, Abb. *in præſenti n. 6. & in cap. cum olim n. 2. in princip. de maiorit. & obed.* Rebuff. *in praxi tit. de deuolution. à num. 68.* Selu. *de benefic. p. 2. q. 11. n. 4.*

Ibid. *n. 26. in med.* ibi, *q. 4.* Vincen. Filliuc. *d. cap. 2. n. 40.*

Ibid. *n. 30. in fine.* Filliuc. *d. cap. 2. n. 44.*

CAP. CONSTITVTIS. III. *n. 2. in fine.* Vnde reprobat hic tex. teſtium depoſitiones, qui vacante Eccleſia ſunt recepti, vt notant DD. in præſenti, *gloſ. vlt. ad fin. in cap. 1. ſup. hoc tit.* vbi Innoc. Imola, & communis, *gloſ. verbo reuocari* vbi Cardin. & Imola *in Clem. vlt. de procuratorib.* Felin. *in cap. edoceri verſ. vacante, de reſcript.* Pauin. *de poteſtate Cap. Sede vacante p. 2. q. 9.* Gig. *de penſionibus q. 65.*

Ad Lib. III. Tit. X. De his, quæ fiunt à Prælatis, &c.

CAP. CONTINEBATVR. II. *nu. 8. in fine*, Abb. *in cap. de quarta, num. 12.* & ibi Felin. *n. 35. de præſcript.* plures relati per Aym. *de antiqu. tempor. p. 4. cap. materia n. 6.* Duen. *reg. 285.* Cou. *in reg. poſſeſſor p. 2. §. 7. n. 5. verſ. hac autem*, & eſt magis communis ſententia; vt poſt alios teſtatur Gabe. *commun. ſub tit. de præſcript. concl. 14. n. 4.* Quamuis contrariam ſententiam, quæ Iure magis probatur, teneant *gloſ. pen. in d. cap. de quarta*, vbi Bero. *num. 30.* Imol. & Paul. *in l. nunquam 31. ff. de vſucapion.* & alij relati per Aym. *n. 7.* Molin. *68. in princip.* & Cou. *n. 5. verſ. ſecunda*, ac Gabr. *n. 3.* dictis locis, Pinel. *in auth. niſi nu. 11. C. de bonis matern.* Mench. *illuſtr. c. 77. à n. 14. & cap. 81. n. 8.*

CAP. PASTORALIS. IX. *n. 2.* ibi, *n. 10.* Et quod auctoritate Dionyſij Papæ fuerint parochiæ limitatæ ſentit Rot. *in Theatina iuriſdictionis 4. Maij 1612.* coram Reu. D. meo Coccino Decano, & in Conchen. *decimarum 7. Februar. 1612.* coram D. Andræa, & Platina in vita eiuſdem Dionyſij.

Ad Lib. III. Tit. XI. De his, quæ fiunt à maiori parte Capituli.

CAP. EX ORE. III. poſt *n. 3.* In tex. ibi. [*Iure ſuo, &c.*] Notatur ad hoc, quòd electus ad aliquod beneficium poteſt cedere iuri ſuo & electioni de ſe factæ abſque ſuperioris licentia, vt per Abb. *in cap. cum Bertoldus, de re iudic.* Felin. *in cap. in noſtra n. 28. de reſcrip. Rot.* deciſ. *6. de elect. in nouis*, Gom. *in reg. de non tollendo Iure quæſito q. 1.* Nau. *in cap. accepta oppoſit. 8. n. 7.* Flamin. *de reſign. lib. 2. q. 23. n. 7.* Non obſtat tex. *in cap. cum inter 21. de elect.* vbi per mutuum electi, & eligentium conſenſum quaſi coniugale vinculum contrahitur, quia intelligẽdus eſt tex. ille ſecundũ *gloſ.* ibi *verbo quaſi*; poteſt etiã intelligi, vt loquatur de vinculo, quod ex ſponſalibus de futuro reſultat, vnde quemadmodum ſponſalia ſolo contrahentium diſſenſu dirimuntur

mnuatur

muntur c. 2. de ſponſalib. ita vinculum illud mutuo electi, & eligentium conſenſu diſſoluitur, & ideo valet renunciatio, quæ in manibus electorum abſque Superioris licentia celebratur, vt notauit *gloſ. verbo renunciauit in cap. 2. de tranſlat. Pral.* Vnde renuncians electioni de ſe factæ amplius non exaudiri, nec eius appellationem ad nouam electionem impediendam admittendam eſſe reſoluit Flamin. *d. q. 23. num. 9.*

Ad Lib. III. Tit. XII. Vt Eccleſiaſtica beneficia, &c.

CAP. VT NOSTRVM. VNIC. poſt *n. 10.* In verſ. *Vnde credimus, &c.* In hoc loco ait Pontifex quod ſi Epiſcopus ante donationem beneficij fructus non percipiebat, minimè poteſt ex donatione ipſius abſque ſimoniæ prauitate fructus ad tempus conſequi; & paulo poſt in verſ. *Si vero*, ait quod ſi ante donationem Epiſcopus percipiebat fructus poteſt eos retinere ad tempus ex iuſta cauſa, dummodo id faciat vacante beneficio, ſi autem cum recipiente conueniat ſtatuit Pontifex id non licere, ne via aperiatur fraudibus: continet hic tex. non mediocrem difficultatem, primò dum ait abſque dubio ſimoniæ prauitatem contineri ſi ex donatione fructus conſequatur: conſtat enim poſſe Epiſcopos ex iuſta cauſa fructus ſibi ad tempus reſeruare, vt hic tex. ad finem aperte probat, & affirmat *gloſ. vlt.* ibidem, & ante eam Innoc. Ioan. Andr. & Butr. quos refert, & ſequitur Imol. *num. 23.* optime Zabarel. *n. 3.* hic, hoc idem poſt Hoſt. volt *gloſ. verbo defenſori in Clem. 2. de rebus Eccleſ. non alien. gloſ.* recepta *in cap. ſi propter, de reſcript. lib.* quamuis Abb. *in praſenti* videatur dubitare. Neque contrarium probat *cap. pen. de verbor. ſignif. d. cap. ſi propter, & cap. ſi tibi conceſſi, de prabend. lib. 6.* quibus locis hæc fructuũ reſeruatio ad tempus ex gratia Summi Pont. facta proponitur, quæ neceſſaria non fuiſſet ſi id Iure communi Epiſcopis facere liceret arg. *l. vnic. C. de theſauris lib. 10.* Nam ex ſententia *gloſ. in d. cap. ſi propter*, & omnium dictis locis, gratia neceſſaria eſt cum omnium vacantium beneficiorum fructus Epiſcopo reſeruantur, quia interim beneficia vacant cum fructus omnes retinentur, vt prædicta Iura probant, quæ in his terminis intelligenda ſunt, non autem cum pars fructuum reſeruatur, & beneficium confertur, quo caſu procedit tex. *in praſenti*, nec etiam impeditur reſeruatio fructuum ad tempus ex *d. Clem. 2. de rebus Eccleſ. non alien.* quoniam agit de perpetuis vnionibus Eccleſiarum, & immerito extenditur ad temporales fructuum reſeruationes, vt benè aduertit Zabarel. vbi ſup. cum ergo liceat Epiſcopo fructus reſeruare ad tempus, hanc reſeruationem abſque dubio facere poteſt in ipſa collatione, quoniam perinde ceſſat conuentio, & in effectu reſeruantur fructus beneficij vacantis, nec enim datum cenſetur niſi poſtquam collatio perfecta eſt omnino. Nec dubitandum in ipſo inſtrumento confirmationis, ſeu collationis poſſe fieri reſeruationem penſionis, conſtitutionem cenſus, aliudue ſimile onus reale, *vt in cap. conſtitutus, de relig. domib.* dummodò cum recipiente pactum non fiat.

Secunda difficultas in eo verſatur quòd priori caſu vbi ſine conuentione Epiſcopus fructus conſequitur veram ſimoniam committit, in poſteriori vero data conuentione ait tex. dicimus non licere ne aperiatur via fraudibus, cum tamen videretur propter conuentionem à fortiori ſimoniam committi. Augetur difficultas etiam ex hoc tex. *in verſ. quia etiam*, dum inquit Archiepiſcopum probaſſe quod retentis ſibi fructibus beneficium contulerat, ſic ſentiens non licere Epiſcopo tempore collationis, vel ante, beneficij fructus ſibi reſeruare, nec difficultatem ſoluit *gloſ.* recepta *in praſenti, verbo ſub modo*, quam ſequuntur DD communiter, dum ait ſimoniam in hoc tex. committi propter modum adhibitum in donatione officij ſpiritualis, quia certum eſt modum temporalem poſſe adijci beneficijs vacantibus tanquam onus reale, quod eorum fructus non excedat. Nec etiam difficultatem ſoluit alia *gloſ. in praſenti verbo conſequitur*, ab omnibus recepta, dum inquit ideò in priori caſu committi veram ſimoniam, quia in donatione pactio de percipiendis fructibus fuit adhibita, adhuc enim dubitamus cum vtroque caſu pactio interuenerit cur diuerſo modo à Summo Pont. improbetur.

Vnde ex littera huius tex. difficultas explicabitur ſi aduertas hic in *§. vlt.* iam non definiri factum Archiepiſcopi, quod ſuperius tribus rationibus fuerat damnatum, ſed futuris temporibus occaſione illius facti dirimi quæſtionem vtrum abſque vitio ſimoniæ poſſit beneficium ſpirituale ita conferri, vt eius fructus ad tempus Epiſcopus reſeruet, eamque trimembri diſtinctione Pontifex reſoluit. Præmitte etiam abſque vlla ſimoniæ labe poſſe Epiſcopum reſeruare ſibi fructus ad tempus ex iuſta cauſa ſi id palam faciat ſeruatis ſeruandis, nulla facta conuentione, iuxta communem Doctorum ſententiam ibidem, quam tex. in fine probat, nec refert vtrum multò ante donationem, an eodem tempore reſeruatio fiat. His ſuppoſitis dicendum eſt ideo in primo caſu Summum Pont. reſpõdiſſe abſque dubio ſimoniacam prauitatem contineri, quia agit quando nulla facta fuit legitima reſeruatio, iam enim tunc non ex reſeruatione iuſta, ſed propter donationem beneficij fructus percipit temporales; vel etiam dici poteſt pactionem cum recipiente fuiſſe factam vt gloſ. vult, & ſaltem præſumptione Iuris ſimoniam dari, quia vbi nulla apparet reſeruatio facta, ſed tantum ſpirituale datum, & temporale receptum, rectè ſimonia iudicatur. In ſecundo autem caſu quando ante vacationem idem Epiſcopus percipiebat fructus ſi fiat conuentio de ipſis iterum retinendis, non committitur ſimonia, ſed eius ſpecies, quia ex vi præcedentis reſeruationis retinentur, & ſola pactio efficit vt illicita ſit conuentio propter ſimilitudinem illiciti contractus, qui prima facie de ſpiritualibus ad temporalia fieri videtur.

Ad Lib. III, Tit, XIII. de Rebus Eccleſiæ non alienan.

IN rub. in fine, ibi, alleg. 95. adde Vaſq. de redditib. eccleſiaſt. in fine tractatus, Vincent. Filliuc. tom 3. tract. 44.

CAP. NVLLI, V. n. 5. ibi, n. 4. Vincent. Filliuc. tom. 3. tract. 44. c. 2. à n. 24.

Ibid. n. 8. in fine, Benedict. Canoſil. in repet. extrauag. ambitioſæ à n. 10. vſque ad 34. Redoan. de alienat. q. 2. n. 24. Vincent. Filliuc. d. tract. 44. c. 2. in princip.

Ibid. n. 13. ibi, duodecimo limita, Vincent. Filliuc. d. tract. 44. c. 2. n. 25.

Ibid. n. 16. in fine. Vincent. Filliuc. d. c. 2. n. 23.

Ad Lib. III. Tit. XIV. de Precarijs.

CAP. PRECARIÆ. I. poſt n. 3. Valde torquentur Doctores hic in reddenda ratione cur fiat in precaria renouatio de quinquennio in quinquennium, cum precarij poſſeſſores nullo tempore poſſint præſcribere, eo quòd proprietas maneat apud Eccleſiam, ſolus vero vſusfructus apud ipſos poſſeſſores iuxta tex. in l. 2. C. de præſcript. 30. l. neque C. de vſufructu, tex. expreſſus in c. clerici 16. q. 3. ſicque contendunt otioſam eſſe renouationem: cui difficultati gloſ. Abb. Imol. & Bero. in præſenti, & Angel. in ſum. verbo precarium n. 4. reſpondent in hoc caſu nullum eſſe præſcriptionis periculum, ſed ideo renouationem fieri ne fortaſſe ſcriptura pereat, & initium contractus excidat, & longi precarij poſſeſſores negantes rem ad Eccleſiam pertinere ſuæ poſſeſſioni adhærentes ſe dominos prædicent, & ſic niſi Eccleſia dominium probet, ſuccumbet, cap. 3. de probat. Vnde iam colliges renouationem non ita fieri, vt quaſi per ſingula quinquennia renaſcatur nouus contractus, eſſet enim tunc neceſſaria noua conceſſio, & non renouatio de qua loquitur tex in præſenti, ſed ideo fieri ne longitudine temporis pereat memoria contractus vt ſupra dixi, cap. longinquitate, cap ſæpe 12. q. 2. vel propter alias vtilitates, quas refert Iacobin. relatus à Valaſc. de iure emphyteut. q. 34. n. 10. Non obſtat quod Iure antiquo nulla renouationis mentio fiebat, quia illo Iure antiquo attento erat hæc renouatio incognita, quæ poſtea moribus inducta, & auctoritate huius tex. primùm confirmata fuit, vt ſentit Beroi, hic n. 9.

Ibid. n. 2. in fine, ibi, ipſe cadit à iure ſuo ſicut feudatarius, quod etiam ita prius reſoluerũt Abb. hic n. 5. Imol. 4. Beroi, 14. Valaſc. vbi ſup. n. 11, quod ſine difficultate non tranſit cum conſtet priuationem huiuſmodi nec ex rei natura hic contingere, cum renouatio non ſit de ſubſtantia, nec ex lege cum nulla reperiatur hanc priuationem inducens, & receptiſſimum ſit ſolum in actibus à Iure expreſſis talem priuationem admittendam iuxta gloſ. ab omnibus receptam in cap. vlt. de Iurepatron. vbi in collect. plures referuntur DD. igitur in puncto Iuris verior videtur contraria ſententia, contra communem de qua ſupra.

Ad Lib. III. Tit. XVIII. de Locato, & conducto.

CAP. PROPTER STERILITATEM. III. n. 8. in fine. Corn. conſ. 12. lib. 4. relatus à Menoch. de arbitr. caſu 80. ſub n. 7. Burſat. conſ. 16. n. 71. vol. 1. Becc. conſ. 82. vol. 1. Dicitur etiam caſus inſolitus, qui rariſſimè cõtingit, ita quod in mille annis non euenit niſi vna vice ſecundum opinionem Bart. In l. ſcio §. medico ff. de auro leg. Gozadin. conſ. 27. n. 9. & 24. Natt. conſ. 66. ſub num. 6. Vel ſecundum aliam ſententiam dicitur caſus inſolitus, qui in centum annis non euenit, niſi ſemel, Corn. conſ. 23. col. penult. vol. 2. Rip. de peſte in rub. de priuileg. contract. num. 101. Menoch. conſ. 37. num. 14. Burſat. conſ. 16. num. 73. ita quod inſolitus dicatur ille caſus, qui non ſolet communiter contingere, aut veriſimiliter euenire, Alex. conſ. 107. num. 16. vol 8. Aleiat. reſp. 157. num. 6. Abb. conſ. 1. num. 4. Aym. conſ. 95. num. 2. ſuper quo iudicantis arbitrium verſari poſt relatas opiniones, & poſt Rip. voluit Menoch. de arbitr. caſu 80. num. 8. & poſt eum Becc. d. conſ. 82. num. 13. vol. 1. Caſus fortuitos ſuſcipiens in ſe etiam inſolitos, qualiter remaneat obligatus vide Mart. Antonin. variar. reſolut. lib 2. reſolut. 26.

Ibid. num. 37. in fine, ibi, à num. 4. Plac. in epith. delict. lib. 1. cap. 34. num. 18. Petr. Caball. reſol. crimin. tom. 1 caſu 184. n. 1. Vinc. de Franch. p. 2. deciſ. 516. Farin. fragment. crimin. p. 2. verbo mulier num. 407. Intellige ad inſtantiam vicinorum habitantium in ipſa vicinia, non autem ad inſtantiam dominorum ipſarum domuum, quæ ipſi non inhabitant, ſed alijs locant, ita ſentiunt Plac. d. cap. 34. num. 10. ad fin. Farin. d. verbo mulier num. 408.

Ibid. num. 40. in fine, Caball. d. caſu 184. n. 3. & 4. Farin. d. verbo mulier n. 409.

CAP. POTVIT. IV. n. 15. in princip. ibi, num. 21. dixi de officio & poteſtate Epiſcopi p. 2. alleg. 58. num. 8. & me citato in illo loco nouiſſime Ioan. Anton. Maſſobr. in ſua praxi habendi concurſum præiud. 23. dub. 1. ſecundum Romanam impreſſ.

Ibid. n. 92. in med. ibi, maius dubium, Menoch. conſ. 1282. in fine vol. 13. Octauian. Glorit. reſp. 7. num. 11.

Ad Lib. III. Tit. XIX. de Rerum permutatione.

IN rub. in fine, ibi, à num. 342. Vincent. Filliuc. tom. 3. tract. 41. cap. 9.

CAP. SI PRINCEPS. I. poſt num. 1. Permittit hic tex. res Eccleſiæ, etiam immobiles alienari facta permutatione cũ Principe, daturo

daturo rem meliorem, vel æqualem. Ratio eſt quia in hac ſpecie eſt euidenter vtile ſine damno Eccleſiæ gratiam Principis promereri; vt patet, ſolent enim plerumque Reges Eccleſias defendere, & ſingularibus beneficijs ornare: debet tamen maior pars Capituli conſentire, ne forraſſe res deterior offratur à Principe, vt bene communis intellexit in præſenti; deinde vt intelligat Principem velle rem Eccleſiæ in ſuos, aut ſuorum vſus rationabiles, non vero vt vel ipſi Eccleſiæ, vel alicui iniuſte noceat, id enim tex. ſignificat eum cauſæ rationabilis mentionem faciat, ſatiſque ſenſuit *auth. de non alienan. & auth. & permutare C. de ſacroſ. Eccleſ.* vnde deſumptus eſt; & ita ridiculum videtur hanc permutationẽ ſoli Imperatori concedere, vt temere credidit Aug. *de Imper. q.* 110. Verba enim & ratio huius tex. comprehendunt quemcunque Principem non recognoſcentem ſuperiorem, quod multis confirmauit Afflict. *deciſ. 17. Pariſ. conſ. 141. n. 29. vol.* 4.

Neque ſupradictis obſtat tex. difficilis *in cap. ſi quis* 12. *q.* 2. quia reiectis intellectibus gloſ. ibi, & intellectu etiam Paleæ *in cap. iniuſtum verſ. item ſi Rectores* 12. *q.* 2. vt ſcilicet procedat in Rectoribus Eccleſiarum, quem ſequitur Abb. *in præſenti num. vlt.* vbi Sicul. *num.* 11. repugnat enim textui *in cap. ſtatuimus, & in cap. Diaconi* 12. *q.* 2. vbi Prælati etiamſi tantundem reſtituant Eccleſiæ, id tamen fit in pœnam iniuſtæ alienationis, ex quibus potius improbari conſtat, quàm admitti. Reiecto igitur intellectu vt ſcilicet procedat ſecundum antiqua Iura ante prohibitionem Leoninam *in cap. ſine exceptione* 12. *quæſt.* 2. id enim defendi non poſſet ſi expendas tex. illum deſumptum fuiſſe ex Concil. prouinciali Agathen. *cap.* 32. vt refert Archiep. Tolet. *in ſumma eiuſdem Concil. pag.* 92. vbi *cap.* 6. prohibita etiam fuit alienatio niſi neceſsitas, aut vtilitas Eccleſiæ interueniret, quæ illam licitam redderet, licet eius verba ſine ſubſcriptione referantur *in cap. huiuſmodi verſ. quod ſi neceſſitas* 10. *quæſt.* 2. Verior igitur videtur intellectus vt ſcilicet tex. procedat in ſubtractione & alienatione fructuum, & redditnum eccleſiaſticorum neglecta diuiſione antiquitus præſcripta *in cap. quatuor, & in cap. de redditibus, & in cap. cognouimus*, cum multis ibid. 12. *q.* 2. quo tempore beneficia nondum erecta erant, vt ita ſit ſenſus, ſi quis qualibet conditione, hoc eſt in quamlibet cauſam, & vſum de rebus Eccleſiæ aliquid, ideſt aliquos fructus, & redditus prouenientes ex rebus Eccleſiæ, alienare præſumpſerit, ideſt inique diſtraxerit, neglecta ſcilicet prædicta diuiſione, verbum enim præſumpſerit in malam partem fere ſemper accipitur, iuxta tex. *in cap. ſi quis Epiſcopus* 12. ibi, præſumpſerit 11. *q.* 3. & *in cap. prædia* 12. *q.* 2. ſi de ſuo proprio tantundem Eccleſiæ contulerit, quantum viſus eſt abſtuliſſe, tunc demum illud præſtare licebit, plane verba illa, tantum quantum abſtuliſſe, manifeſte indicant tex. agere de quantitate redditnum inique ſubtracta, maxime ſi expendas Concil. ſupra *eod. cap.* prohibuiſſe ſub varijs pœnis alienationem aliarumq; rerum eccleſiaſticarum, quem intellectum colliges ex Nau. *in apologia q.* 1. *monitu* 76. *n. vlt.*

CAP. QVAESITVM. V. poſt *n.* 1. Probat hic tex. commutationes præbendarum de Iure fieri non poſſe, Epiſcopum tamen ex cauſa neceſſaria poſſe de vno loco ad alium perſonas transferre. Vnde colligitur differentiam eſſe inter permutationem, & translationem, illa enim cum ſit contractus reciprocus, ac proinde vnius rei pro alia mutua datio *l.* 1. *ff. & C. hoc tit.* debet à partium conſenſu & conuentione principium accipere *l. ex placito C. hoc tit.* atque ideo in permutatione beneficiorum vt rationẽ habeat permutationis, partium conſenſus deſideratur, & vt ab vtraque parte beneficium viciſſim permutetur, quod ab ipſis partibus quantum in eis fuerit dari videatur: hæc vero, ſcilicet perſonarum translatio nihil aliud eſt quàm vnius perſonæ de vno beneficio ad aliud legitimè facta mutatio per ſuperiorem, vt colligitur ex *cap. ſcias frater, cum ſequentibus*, 7. *q.* 1. *toto tit. de translat. Prælati*; vnde non aſſumit vires, & ſubſtantiam ſuam à conſenſu partium, & conuentione, ſed ab auctoritate ſuperioris, vt præcitata Iura probant, nec ſemper requiritur vt duo reciproce transferantur, ſcilicet alter ad alterius locum, ſed vnus tantum de ſuo loco ad alium transferri poteſt; eoque diſcrimine inter vtramque conſtituto videtur textum in præſenti probare permutationem beneficiorum, quæ à partium conſenſu initium accipit, nullo caſu dari poſſe, tum quia tex. abſolutè ait permutationes præbendarum de Iure fieri non poſſe, ergo nulla, tum etiam quia ſolum translationem permittit perſonarum, ergo omnem permutationem negat, iuxta reg. tex *in cap. non ne, de præſumpt. & in l. cum prætor ff. de iudic.* Accedit quod ſi in hoc tex. ſolum improbaretur illa permutatio, quæ propria auctoritate fit, nullum dubium contineret, & videbatur lex indigna, vel contra Iuriſconſ. *in l. quod Labeo ff. de Carbon. edicto, & in l. 1. in fine ff. ad municip.* Accedit etiam in confirmationem eiuſdẽ ſententiæ doctrina *gloſſæ verbo tractare*, quam ibidem ſequitur Ancharan. *in cap. cum vniuerſorum, hoc tit.* dum ait non eſſe licitum partibus inter ſe de permutatione tractare, nec quicquam ex tractatu, ſed omnia officio Iudicis expedire, iuxta tex. *in cap. cum pridem, de pactis, & in cap. niſi eſſent, de præbendis*, eandem ſententiam probat Hoſt. & Ioan. Andr. *in præſenti*; ſed vbi totum officio Superioris expeditur, potius trãſlatio eſt, quàm permutatio, igitur vera permutatio beneficiorum nullo caſu dari poteſt, ſed ſola translatio. Rurſus permutatio tria requirit eſſentialiter, ſcilicet partium conuentionem & conſenſum in idem à quo incipit, traditionem rei, & vt ab vtraque parte res detur, quæ propria dantis ſit, & accipientis fiat, atque ideo ſi aliena ſit permutatio nulla eſt vt ex ſentẽtia Pedij docet Iuriſc. *in l.* 1. *§. ideo ff. hoc tit.* quicquid de ea immeritò dubitent gloſ. Bart. & Iaſ. *n.* 10. & alij ibid. at vero hæc omnia tria in permutatione beneficiorum videntur deficere; deficit enim conuentio, ſeu pactio vt ex hoc tex. colligitur, & poſt antiquos præ-

citatos affirmant Imol. *num. 6.* Abb. ibid. *in fine* aſſerentes contra Hoſt. & alios ſupracitatos poſſe quidem partes de permutatione tractare, non poſſe tamen ſeu deliberare, ſeu conſentire nec ſe ad permutandum obligare abſque labe ſimoniæ, idem vult *gloſ. verbo volentes*, quam Paul. & Imol. ſequuntur in *Clem. vnic. hoc tit.* Frideric. *in tract. huius tit. q. 38.* teſtatur communem ſententiam Benedict. Capr. *in cap. exhibita n. 118. hoc eod. tit.* probant S. Antonin. *p. 2. tit. 1. c. 5. §. 8.* Syluest. *in ſum. verbo permutatio 2. q. 5.* Angel. *eod. verbo n. 4.* eam reddentes rationem quod translatus deliberatum conſenſum non habet, conuentio vero deliberationem continet, atque ideo ex omnium ſententia illicita eſt: deficit etiam ſecundum requiſitum, & tertium, ſcilicet ab vtraque parte redditio, quæ eorum ſit, & ex eorum traditione accipientis fiat, beneficia enim poſſidentium propria non ſunt, vt de ipſorum titulis diſponant, nec ab ipſis dantur, ſed à ſuperiore, item nec renunciari ſine Prælati licentia poſſunt *cap. admonet, de renunciat.* Vnde cum totum à Superiore proueniat, & detur, permutatio dici non poteſt, ſed perſonarum translatio, quam Iura & DD. impropriè nimis permutationem appellant, præſertim cum ex omnium Doctorum ſententia ob neceſſitatem, & vtilitatem Eccleſiæ tantum fiat. Quibus argumentis hanc ſententiam in effectu probant Innoc. Hoſt. Ioan. Andr. gloſ. & Anch. citatis locis, quatenus aiunt non eſſe licitum de permutando tractare, ſed totum à ſuperiore faciendum eſſe, quod propriè translatio eſt, quinimo communis ſententia, de qua ſupra, non multum videtur ab hoc differre, cum ex eius traditionibus potius translatio, quàm permutatio colligatur, quamuis permutationis nomine vtantur.

Sed contraria ſententia verior eſt, & ſecure aſſerendum dari aliquam permutationem beneficiorum, quæ à translatione diſtinguatur, idque totius Eccleſiæ vſus obſeruat, & decreta Pontificum palam demonſtrant. Pro quibus illud in primis facit quod translatio, & permutatio ſub diuerſis titulis tractantur, & in Iure diuerſis appellantur nominibus; nam transferri perſonas, & permutari beneficia quaſi diuerſa antiqui, & nouiores Pontifices appellant, vt conſtat ex *cap. mutationes 7. q. 1. c. cum olim, cap. pen. & cap. vlt. inf. hoc tit.* & in Sexto, & Clementinis, igitur duo hæc prorſus diuerſa ſunt iuxta *l. ſi idem C. de codicillis.* Abb. *conſ. 57. lib. 2.* Corn. *conſ. 104. col. 2. lib. 4.* Lancellot. Gall. *in conſuetud. Alexandria verbo legare num. 26.* Aym. *conſ. 6. n. 1.* Menoch. *conſ. 257. n. 8.* ergo concedenda eſt alia beneficiorum commutatio, quæ huius contractus rationem habeat, & à transactione ſit diuerſa; neque ferendum permutationis nomen ſemper à Summis Pontific. pro translatione vſurpari; confirmatur eadem ſententia ex eo quòd trãſlatio non oportet vt ſit reciproca, ſed plerumque vnius eſt ad alium locum, ſeu beneficium vacans, fit etiam inuitis poſſeſſoribus, vt probat *d. cap.* mutationes, & fatentur omnes DD. vbi ſupra; permutatio autem reciproca eſſe debet, quaſi mutua datio, & ex voluntate permutantium in eorum vtilitatem fit, vt probat tex. *in d. cap. cum vniuerſorum*, ex quibus, & alijs non licet amplius dubitare dari permutationem noſtro Iure, quæ à translatione diſtinguitur.

Ad *tex.* vero *in præſenti* quatenus inquit commutationes præbendarum de Iure fieri non poſſe, reſpondetur Vrbanum Pont. in hoc tex. plane agere de permutatione, quæ fit, & perficitur ſola partium conuentione, ea enim propria permutatio eſt, quæ pacto partium perficitur re propria ab vtraque parte data, quæ accipientis fiat, quod cum in beneficijs contingere non poſſit, non immeritò Pontifex abſolutè ait beneficia permutari non poſſe, hoc eſt propria auctoritate, prout temporalia bona permutantur, pars enim potiſſima in commutatione beneficiorum auctoritati ſuperiorum tribuenda eſt, qui reſignationem ex ea cauſa admittit, & reſignata viciſſim confert, atque ideo cum translationi ſimilis videatur à Summo Pont. in hoc tex. translatio potius, quàm permutatio dicitur, quæ auctoritate ſuperioris fit, quę vero propria permutatio eſſe poterat partium conuentione & traditione perfecta in beneficijs non reperitur, & ideo nulla datur propria, & abſoluta permutatio in eis, quod Pontifex in hoc tex. intendit; non tamen inde ſequitur non poſſe de Iure fieri permutationes præbendarum, quæ huius contractus magna ex parte rationem habeant, & à translationibus differant, quatenus à partium conſenſu incipiunt, & quatenus in ipſis eſt reciproce beneficia dare cum alter in gratiam alterius renuntiat ex cauſa permutationis, & beneficia ad eos perueniant: quod vero tex. ait poſſe perſonas transferri per Epiſcopum, ita accipiendum eſt, vt impropriè translatio appelletur ea permutatio, quæ auctoritate ſuperioris fit, ea ratione quia cum Epiſcopus renunciandi licẽtiam concedat, & beneficia cõferat, videntur magis trãſlatæ perſonæ, quàm permutatio facta; poteſt etiam tentari tempore Vrbani III. non dum Iure Pontificum permiſſam fuiſſe beneficiorum commutationem, quæ à partium voluntate, & conuentione, & vtilitate initium acciperet, itaut teneretur Epiſcopus nullo alio ſtante impedimento renunciationem ex cauſa permutationis admittere, quæ conditionalis eſt, & reſignata beneficia permutantibus neceſſariò dare; ſed poſtea ab Innoc. III. *in d. cap. cum vniuerſorum*, & alijs nouioribus Pontificibus id permiſſum fuiſſe, vt innuit tex. in *cap. vnic. hoc tit. lib. 6.*

Si adhuc *tex. in præſenti, & cap. cum olim inf. hoc tit.* intelligere velimus de permutatione, quæ priuata partium conuentione fit, prout gloſ. & omnes DD. nemine diſcrepante intelligunt, non ideo minus dubium aliquod lege dignum ibidem definitur, agunt enim iura illa de permutatione præbendarum, de quibus eo tempore duplici ratione poterat dubitari, primò quia ſola dignitatum permutatio expreſsè prohibita erat, vt fatetur Pontifex in hoc tex. & quaſi odioſa prohibitio videbatur ad præbendas non extendi contra verba tex. *in cap. maioribus, ad fin. de præbend.* vbi præbendarum diuiſio, & dignitatum permutatio prohibetur, Secundo quia licet præbenda quatenus eſt Canonicatui annexa, vel alteri ſpirituali officio,

aut

Digitized by Google

aut miniſterio deputata, beneficium & ius ſpirituale appellari poſſit, prout *in cap. dilecto, de prabend.* tamen ſi per ſe conſideretur, prout eſt portio bonorum temporalium ſpirituali miniſterio deputata, temporalis eſt, vt probat tex. *in cap. ex litteris, de probat.* & cum cōmuni reſoluunt Abb. & Felio. *n.* 13. Rip. *num.* 131. *in cap cum M. de conſtitut.* idem Abb. *in d. cap. maioribus*, Beroi. *in d. cap. ex his num.* 8. Cardin. *conſ.* 126. *num.* 4. Gom. *de grat. expectat. n.* 32. Corraſ. de *Sacerdot. p.* 1. *c.* 2. *num.* 4. quinimo Dec. *in d. cap. cum M. num.* 31. contendit quod etſi præbenda Canonicatui ſit coniuncta ius ſpirituale dici non debeat, quoniam illud in Canonicatu conſiſtit, ſic intelligens tex. *in d. cap. dilecto*, & idem repetit *in d. cap. maioribus num.* 7. & defendi poteſt quoniam præbenda proprie in Iure noſtro vel accipitur pro ipſis poſſeſſionibus, & bonis temporalibus aſſignatis miniſtris, vt *in d. cap. ex litteris*, vel pro iure percipiendi ex illis poſſeſſionibus, vt docēt Archid. *in cap. alienationes n.* 8. 12. *quaest.* 2. *Host. in summa tit. de prabend.* §. 1. Deci. *in d. cap. ex litteris num.* 2. Quamobrem non abs re poterit dubitari an præbendæ à Canonicatibus diſtinctæ permutari potuiſſent propria auctoritate, quaſi bona temporalia, non obſtante prohibitione de rebus Eccleſiæ non alienandis, quoniam videbatur nulla fieri alienatio ſi vtraque præbenda in eadem Eccleſia eſſet conſtituta, cum in proprietate & dominio ipſius Eccleſię vtraque maneat poſt permutationem. Auget dubitationem Innoc. quem refert, & ſequitur *gloſ. vlt in præſenti*, dum ait quod ſi præbendæ in eadem Eccleſia ſint, & vniformes, hoc eſt non deputatæ diſtinctis miniſtris, adhuc hodie auctoritate propria permutari poterunt, cuius ſententiam probat Zabarel. *hic num.* 4. ſi ſola præbenda temporalis permutetur, & Zabarellam ſequitur Imol. *num.* 8. teſtatur communem ſententiam Capr. *in d. cap. vlt. num.* 31. quam tamen non admittūt Hoſt. Buir. & Abb. *in præſenti*, & verior eſt hæc Hoſt. ſentētia, quoniam ſi ſola præbenda tēporalis permutetur obſtat prohibitio de rebus Eccleſiæ non alienandis ſine auctoritate Superioris; ſi vero ſimul cum Canonicatu obſtat *reg.* 1. *lib.* 6. nihilominus tamen ex ſententia Innoc. recepta conſtat non modicam fuiſſe dubitandi cauſam vtrum propria auctoritate præbendæ permutarentur, quam dubitationem ponit in hoc tex. & definit potius ex mente, quàm ex verbis Concilii Turonen. de quo *in d. cap maioribus.*

In tertio [*pactione permiſſa.*] Ex his verbis colligit *gloſ. verbo tractare in cap. cum vniuerſorum, inf. hoc tit.* quàm ibidem ſequitur Anchar *num.* 6. Hoſt. Innoc. Ioan. Andr. & Imol. *n.* 10. *in præſenti*, non eſſe licitum permutantibus beneficia de permutatione inter ſe tractare, ſed tantummodo ſuam voluntatem Prælato exponere, aut ſupplicationem porrigere, totumque negotium ab ipſo impendendum, nec poſſe incipere à voluntate partium, eo quòd tractatus videatur habere rationem conuentionis, quam tex. prædictis verbis quaſi ſimoniacam excludit. Sed hæc ſententia neque vera eſt, neque aliquod probabile habet fundamentum, tractatus enim neque pactio eſt, neque conuentio, quia non tenet deliberatum conſenſum in idem, qualis ad eſſentiam conuentionis deſideratur *in l.* 1. *ff. de pactis*, & nihil aliud eſt quàm partium colloquium, quo mutua voluntas, & negotij circumſtantiæ explorantur, vt intelligant vtrum expediat permutare, vel contrahere, prout *in cap. tua*, iuncta *gloſ. verbo tractare, de his, quæ fiunt à Prælatis, cap.* 1. *de rebus Eccleſia non alien. lib.* 6. & ibi *gloſ. verbo tractatus*, ergo cum leges Canonicæ, præcipue *tex. in præſenti* ſolam pactionem prohibeant, non poteſt ea prohibitio ad tractatum extendi, quem neque verba, neque ratio comprehendunt. Confunditur etiam prædicta ſententia ex *d. c. cum vniuerſorum*, vbi partium tractatus non improbatur, ſed conſumatio permutationis auctoritate propria.

Quare gloſ. communiter recepta *verbo volentes* in *Clem. vnic. hoc tit.* Zabarel. *in præſenti num.* 4. & Abb. *in fine* aiunt periculoſam eſſe prædictam ſententiam, qua conceſſa nulla permutatio licite fieret, reſoluuntq; tractatum permiſſum eſſe, conuentionem vero non eſſe licitam, quia in hoc tex. improbatur, continet enim deliberatum conſenſum, & veram videtur efficere pactionem, qua inter ſe permutare conſtituunt, eandem ſententiam probant S. Antonin. *p.* 2. *tit.* 1. *c.* 5. §. 8. Sylueſt. *verbo permutatio* 2. *q.* 5. teſtatur eſſe communem ſententiam Benedict. Capra *in c. vlt. n.* 118. *hoc tit.* Sed neque communis hæc opinio vera eſt, neque praxi recipitur ſed potius aſſerendum licitum eſſe permutantibus tractare, & de permutando conuenire ſecundum formam Iuris abſque dolo & fraude quod in primis probatur quia cum alicui aliquid licet, omnia illi licita eſſe debent ſine quibus illud commodè expediri non poteſt *l.* 2. *ff. de iuriſdict. omnium Iudic. cap. præterea, de offic. deleg.* ergo cum permutatio concedatur, & conuentio permitti debet, ſine qua non rectè expeditur; probatur etiam hæc ſententia contra communē in *c. vnic. hoc tit. in* 6. & Clem. *vnic. eod.* Vnde melius Fider. *in tract. huius tit. q.* 38. Collectar. *in d. c. cū olim, inf. hoc tit. in fine*, Zabarel. *hic n.* 23. *q.* 39. Capell. *Tholoſ. deciſ.* 260. Boer. *deciſ.* 205. Rebuff. *in praxi tit. de permutat. n.* 4. communiter affirmant licitā eſſe promiſſionem permutandi, & ex ea obligationem oriri, & à fortiori idem eſſe de conuentione concedendum. Non obſtat argumentum in contrarium adductum ex hoc tex. ibi, pactione permiſſa, quia ex dictis reſpondetur pactionem de qua hic eam eſſe intelligendam per quam aliquid temporale datur, aut reſeruatur, prout eſt penſio, quoniam ea demum labem continet ſimoniæ, vt colligitur ex *c. ſuper eo, de tranſact.* ibi, aliquo dato, vel retento, & ita intelligit Sot. de *Iuſtit. lib.* 9. *q.* 7. *art.* 2

In tex. ibi [*Epiſcopus.*] Hinc Innocent. Zabarel. *num.* 18. Imol. *num.* 6. & Abb. *num* 4. *in præſenti* colligunt ſolum Epiſcopum poſſe permutationes beneficiorum expedire, nec alijs inferioribus Prælatis hoc permiſſum eſſe, quantumuis ad eos inſtitutio, & deſtitutio beneficiorum pertineat conſuetudine, aut priuilegio, idem probat *gloſ.* recepta *verbo conferantur in d. Clem. vnic. hoc tit.* Fider. *in tract. huius tit. q.* 22. Petr. de Vbald. *in*

ſimili tract. n. 28. Benedict. Capr. *in cap. vlt. n.* 77. *inf. hoc tit.* & pro regula omnes fere DD. conſtituũt, quam limitant tribus caſibus, primò niſi Prælatus inferior Epiſcopalem habeat iuriſdictionem; ſecundò niſi hoc ius permutandi beneficia ſpecialiter præſcripſerit: tertiò in Capitulo Sede vacante, ad quem tota Epiſcopalis iuriſdictio deuoluitur *cap. cum olim, de maiorit. cap.* 3. *de ſuppl. negl. Prælat. lib.* 6. idem probat Rot. *noua deciſ.* 311. Pauin. *de poteſtat. Capituli. Sede vacante p.* 2. *q.* 2. *n.* 11. Cuius opinionis potiſſimum fundamẽtum eſt quod in hoc tex. & *in d. c. cum olim, inf. hoc tit.* permutatio abſolutè prohibetur, & ab ea prohibitione ſolum excipitur, quæ fit per Epiſcopum, quaſi huiuſmodi Epiſcopali dignitati ſpecialiter concedatur, vnde ſuccedit Iuris reg. quæ habet ea, quæ dignitati alicui conceduntur ad alios non pertinere quamuis Epiſcopalia Iura præſcripſerint, vt id in vnionibus probat tex. in *Clem.* 1. *§. ad hæc,* & ibi *gloſ. verbo Ordinarius, de ſtatu monach.* & eſt tex. opt. *in l.* 1. *in princ. vbi gloſ.* & DD. notant, *ff. de officio eius*, facit *cap. ſane, de priuileg.* & quæ DD. ſcribunt in *cap. quoniam Abbas, de officio deleg.*

Verum contraria ſententia verior eſt, quam indiſtinctè probant Syluest. *in ſumma verbo permutatio* 2. *q.* 2. & plures relati per me *de officio, & poteſt. Epiſcopi p.* 3. *alleg.* 69. *à princ. & præcipue n.* 4. Pro qua facit quod ſi hoc Epiſcopis tantum ſpecialiter fuiſſet conceſſum propter dignitatis prærogatiuam, nec ad Capitulum, nec ad alios inferiores tranſiret, quantumuis Epiſcopalem iuriſdictionem obtinuiſſent, vt apertè colligitur *ex d. l.* 1. & eum communi reſoluit Dec. *in d. cap. quoniam Abbas n.* 15. Non obſtat quod in hoc tex. de Epiſcopo tantum mentio facta ſit, quia reſpondetur gratia frequentioris vſus hoc ſic expreſſum fuiſſe cum de Iure, & frequentiſſimè ad eum pertineat inſtitutio, *cap. omnes Baſilicæ* 16. *q.* 7. *cap. cum ex iniuncto, de hæret.* vnde ſi quando iure ſpeciali ad alios pertineat non ideo minus in hoc tex. videntur incluſi, quando enim dubij caſus aliquis gratia frequẽtioris vſus à lege exprimitur, alij ſpeciales, aut rarò contingentes non expelluntur iuxta tex. *in l. nam ad ea ff. de legib. c.* 1. *§. ſi quis ruſticus*, & ibi Bald. *de pace tenenda, gloſ. verbo ſponſam in l.* 1. *C. de raptu Virgin.* Corſet. *in ſing. verbo frequentia*, Tiraq. *de retract. tit.* 1. *§.* 20. *gloſ.* 1. *à num.* 4.

CAP. AD QVAESTIONES. VI. poſt *n.* 1. Ex hoc tex. colligit Abb. *in præſenti, n.* 3. quod ſi duo beneficia redditibus, & bonis temporalibus inæqualia permutentur, licitum erit pecuniam dare, vt bona temporalia maiora compenſentur, nec pro Iure ſpirituali date intendatur, eandem ſententiam probat Angel. *in ſum. verbo permutatio §.* 6. S. Antonin. *p.* 2. *tit.* 1. *c.* 5. *§.* 8. Caiet. 2. 2. *q.* 100. *art.* 4. nec requirunt vt neceſſariò fiant duo contractus ſeparati re, & verbis, ſed ſufficere vt animo diſtinguantur. Pro qua ſententia vltra tex. in præſenti, illa ratio adducitur, quod ſimonia committi non poteſt niſi ſpiritualia pretio æſtimẽtur, ſed vbi inæqualis beneficiorum fructus ſunt, manifeſtum eſt non pro Iure ſpirituali, ſed pro bonis temporalibus pecuniam illam dari, præſertim ſi id exprimatur, ergo nihil eſt quod impediat, &c.

Verum hæc opinio falſa, & periculoſa, plenaque dolo, & fraudibus eſt, meliuſque contrarium docet communis ſententia DD. *in præſenti*, vbi elegãter Zabarel. *n.* 2. Imol. etiam *n.* 2. & 11. Anch. *nu.* 3. Cou. *lib.* 1. *variar. c.* 5. *n.* 8. Adrian. *quodlib.* 9. *art. vlt.* Sot. de *Iuſtit. lib.* 9 *q.* 7. *art.* 2. & probat tex. *in cap. ſi quis obiecerit.* 1. *q.* 3. Negari enim non poteſt in his terminis pecuniam dari pro ipſo beneficio, quod eſt ius adminiſtrandi ſpiritualia, & percipiendi temporalia propter illud, nec alterum ab altero ſeparatur, qui enim pro fructibus, vel bonis temporalibus beneficij, qui abſque ſpirituali titulo comparari non poſſunt, pecuniam dat, vtrumque neceſſariò comparare intendit eo pretio, ac perconſequens ſimoniam committit, nam qui vult conſequens, vult neceſſariò antecedens ſine quo illud non exiſtit *l. ad rem mobilem ff. de procurator.* cum adductis per Polyt. *de ſubſtitut. tit. de compendioſa nu.* 4. & per Cardin. Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib.* 4 *tit.* 1. *num.* 16.

Ad tex. vero *in præſenti* DD. omnes proximè citati reſpondent ideo ibidem permutationem ſub ea forma fieri potuiſſe, quia Eccleſiæ non permutabantur in titulum, ſed quoad proprietatem, quo caſu cum Ius ſpirituale nullum fuiſſet permutatum, nil mirum ſi reddita pecunia ad æqualitatem diuerſus contractus circa poſſeſſiones fieri potuiſſet. Pro quibus facit quod hic tex. agit de Eccleſijs, quas habebant Abbates Conuentuales, ſicque erant ſuis Monaſterijs vnitæ, conſtat autem in perpetuis Eccleſiarum vnionibus, quæ Monaſterijs, aut alijs dignitatibus fiunt, vel titulum beneficij vniti penitus extingui, itaut nihil aliud quàm ſola proprietas redditũum, & bonorum temporalium amplius conſideretur, prout reſoluunt Zabarell. *in Clem. vnic. q.* 8. *de ſequeſtrat. poſſeſſ.* Rota *deciſ.* 259. *in nouis*, DD. *in Clem. vlt. de reſcript.* Caſſad. *deciſ.* 2. *de vnionib.* & *deciſ.* 3. *de iudic.* Gom. *in reg. de infirmis q.* 15. Mandoſ. *ibid. q.* 10. Pariſ. *conſ.* 30. *n.* 10. *lib.* 4. aut vnionẽ ita fieri, vt perpetuus Vicarius in beneficijs vnitis relinquatur, prout Iure fieri debet per tex. in *c. de monachis*, & *in c. extirpanda §. qui vero, de præbend.* Concil. Trid. *ſeſſ.* 7. *de reform. cap.* 7. & hoc etiam caſu temporalia tantum transferuntur, & ius ſpirituale penes Vicarium perpetuum manet, ſicque quocunq; modo in ſpecie huius tex. Eccleſiæ fuerint vnitæ, apud Abbates quaſi res temporales erant, ac proinde licitum fuit ſub ea forma pecuniam dare, quemadmodum licebit partem fructuum vnius beneficij, ſeu locum parochiæ cum altera ſimili parte commutare data pecunia, eo quod res temporales tantummodo æſtimantur. Verum adhuc ex ijs egregia ſuboritur dubitatio, nam ſi Eccleſiæ quoad proprietatem permutabantur, & quaſi redditus, & bona temporalia erant penes monaſteria, proculdubio videbatur dicendum vno, & eodem contractu Eccleſias illas cum ſuis bonis data pecunia ad æqualitatem permutari potuiſſe abſque vlla ſimoniæ labe cum ſola pars fructuum Monaſteriorũ permutata fuiſſet, nec oportebat diſtinguere contractus: at vero Pontifex caueri iubet ne contractus miſceantur, præcipitque vt per ſe permuten-

Google

mutentur, poſſeſſiones autem in diuerſo contractu reddita pecunia, vnde innuit in ea permutatione Eccleſiarum Ius aliquod ſpirituale fuiſſe propter quod non poterat contractus coniungi, atque ideo contra DD. aut dicendum Eccleſias hic in titulum permutari, aut alia reddenda ratio propter quam contractus ſeparentur.

Quapropter Zabarell. & Imola dictis locis reſpondent ideo hic potuiſſe pecuniam dari quia poſſeſſiones à titulo ſpirituali erant ſeparatæ, & quaſi bona temporalia Monaſteriorũ permutabantur, quando vero beneficia in titulum permutantur, non poteſt de temporalibus diuerſo contractu permutatio fieri, quia attento ſpirituali diſiungi nequeunt; ſed difficultatem non ſoluunt, adhuc enim dubitamus quare Eccleſiarum permutatio iubeatur per ſe fieri nulla data pecunia cum in ea permutatione nihil præter temporales redditus, & bona reciprocedentur: item vrget quòd ſi beneficiorum poſſeſſiones auctoritate Prælati ex iuſta cauſa & ſeparari poſſunt, & data pecunia vendi, aut permutari, ſic quemadmodum manifeſta fraus fieri cenſetur ſi tituli beneficiorum per ſe permutẽtur, & eodem tempore, & inter eaſdem perſonas bona temporalia in diuerſo contractu data pecunia, eodem etiam modo videbatur dicendum non fuiſſe licitum abſq; dolo & fraude ab eiſdem perſonis contractus ſub ea forma ſeparari in hoc tex. Vnde Sot. *d. loco* intelligit in præſenti non dari pecuniam numeratam quaſi pretium, ſed penſionem in fructibus maioris Eccleſiæ ſuæ conſtitutam, quod abſque ſimonia fieri poſſe ait ex auctoritate Superioris: ſed verba tex. manifeſtè offendit.

Ego vero aduertendum duxi quod quamuis in permutatione Eccleſiarũ iure proprietatis, nec titulus beneficij nec ius aliquod ſpirituale trãsferatur, ſed quaſi pars quædam fructuum, & bonorum temporalium Monaſterij vtriuſq. reperiuntur tamen in ea bona duplicis generis diſtincta ratione, ſcilicet decimæ, & primitiæ, quæ nomine Eccleſiarum ſignificantur in hoc tex. item & alia bona ſtabilia, quæ hic poſſeſſiones appellantur, vt *in c. vt ſuper §. poſſeſſiones, de rebus Eccleſ. non alien. l. quæſtio ff. de verbor. ſignif.* inter hæc autem bona illud intereſt, quod decimæ & primitiæ quamuis à titulo ſpirituali beneficij ſeparatæ vere temporales ſint, prout cum in commendam, vel per vnionem dantur, nihilominus cum natura ſua ad ſuſtentationem Sacerdotum, & Miniſtrorum Eccleſię ſint deputatæ iuxta tex. *in cap. 1. & in cap. decimas 16. q. 7.* ſacris Canonibus quaſi res ſpirituales cenſentur, itaut nec à laicis poſſideri poſſit ius decimandi *cap. prohibemus, de decim. cap. cauſam, quæ, de præſcript.* nec de ipſo quaſi de bonis temporalibus data pecunia paciſci liceat, vt apertè probat tex. in *cap. vltimo, de rerum permut. cap. altare cum præcedentib. 1. q. 3.* poſſeſſiones autem & bona mobilia, & immobilia temporalia omnino iudicantur, atque ideo pretio poſſunt vendi, & permutari ex iuſta cauſa & debita ſolemnitate, vt conſtat ex toto tit. *de rebus Eccleſiæ non alienan.* His ſuppoſitis dicendũ mihi eſt in hoc tex. quoad proprietatem permutari, ſed tamen quia decimæ & primitiæ ob rationem ſupradictam Iure Canonico pro ſpiritualibus habentur, iubet Summus Pont. vt à poſſeſſionibus ſeparentur, & per ſe fiat Eccleſiarum permutatio, ne contra Ius Canonicum pro iure decimandi pecunia data videatur, poſſeſſiones vero diuerſo contractu, quoniam precio æſtimari poſſunt, ſemper tamen auctoritas ſuperioris erit neceſſaria, vt hæc alienatio fiat,

Ad Lib. III. Tit. XX. De Feudis.

IN rub. *in fine.* Vincent. Filliuc. *tom. 2. tract. 36. cap. 9. cum ſeqq.*

CAP. INSINVATIONE. I. *n.* 2. ibi, cum ſimilibus. Quare tex. hic difficilis reputatur, varioſq; patitur intellectus. In primis *gloſ. in ſum. in princ. 14 q. 3.* intellexit hunc tex. contra ordinarias Iuris regulas ſpeciali Eccleſiæ fauore introduxiſſe vt fructus pignoris in ſortem principalem in hoc caſu non computarentur. Secundo loco Kop. in *tract. de fructibus tit. 4. c. 2. n. 2.* Ruiz. *de pignorib. cap. de pactis pignorum n. 8.* Cuiac. *lib. 2. de feud. tit. 3. ad fin.* & alij non infimæ claſſis Auctores intelligunt nunc tex. procedere ex conuentione inter Eccleſiam, & vaſſallum celebrata vt durante pignore fructus feudi lucro Eccleſiæ cedant, qua conuentione ſtante iam ambo Eccleſia ſcilicet, & vaſſallus conſentiunt in ceſſatione ſeruitiorum, quorum prętextu fructus vltra ſortem ab Eccleſia retinentur. Tertio loco Caſſan. *in conſuetud. Burgund. tit. 3. §. 1.* Syluest. *verbo feudum nu. 29.* Nau. in *manu. c. 17. nu. 218.* Neguzant. *de pignorib. 5. p. memb. 5. num. 14.* exiſtimant *text. in præſenti* procedere propter conſolidationem dominij vtilis cum directo, vaſſallus namque eo ipſo quod feudum directo domino in pignus dedit, dominium vtile, quod in feudo habebat, in dominum tranſtulit, vnde nil mirum ſi dominus durante pignore vtrumque dominium retineat; fructuſq; rerum feudaliũ in ſolidum tanquam ex re propria lucretur. Quarto loco Cou. *lib. 3. var. cap. 1. n. 4.* textum intelligit caſu, quo fructus non excedunt ſeruitium, quod feudatario remittitur, ſequitur Valaſ. *de iure emphyt. q. 38. n. 29.* Tandem aliqui ex Theologis, quos refert, & ſequitur Molin. *de Iuſtit. tract. 2. diſp. 329.* recurrunt ad pactum & conuentionem celebratam inter dominum & vaſſallum, quo tempore res in feudum tradita fuit, vt quemadmodum deducitur in pactum quod per alienationem feudi vaſſallus vtile dominium amitteret, & ad proprietarium rediret, ſic feudum in propoſito ſub illa conditione inſtitui potuiſſet, quod ſi res feudalis aliquando proprietario in pignus traderetur illius fructus ad eum pertineret, nec illos in ſortem computare teneretur, dummodo penſionem pro illo tempore quoque remitteret. Qui quidem intellectus vel litteræ textus non conueniunt, vel diuinant, aut ex alio capite placere non poſſunt, in quibus refutandis non immoror ne longior fiam, & ideo ſequendus ille, quem præſtiti *in Collect. ad hunc tex.*

Ibid. eod. *n.* 2. ibi, ceſſat, & ideo reſoluendum eſt dominum, cui res feudalis in pignus data eſt, non teneri integros illius fructus in ſortẽ principalem

com-

compntare qnandiu vaſſallns à ſeruitio ceſſare voluerit, cum non ratione mutui, aut dilatæ ſolutionis, ſed ceſſantinm ſernitiornm ipſos percipiat.

Ibid. poſt *n.* 2. Amplia primò ſupradictam textus concluſionem, vt procedat etiam in emphyteuſi, quam ſi colouus directo domino in pignus dederit, dominus fructns illius interim recipiet in ſortem non computandos, quandiu emphyteuta à ſolutione penſionis ceſſauerit, in cuius compenſationem fructus domino cedunt, vt poſt Abb.*n.*4.Imol. *n.*8.& alios in præſenti,reſoluune Cou.*lib.*3.*variar. cap.* 1.*n.* 4. Nau.*d.cap.*17.*n.*218. Valaſc. *d. q.* 38. *n.*29. Valer.*de differ.inter vtrumq; forũ verbo vſura differ.*15. Quæ ampliatio ad hũc tex.licet cõmuniter receepta ſit, & in indicãdo ſequeuda, in rigore tamẽ diſputationis dubia videtur,quia in feudo pro ſeruitio quaſi pro mercede laburis fructus dãtur,at vero in emphyteuſi penſio in recognitionem vtilis dominij perſoluitur, vnde qnamuis emphyteuta penſionem non ſoluat non poterit dominus integros fructus retinere cum penſioni non correſpõudeant, & ita contraria opinio defendi poteſt, quam tenent Bero. *in c.* 1. *in fine, de vſuris*, Conrad. *de contract. q.* 32.*concl.*5.

Amplia ſeeundò, vt procedat etiam vbi vſusfructus alienius rei proprietario in pignus datur, vt notant Abb. *in cap. conqueſtus n.*4. *de vſuris*, Neguzant. *de pignorib. p.*5. *memb.* 5. *n.* 13. quam tamen ampliationem meritò reprehendit Cou. *vbi ſup.* cum vſufructuarius neque ſeruitium, nec penſionem proprietario Iure communi attento reddere teneatur.

Limita tamen vt prucedat ſolum in fructibns feudi, non vero vbi vaſſallus meliorationes fecit, & expenſas,quia quamuis illa fructuum pars,quæ iuxta viri boni arbitrium proportionabiliter ſeruitijs reſpondee durante pignore illis ceſſantibus ad dominnm pertineat, illa tamen, quæ meliorationibus, ant expenſis correſpoudet, in ſortem principalem neceſſariò computari debet, aliàs vſura committetur; qnicquid contradicat Sot. *de Iuſtit. lib.* 6. *q.* 1. *art.* 2. cui non fauent generalia verba huius tex. agit enim de feudo proprio, & ordinario pro fidelitate, & ſeruitijs conceſſo, prout frequentins concedi ſolet,nam ſi pecunia interueniat iam feudum erit extraordinarium inxta *cap.* 1. *in fine,de feudo dato in vic.leg.commiſ.* docet poſt alios Roland.*conſ.* 41. *n.*2. *lib.* 4.

Limita tandem vt non procedat in feudo franco, cuius fructus dominus durante pignore in ſortem computare tenetur, vt poſt Butr. Zabarel. & alios dicit commuuem Sicul. *hic n.* 2. & Sylueſt. *verbo feudum n.* 30.

CAP. EX PARTE. II. poſt *n.*1.Ex hoc tex. DD. præcipuum notabile colliguut poſſe ſcilicet Prælatum nou obſtaute iuramento de non infeudando nouo vaſſallo antiquum feudum abſque periurij metn concedere in tribus caſibns hic expreſſis, de quo poſt Ordinarios in præſenti,& *in cap. vt ſuper, de rebus Eccleſiæ non alienan. & in cap.vlt. de Eccleſ. ædif. & in cap. per tuas,de donat.* latè feudiſtæ *in cap.*1.*de his,qui feudum dare poſſ. & in cap.*1. *in princip.per quos fiat inueſt.* docent Guid. Papæ *deciſ.*154.Iaſ. in *l.*1*a lege n.* 23.*ff. de verbor.obligat.* Nauar. *de alienat.rerum Eccleſ.à n.*11. *& conſ.*11. *n.* 2. *ſub tit. de rebus Eccleſ. non alien.* Greg. Lop. *l.* 3. *gloſ.* 4. *tit.* 26. *part.*1. *& l.* 10. *gloſ.*1.*eod. tit.*

In tex. ibi [*non infeudare de nouo* .] Vtrum omnes ſolemnitates requirantur in renuuatione contractus feudalis ,aut emphyteutici, quæ in prima eorum conceſsione requirebantur? videndus eſt Gam. *deciſ.*24.*n.*1.*& deciſ.*161.*n.*2. Gutier. *lib.* 3. *practic.q.*75. *n.*5.Matien. *l.*1.*tit.*4.*gloſ.*10.*num.*23. *lib.*5.*nouæ recopil.* Cald. Pereira *de renou. emphyt. q.*14. Flores ad Gam.*deciſ.* 24. de quo late *in Collect.ad cap. potuit, de locato n.* 161.

In rex. ibi [*ipſius filium, aut conſanguineum.*] An finito feudo, aut emphyteuſi filijs & conſangnineis primi vaſſalli renouatio facienda ſit, tradune DD. hic, & *in cap.ad aures de rebus Eccleſ.* reſoluunt poſt alios Cald. Peteira *de renouat.q.*8.*n.*1.*& q.* 9. *n.*5. Clar.*§.emphyteuſis q.*43. Gam. Luſit. *deciſ.* 41. Valaſc. *d. q.* 38. *n.* 17.

In tex. ibi [*quod pro te facile recuperare non potes.*] Vtrum Prælatus fendum à laicis iniuſte deeentum, quod facilè ab ipſis recuperare nequit,laicis in feudum dare poſſit, vltra ſcribentes in præſenti,*& in cap.prohibemus,de decim.* tradunt Curt. *de feudis p.*2.*q.*8. Clar.*§.feudum q.*13.*n.*2.

Ad Lib. III. Tit. XXIV. de Donationibus.

CAP. PRVDENTES. I. *n.*3.*in fine.* Bero. *conſ.*65.*n.*11.*vol.*1.Crauet.*conſ.*889. *n.*6. Becc. *conſ.* 129. *n.*108. *vol.*2. & illi magis conuenit quàm alijs reddere pluſquam accepit, vt poſt Tiraq. inquit Menoch *conſ.* 307. *n.* 11. & nouiſſimè Carolus Burd. *conſ.*22.*n.*35.

CAP. FRATERNITATIS. II. *n.* 2. *in fine.* Niſi fiat cauſa remunerationis,vt infra addidi ad *cap. per tuas* 5. *n.* 2. *hoc tit.*

CAP. PER TVAS. V. *n.*2. *in fine.* Vude Prælatum donare poſſe res Eccleſiæ ex cauſa remunerationis tenent Iaſ. *in l.ex hoc iure n.*60.*ff. de Iuſtit. & iure, & conſ.*10.*n.*18.*vol.*3. Becc.*conſ.*129.*n.*26. *vol.* 2. ſicut & pariter tutorem donare poſſe propter benemerita per tex. *in l.cum plures §.cum tutor* vbi *gloſ.ff. de adminiſt. tut.* docent Rom. *conſ.* 50.*verſ. rurſus videtur*, Surd. *conſ.*140.*n.*34. *cum ſeq.* qui ſnbdit poſt Iaſ. & Tiraq. multa receuſeri à DD. permiſſa ob benemerita , quæ aliàs non permitterentur,Pariſ. *conſ.*11. *num.*45.*vol.*1. Roland. *conſ.*5.*n.*10.*vol.*1. Stephan.Gratian. *diſcept.forenſ. cap.* 202. *n.*5. loqnens de Regularibus, qui donari poſſunt ex cauſa meritorum, de quo etiam Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum verbo munera n.* 102.

CAP. CVM DILECTI. VI. *num.*2. ibi, *n.*21.Abb.hic *n.*3.Bart.*in l.*1.*in princ. nu.* 9.*ff. de noui oper.nunciat.* Alex. *conſ.*135. *n.* 5. *lib.*6. Dec. *conſ.*42. *à n.*9. Socciu.iun. *conſ.*127.*num.*7. *lib.*3.& non ſecus ac iudicatnm habet vim definitionis cauſæ Bald.*conſ.*233.*n.*1.*vol.*1. Franc. Becc. *conſ.*389. *num.* 3.

Ad

Ad Lib. III. Tit. XXVI. De Teſtamentis.

CAP. QVORVMDAM. I. *n. 6. in fine.* Et ita quod Epiſcopus valide teſtari poteſt de bonis proprijs, quæ ante, vel poſt Epiſcopatum, non tamen ratione Epiſcopatus acquiſiuit, vltra hunc tex. probat *c. Epiſcopi, cap. ſint manifeſte 12. q.1. cap. fixum 12. q.6. cap.1. in princip. de ſucceſſ. ab inteſt. auth. licentiam C. de Epiſc. & Cleric.* Abb. *not.3.* & omnes hic, Cou. *n.3.* vbi plures refert, Nau. *de ſpolijs Cleric. §.1. n.3. & in apologia q.1. mon.22. & mon.50. n.5.* Sarmien. *de redditib. p.3. c.3. n.4.* Mench. *frequent. c.4. n.4. & illuſtr. c.11. n.1.* Clar. *in §. teſtamentum q. 27. n. 2.* & communem eſſe omnium reſolutionem affirmat Molin. *de primog. lib.2. c.10. n.27.* Cardin. Mant. *de coniect. vltim. volunt. lib.9. tit.7. n.19.* Craſſ. *§. teſtamentum q.34* Molin. *de Iuſtit. tract.2. diſp.147. concl.1.* Cened. ad *Decretal. collect.145. n. 1.* Et ſimiliter quod valet teſtari de bonis, quæ ſuo labore, & induſtria quæſiuit, quamuis ratione Ordinis, nō tamen prætextu Epiſcopatus, vel bonorum Eccleſiæ, qualia ſunt quæ Epiſcopus acquirit quatenus Vicerex, vel ab illis capit, qui ad Ordines promouentur, ſtipendium quod Cardinales accipiunt à Rom. Pont. ratione Cardinalatij galeri, vt vocant, quod ſoluitur eiſdem ratione conſilij, & induſtriæ in iuuando Pont. in Eccleſiæ regimine, & alia id genus; in Clericis inferioribus erunt illa, quę ratione Ordinis lucrantur ad ſui ſuſtentationem pro Miſſis celebrādis, ſtipendium datum ab illo, cui Sacerdos vel capellanus inſeruit: ita Cou. *in præſenti n 11.* Nau. *de redditibus. q.1. mon.19. n.2.* Clar. *d.q.27. n.3.* Molin. *d. lib. 2. c.10. nu. 27.* Craſſ. *d. §. teſtamentum q. 34. num.2.* Cened *d. collect. 145. n.2.*

CAP. INDICANTE. IV. *n.4.* ibi, *&* 15. Gom. *tom.2. variar. cap.11. nu.8. verſ. octaua concluſio,* Craſſ. *in §. legatum q.64. nu.5.* Molin. *de Iuſt. tract.2. diſp.197. col.3.* Probatur ratione teſtator in dubio dum aliter ſuam mentem non aperuit cenſetur illi Eccleſiæ legare voluiſſe reſpectu cuius ſic legando maius opus charitatis exercet, & plus ſuæ animæ conſuluit vt patet, ſed legando Eccleſiæ pauperiori maius bonum charitatis exercet, plusque ſuæ animę conſulit, igitur, &c. Non obſtat quod legatum hoc propter omnimodam incertitudinem debuerat vitiari iuxta *reg. duo ſunt Titij 30. ff. de teſtam. tutel. l.3. §. vlt. de adimend. leg.* quia reſpondetur in propoſito incertitudinem non dari quia ſecundum veriſimilem mentem diſponētis moralis certitudo eſt, quod pauperiori reliquerit: vel aliter reſpondetur cum communi legata non vitiari propter incertitudinem, vt conſtat ex Iuribus citatis à *gloſ.2. in d.l. duo ſunt Titij,* & à Gom. *l.45. Tauri nu.147. prope fin.* Molin. *d. tract.2. diſp.197. in princ.*

Ibid. *eod. nu.4. in fine.* Gom. *l.40. Tauri nu.49. & de vlt. volunt. c.10. nu.32. & de contract. cap.11. n.8.* Mench. *de ſucceſſ. §.27. n.42.* Craſſ. *§. legatum. q.64. nu.3. & vlt.* Molin. *d. tract.2. diſp.197. col.3.* quamuis contradicat Soccin. *in l. quidam relegatus n. 12. ff. de rebus dub.*

Quibus conſequens eſt reſolutio illius dubij vtrum ſi teſtator duas habeat Eccleſias parochiales, in quibus promiſcue, & æqualiter recipiat Eccleſiaſtica Sacramenta, itaut nullo argumento electæ ſepulturæ, vel aliàs diſcerni valeat de qua Eccleſia intellexerit, nihilominus legatum, aut inſtitutio ſuſtineatur? Qua in re locū fore gratificationi Epiſcopi, qui eliget ex illis, quem maluerit, cui totum legatum præſtabit, tuentur Abb. *hic nu. 4.* communis vt per Couar. *nu.2.* quos cum alijs refert, & ſequitur Coſta *in c. ſi pater verbo pauperes num 13* Padil. *in l. cum quidā nu.6* cum quibus communē dicit Craſſ. *d.q.64 n.5. in fine,* pro quibus expenditur in ſimili *cap. quoniam 13. verſ. alioquin, de decim.* quamuis oppoſitum, immo quod vna, & altera Eccleſia æqualiter ſit admittenda, itaut Epiſcopus in præiuditium vnius, non poſſit alteram eligere, poſt Barbat. quem refert Cou. *d. nu.2.* ſequitur Molin. *d. tract. 2. diſp. 197. col. vlt.* Non obſtat *cap.2. verſ. cum abeo, de ſepultur. lib.6.* cui ſimile *cap. relatum 12. in fine, inf. hoc tit.* quia reſpondetur agere de portione, quæ attento Iure debetur Eccleſiæ parochiali, vnde cum vtraque ſit parochialis, vt ſupponimus, inter vtramq. canonica portio vt diuidatur neceſſe eſt, nos vero agimus de legato, vel relicto, quod teſtator cum ſciret duas eſſe Eccleſias parochiales, vni tantummodo dare iuſſit, vnde ne contra illius fiat voluntatem, diuiſio locum habere nō poteſt. Si autem concurrat monaſteriū mulierum cum monaſterio virorum, quod ex illis debeat præferri non eſt abs re inueſtigandum? in quo dubio Soccin. Iaſ. Dec. & alij, quos diligenter refert Coſta *ad §. cum in bello, verbo cum filio num. 13.* tenent in dubio concurrente æquali paupertate pro monaſterio mulierum iudicandum eſſe, quibus adde Hippol. *ſing. 248.*

CAP. CVM ESSES. X. Communis tamen DD. ſententia tenet Pontificem hic voluiſſe recedere à ſolemnitate Iuris Ciuilis, circa teſtium numerum, quamuis conſuetudine Epiſcopatus, de quo agit, fuiſſet recepta, & inſuper formam dediſſe ad teſtamentorum factionem in ſuo foro Canonico obſeruandam, vnde tex. hic obſeruabitur non ſolum in terris Eccleſiæ, vt communiter volunt DD. citandi, ſed etiam in alijs quibuſcumque in ſuo tamen foro, & ideo leges Ciuiles in hac materia in terris Imperij in viridi manent obſeruantia, & in foro ſæculari omnino ſeruandæ erunt, & hæc eſt mens communis Doctorum, qui tex. hunc interpretantur, vt tantum procedat in prouincijs Eccleſiæ temporaliter ſubiectis, non vero in illis, quæ in dominio, & iuriſdictione Imperatoris ſunt, itaque mens illorum eſt, vt vtrumque Ius in ſuo foro ſeruetur, & neutrum abrogatum per alterum cenſeatur, atque ita intellexere *gloſſ. penul.* hic, & omnes communiter; refert plures cum quibus dicit moribus receptum Cou. *hic num 12.* Can. Menoch. & Spin. quos refert Cened. *ad Decretal. collect. 159. num.6. in fine.* Sot. *de Iuſtit. lib.4. q.5. ar.3. col. pen.* Clar. *§. teſtamentum q.6. nn.1. & 2. & q.57. num.3.* Turzan. *commun. q.44.* Mench. *de ſucceſſ. §. 12. nu.19. & §. 22 nu.47.* Viui. *tom.1. commun. opin. 343.* Craſſ. *in §. teſtamentum q.16. nu.3.* Molin. *de Iuſtit. tract.2. diſp.133. col.3.*

Ibid. *poſt num.3.* Verum hic tex. difficilis eſt dum

repto-

reprobat conſuetudinem tanquam iniuſtam, & Legi diuinæ contrariam, quæ in teſtamentis ſeptem teſtes requirit; difficultas ex eo prouenit, quia nulla reperitur Lex diuina neceſſariò obligans, quæ vetet ex iuſta cauſa plures teſtes exigere, illa enim Deut. 17. in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum, iudicialis erat, quæ per aduentum Chriſti Domini expirauit ex reg. *cap. vnic. de purificat. poſt partum, & cap. translato, de conſtit.* tum quia iuſtiſſima erat ratio propter quam lex Ciuilis ſeptem teſtes in teſtamentis exigit, vt ſcilicet falſitatis occaſiones euitaret, quibus morientium voluntates ſubiectæ ſunt, *l. vlt.* ibi, ne quid falſitatis incurrat, *C. de fideicom.* opt. tex. *in §. 1. in fine Inſtit. de teſtam.* Sed omiſſa interpretatione Conan. *comment. Iuris Ciuilis lib. 9. c. 2. ad fin.* quem merito reprehendit Luſitanus noſter Barthol. Philip. *in tract. del conſejo de Principes diſcurſu 7. priuil. 24.* omiſſiſq. alijs de quibus per *gloſ. penult. in præſenti*, & Beroi. *à nu. 43.* Mench. *de ſucceſ. creat. §. 22. à princip.* Mantu. *dialogo 60.* Ceuall. *commun. contra commun. q. 319. & 700.* Fachin *controuerſ. Iuris lib. 6. cap. 47.* Reſpondetur ex mente Fortunij *de vltimo fine illat. 15. à num. 168.* Couar. *in præſenti num. 3.* Can. *de locis Theologicis lib. 6. c. 8. verſ. ad quartum*, Pontificem in præſenti non reprobare conſuetudinem tanquam iniuſtam, & Legi diuinæ contrariam, ſed quia, vt habet littera, id quod cõſuetudo introducebat, alienum erat, ideſt diuerſum, & non conforme diuinæ Legi veteri, & olim obliganti, ſed non inde ſequebatur illam eſſe iniuſtam, & alicui diuinæ Legi contrariam, & ideo adiecit Pontifex illud idem alienum eſſe à Sanctorum Patrum inſtitutis, & Eccleſiæ conſuetudini, quæ omnia per ſe non ſat erant, niſi Pontifex illis motus nouẽ conſuetudinẽ improbaret, & contra illam in terris Eccleſiæ nouũ ius conſtitueret, vt patet ex verbo, decernimus; Accedit quia ſi aduertas etiam tex. ille decernit aliquid non conforme prædictæ diuinæ legi, quæ in ore duorum, vel trium omne verbum ſtare iubet, ſiquidẽ Papa vltra duos, vel tres neceſſariò parochum requirit, vt ex Fortun. notat Cou. *vbi ſupra*.

Patet igitur ex ſupradictis Pontificem in præſenti tam in deciſione, quàm in ratione optime proceſſiſſe, in deciſione quia ſecundum receptã, & veram ſententiam non generaliter abrogat leges Ciuiles, quæ in teſtamentis in ſuo foro, & inter ſuos ſubditos teſtes requirunt, ſed ſolum negat illas eſſe obſeruandas in terris temporali Eccleſiæ dominio ſubiectis, qualem conſtat eſſe Epiſcopatum Oſtien. de quo *in præſenti*, vt patet ex ſuperſcriptione, iuncto tex. ibi, in tuo Epiſcopatu, indeq. colligitur in terris Principis ſæcularis deciſionẽ huiuſmodi obſeruandã non eſſe, vt concludunt gloſ. Ioan. Andr. Zabarel Abb. & alij communiter teſte Cou. *hic num. 12.* & vltra proxime citatos Valaſc. *conſ. 74 num. 4.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ. 31. n. 38* Menoch. *de præſumpt. lib. 1. præſ. 80. à n. 21.* Rationes etiam optime adaptantur, non enim inquit hic tex. eſſe cõtra Legem diuinam requirere plurium teſtium quàm duorum, vel trium numerũ, immo id in pluribus caſibus licitum eſſe probat idem Alex. III. *in cap. licet vniuerſis, in fine, de teſtib.* vbi notauit gloſ. & late Mench. *illuſtr. cap. 14. n. 3.* & vnus exempli cauſa nobis ſufficit *in cap. præſul, 2. q. 4* Solum ergo, vt ex littera apparet, inquit Alex. conſuetudinem illam Epiſcopatus Oſtienſis eſſe alienam, ideſt diuerſam à lege diuina, vt *ſupra* ponderaui, quã tamen rationem ex ſe ſufficientem non eſſe ad annullandam conſuetudinem bene intellexit idem Pontifex, ideoq. alias ſubiungit rationes, ſcilicet quod eſſet aliena à Sanctorum Patrum inſtitutis, & generali Eccleſiæ conſuetudini, quæ nunquam in terris Eccleſiæ illam admiſit ſolemnitatem Iuris Ciuilis de numero ſeptẽ teſtium in teſtamentis, ac ſubinde indecens videbatur conſuetudo Epiſcopatus Oſtienſis ſubiecti in temporalibus Eccleſiæ, dum non obſeruat generalem Eccleſiæ conſuetudinem contra reg. tex. *in cap. quæ contra mores 8. diſt.* cum ſimilibus.

Ad illam igitur auctoritatẽ, in ore duorum, &c. ex ſententia D. Thom. 1. 2. *q. 105. art. 2. in corpore, & ad 8. & q. 70. art. 2.* Soar. *tit. de las iuras n. 30.* & aliorũ, reſpondetur pertinere ad præcepta diuina non moralia, quæ etiam hodie vim habent, ſed iudicialia, quæ ad ſtatum illius populi, cui data ſunt pro eo tempore, pertinebant, & iuſtitiam tunc illi cõuenientem continebant, & per aduentum Miſſiæ, & Euangelij prædicationem non ſolum mortua, immo & mortifera ſunt *d. cap. translato*, D. Thom. 1. 2. *q. 104. art. 3.* Tiraq. *de retractu tit. 1. in præfat. à nu. 8.* Cou. *lib. 1. var. cap. 17. num. 10* explicans *gloſſ.* per tex. ibi *in cap. vlt. 6. diſt.* Et licet ea auctoritas Matth. 18. referatur à Chriſto Domino, non conſtituitur illic præceptum Euangelicum nouæ Legis; tum quia non præcipit Dominus omne verbum ſtare in ore duorum, vel trium, prout in lege veteri præceptum erat, ſed explicans præceptum naturale de fraterna correctione iubet adhiberi vnũ, vel duos teſtes, ita vt in ore duorum, vel trium ſtet, & exiſtat verbum, & fiat plena probatio, prout in lege veteri iudiciali ex duobus, vel tribus teſtibus fiebat; tum etiam quia receptum eſt ex D. Thom. 1. 2. *q. 108. art. 1. & 2. & quodlib. 4. art. 3.* Sot. *lib. 2. de Iuſtit. q. 8. art. 2.* Cou. *d. num. 10. & de ſponſalib. p. 2. cap. 6 §. 10. num. 1.* in lege Euangelica nullum contineri præceptum, quod non ſit naturale, exceptis ijs, quæ pertinent ad articulos Fidei & Sacramenta, plane illud in ore duorum, &c. nec eſt naturale ex ſupradictis; nec ad huiuſmodi articulos, vel Sacramenta ſpectat. Tandem quia ex eod. D. Tho. *d. art. 2. in corpore, & ad 4. & art. 3. ad 3.* Chriſtus Dominus in Euangelio nulla conſtituit præcepta cæremonialia, vel iudicialia, ſed ea omnia humano arbitrio reliquit, licet nonnulla ex iudicialibus legis veteris propter deprauatum Phariſæorum intellectũ explicauerit, ſic ſane in *cap. nouit. de iudic. & in cap. licet vniuerſis, de teſtib.* cum alijs auctoritas illa non refertur, nec Domino tribuitur quaſi ab illo renouata velut præceptum vim hodie habeat obligandi, ſed tanquam Diuina antiqua, & antiquata, cuius Dominus in Euangelio mentionem fecit, & allegatur, & expenditur à Pontificibus vt exemplar, & ratio ad iuſtificandam legem humanam, quæ iuſtiſſime ſe cõformat cum ijs, quæ olim Dominus ad iuſtitiam ſeruandam in iudicio præcepit, & Chriſtus Dominus in Euangelio retulit, ſic in *tit. de decimis*, & alijs in locis ad confirmationem eorum, quæ lex humana ſtatuit; adducitur auctoritas Diuina, quæ olim obligabat, & hodie antiquata eſt quoad vim obligandi; ſic

in ti-

Digitized by Google

in titulo de iniurijs, nonnulla præcepta Legis veteris iudicialis à lege Eccleſiaſtica innouantur, & velut humana, non vero tanquam diuina obligant.

Ibid.*nu.7.*ibi,*n.28.*Abb.*hic n.7.* & *in repet. n.12.* Cou.*num.13* Mench.*de ſucceſſ.§.21.n.1.* Clar. *§.teſtamentũ q.57.* Viui.*d.opin.343.* plures vt per Cened. *d.collect.159.num.2.col.3.* quod ex eo ſuadetur quia duo teſtes in quacumque materia gerũt vicem vnius, quamuis maximæ ſit auctoritatis arg. *cap. cum à nobis 28.*iuncto *cap.licet vniuerſis 23.cap.licet ex quadam 47.verſ.cum ſecundum,de teſtib.*ergo quamuis parochi magna ſit auctoritas illius vices duorum teſtimonio ſuppleri poterunt. Non obſtat *l.obligari 9. §.tutor ff de auctoritate tut.*& Concil.Trid.*ſeſſ.24. de reform.matrim.cap.1.verſ.qui aliter*,quia reſpondetur in terminis huius tex. præſentiam parochi non requiri pro forma cum decreto irritanti, ſicut in *d. §.tutor* præſentia tutoris, & *in d. verſ. qui aliter*, præſentia parochi, ſeu alterius Clerici de parochi, ſeu Ordinarij licentia, ſed per modum circumſtantiæ qualificantis teſtimonium duorum, vel trium, vnde eſt quòd in eius defectum non ſufficit præſentia alterius Presbyteri, ita Direct. *de arte teſtandi tit. 2. cautel. 2. num. 2.*

Ibid.poſt eund.*nu.7.* Vtrum fœmina poſſit eſſe teſtis Iure Canonico in hoc teſtamento? quæſtio eſt dubia, in qua pro parte negatiua, quæ verior eſt, expendit Cou.*hic nu.14.*verba huius tex. ibi, perſonis idoneis, quæ ſatis inſinuant Pontificem requirere duos, vel tres teſtes, non quoſcumque, ſed idoneos, plane idoneus teſtis attento Iure Ciuili (quod in propoſito nullibi reperies emendatum) non eſt fœmina *l.qui teſtamento 20.§.eum,qui,verſ.mulieri ff. hoc tit. l. hac conſultiſſima in princ.C.eod.§.teſtes Inſtit.eod.* cum alijs citatis per Craſſ.*§.teſtamentum q.18. num.4.* & Cened.*d.collect.159. n.3.* quo potiſſimum fundamẽto ne ſine lege recedamus à Iure Ciuili,quod Pontifices in dubio cenſentur amplecti *cap.1.* & *ſeq.de noui operis nunc.* hanc partem ſequuntur rectius ſentientes Alex. Dec. Tiraq.& alij, quos refert, & ſequitur Cou. *hic num.14.* affirmat veriorem, & magis communem Clar.*d q.55.nu.3.ad fin.* refert plures, quos ſequitur Craſſ.*§.teſtamentum q. 57.num. 3.* Valaſc. *conſ.117.nu.13.* Perez,Spin.& alij, quos diligenter refert Cened.*d.collect.159.num.3.* Quamuis oppoſitum, immo in teſtamentis fœminam idoneum eſſe teſtem defendat Abb. *hic nu.3.* & *in cap. relatum il 1. num.9.hoc tit.*cuius opinionem communem affirmat Iaſ. *in d.l.hac conſultiſſima in princ.nu.9 C.hoc.tit.* ſequuntur Crot.Mench.& alij, vt per Craſſ. *vbi proxime.*

CAP. RELATVM XI. *num.2.*ibi,*dub.2.*adde nouiſſime Sanctarel. *var.reſolut. q.90.*

Ibid.eod.*nu.2.prope fin.*ibi,*p.1.* Nam teſtamentũ ad pias cauſas manu teſtatoris ſcriptum ſine teſtibus valet, ſi tamen conſtet eſſe ſcriptum manu teſtatoris, Menoch.*conſ.167.nu.25.* & *conſ.224.nu 59.* Card. Mantic.*de coniect.vltim.volunt.lib.6. tit.3.num.13.* Cou.*in præſenti nu.13.*Sanctarel.*d.q.70. nu.3.*

CAP. CVM TIBI XIII. *num. 2. in fine.* Bar.& DD.communiter *in l. captatorias ff.de hæred. inſtit.*Sarmien,*ſelect.lib.2 cap.4.num.8.* Mench.*de ſucceſſion.§.17.nu.80.*Peralta in *l.ſi quis Titio n.22. ff.de legat.2.*Craſſ. *verbo inſtituto q. 18. nu. 8.* Sed hi DD. grauiter laborant in præſtando vero intelligendi modo ad hũc tex.nam communis arbitratur ideo valuiſſe teſtamentum, quia teſtator committendo voluntatem ſuam alterius diſpoſitioni videtur eum hæredem facere eo adiecto onere, vt bona ſua in pauperes,aut alios pios vſus diſtribuat: ita Innoc.hic *verſ. aly dicunt*, communiter receptum ab vtriuſque Iuris profeſſoribus affirmat Abb.*hic nu.4.* explicat late Peralta *vbi proxime*. Alia communis arbitratur fauore piæ cauſæ teſtamentum conferri poſſe in alienam voluntatem, dummodo per alienam non abſoluta,& libera voluntas, ſed arbitrium boni viri intelligatur, in eoq; conſiſtere putat fauorem piæ cauſæ, quod per alienam voluntatem intelligatur arbitrium boni viri,ita Bart.*in l.1.nu.4.ff. de legat.2.*Guillelm. *in cap. Raynuntius verbo condidit il 1.nu 8.* plures vt per Cou.*hic num.12.*Aliter atque aliter intelligũt Abb.antiq.Butr.*nu.2* Sarmien. *lib.2. ſelect. cap.6.à num.37.*Sed reiectis his atque alijs intelligendi modis, in quibus confutandis nõ immoror,mihi videtur abſque vlla diuinatione, & ſine vllo piæ cauſæ fauore indiſtincte intelligendum eſſe tex.in præſenti, vt ſiue in pia,ſiue in profana cauſa ſufficiat ad hoc vt quis legitime teſtetur quòd vel nominatim hæres inſtituatur, vel illius diſpoſitioni bona committantur, patet quia attento Iure Ciuili ab Imperatoribus poſtea approbato teſtamentum valet ſub his verbis, Lucius eſto,vel illius diſpoſitioni omnia mea committo *l. 1. §.ſin autem,* & *verſ.* & *ſi ita ff.de hæred.inſtit. l.reg. l. his verbis 48. in princ. ff. illo tit. §. vlt. Inſtit. de hæred. qual.*ſi inſuper conſideres ſatis eſſe quod quis efficiatur dominus iuxta receptam dominij diffinitionem, igitur cum in præſenti teſtator dixerit ſe alterius diſpoſitioni committere, cenſetur illum dominum, & ita hæredem facere, vt libere de omnibus bonis diſponat, neque enim videntur magis ampla verba illa,Lucius eſto,de quibus in *d. verſ.* & *ſi ita*, quàm Lucij diſpoſitioni committo omnia mea bona. Et in hi: terminis dici non poteſt teſtamentum committi in alienam voluntatem, ſed per illa verba cenſeri hæredem inſtitutum ſecundum voluntatem,propriam ipſius teſtatoris,ſicut per illa Lucius eſto, vt in *d.verſ.* & *ſi ita*, & per illa dominus ſit meæ hæreditatis, vt in *d. l. his verbis*, & alia id genus.

Vtrum autem inſtitutio ad pias cauſas poſſit libere alterius voluntati committi? affirmatiuã tenent opinionem Cou.*hic num.12.*Craſſ. *in §. inſtitutio q. 18. nu.8.*Tiraq.*de priuilegijs piæ cauſæ priuil. 64.* Clar. *§.teſtamentum q.6.verſ.quarto infertur,*Padil.*in l.1. ff.de legatis 2.nu.50.*Oppoſitum tamen immo neque etiã ad pias cauſas inſtitutionem committi poſſe liberæ alterius voluntati longe verius eſſe,& Iuris principijs magis conſonum poſt Bald. Iaſ. & alios, dicunt Gabr. *commun. tit. de pia cauſa concl. 3.num.6* & Sarmien. *lib.2. ſelect cap.4 num.8.*

Ibid.*nu.4.* ibi, ad hoc quòd inſtitutio hæredis nutu facta attento Iure Canonico valere poteſt, non ſic attento Iure Ciuili,de quo an verum ſit,vide *glo. verbo inſcripſerit in auth.vt ſponſalitia largitas §.quia vero,collat.9. gloſ.verbo ex voce in l.iubemus 29.C. hoc tit.* Iaſ.*in l.licet prope fin.C. de pactis*, Couar.*hic num.4.*Gom.*l.3. Tauri nu.110. ad fin.* Viui. *tom.1.* com-

commun. opin. 145. prope fin. Peraltam in rub. ff. de legatis 2. num. 11. & 15. Clar. §. teſtamentum q. 37.

Ibid. eod. nu. 4. in fine. Card. Mantic. de coniect. vltim. vol. lib. 4. tit. 4. nu. 8.

CAP. REQVISISTI. XV. Et ita in terminis huius tex. recte reſpondit Innoc. quod ſi teſtator quantumcumque extraneus pro anima Epiſcopo legatum relinquat, intuitu Eccleſiæ, non perſonæ relictum præſumitur, tum quia relictum eſt Epiſcopo ſub nomine appellatiuo; tum vel maxime quia in teſtatore, qui pro anima legatum reliquit, veriſimilius eſt quòd potius Eccleſiæ, quàm perſonæ legauerit, patet quia reſpectu Eccleſiæ legatum manet pium, & multò magis ſuæ animæ profuturum, reſpectu vero perſonæ ſæculare, & non ita tendens in animæ ſalutē, cum ergo teſtator legando intendat animæ ſalutem, vt Pontifex in principio exorditur, & eidem magis conſulat ſi legatum pium maneat quàm ſæculare, fit conſequens intuitu Eccleſiæ relictum omnino præſumendum, ita gloſſ. hic verbo nec eſt, Butr. n. 15. Abb. num. 8. Cou. nu. 4. communem dicit Bart. in l. 2. n. 2. ff. de rebus dub. Lap. de Canonica portione num. 22. Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 6. a num. 19.

Ibid. num. 4. in fine. Intellige de propinquo intra quartum gradum, gloſ. hic verbo, à propinquo, Zabar. num. 4. Imol num. 38. communis vt per Cou. num. 9. qui plures refert, Mantic. d. tit. 6. n. 17. quamuis abſq; fundamento Iudicis arbitrio relinquendū exiſtiment Cou. & Mantic. dictis locis. Deinde intellige de affine intra eundem gradum, vt tenet Petr. de Canonica port. quem refert Cou. d. nu. 9. Denique intellige probata conſanguinitate, eo ipſo præſumi legatum intuitu perſonæ relictum, vt probat hic tex. & ideo ſi Eccleſia contendat non perſonæ, ſed ſui ipſius reſpectu relictum eſſe probare tenebitur, quia habens pro ſe præſumptionem, dum aliud non oſtenditur, tutus eſt, iuxta reg. l. licet Imperator ff. de legat. 1. gloſſ. vlt. recepta in l. ſi tutor 5. C. de periculo tutor. Bar. in l. vlt. ff. de publicis iudic. Abb. in cap. 1. notab. 2. de cleric. non reſid. Dec. in rub. de probat num 13 Cou. lib. 2. vari. cap. 6. num. 1. Gom. l. 9. Tauri num. 25. Afflict. deciſ. 44. num. 15.

Ibid. num. 10. in fine, communis, vt per Cou. hic. num. 10. intendit Mench. de ſucceſſionib. §. 27. nu. 6. Non obſtat quòd legatum relictum ciuibus cenſetur relictum ciuitati l. 2. ff. de rebus dub. l. Lucius 30. §. ciuibus ff. de legat. 1. quia reſpondetur cum Couar. hic nu. 27. de illis ad hos non bene argui, ratio differentiæ eſt, quia ciuitas repræſentatur per ciues, Eccleſia verò non per ſolos Canonicos, ſed per ipſos, & Epiſcopum ſimul.

CAP. RAINVNTIVS. XVI. poſt num. 1. In tex. ibi (Rainuntius de Clera) Cum filij quoad nobilitatem, honores, gentilitia, armorum inſignia, & alia id genus, non matris, ſed patris conditionem ſequantur l. liberos 10. in fine ff. de ſenator. l. 1. in princ ff. ad municip. l. eos 22. l. nullus 44. C. de decurion. lib. 10 cum ſimilibus, & pater filios habeat in poteſtate, mater vero minime §. vlt. Inſtit. de patria poteſt. mirum eſt cur filius à matre denominetur in hoc tex. Ideo Hoſt. Ioan. Andr. quem ſequitur Abb. hic notab. 1. & alij communiter vt Guillelm. in præſenti verbo Rainuntius de Clera. a num. 12. intelligunt Rainuntium à matre nomen accepiſſe ex ſuperbia, quia illa patre longe nobilior erat; ſed Iura non patiuntur in dubio præſumi delictum, maxime ſuperbiæ, quod grauiſſimum eſt contra reg. l. merito ff. pro ſocio. Idcirco idem Abb. vbi proxime, & alij, vt per Guillelm. d. num. 12. credunt hoc de facto contigiſſe contra ius, quia Rainuntius multo ante fuerat patre orbatus, & à matre nutritus; cuius blanditijs delinitus ab ea nomen accepit, vt illius genio indulgeret.

Sed mirum eſt quod DD. grauiſſimi hac in re tantopere crucientur, vt cogantur in re facili tot ſupplere, ac diuinare; quamobrem facillime hoc dubium ſoluitur ſi attendas ad manifeſtum tit. C. de mutat. nominis, vbi habetur vnicuique ceſſante fraude, & tertij præiuditio licitum eſſe quoties voluerit nomen, & cognomen, & alia id genus immutare, ſicut à principio ante mutationem libera erat nominis, vel cognominis impoſitio arg. l. ſi quis in fundi vocabulo ff. de legat. 1. §. ſi quis in nomine, Inſt. de legat. quo ſuppoſito liberrimum fuit Rainuntio vel patris, vel matris nomine cognominari, quinimo poſt aſſumptū nomen, aut cognomen ad libitum immutare l. vnic. C de mutat. nominis, vnde conſtat quàm ſuperfluum fuit in propoſito circa intellectum huius tex. confugere ad Rainuntij ſuperbiam, vel ad maternas blanditias, vel denique ad ſtatutum, vel conſuetudinem loci, & alia in quibus DD. tantopere immorantur.

In tex. ibi [reliquit catera bona ſua] Ergo verbum, relinquo, nullo alio ſuperaddito ſupponit Adiectæ impuberem fuiſſe hæredem inſtitutum in cæteris bonis iuxta doctrinam gloſſ. 1. in l. his verbis 48. in princ ff. de hæred. inſtit. vbi Bart. nu. 1. Abb. hic n. 3. communis ex Guillelm. verbo reliquit num. 1. Coſt. in cap. ſi pater verbo bonis num. 14. Pinel. ad rub. C. de bonis mat. par. 1. num. 11. Xuar. ad l. quoniam in prioribus quæſt. 7. num. 6. Mench. de ſucceſſ. §. 3. num. 13. Craſſ. §. Inſtitutio q. 14. Valaſc. conſ. 165. num. 3.

In tex ibi, [Alterocha, & ſoboles] Ergo quando plures diſparis gradus vacantur ad ſucceſſionem alicuius per copulam, &, omnes admittuntur ſimul ad æquas portiones; nam cum Pontifex in præſenti iubeat reſtitutionem ſimul fieri Alterochæ, & eius filio per copulam, &, ſatis ſignificat faciendam vtrique pro æquis portionibus, conſtat autem Alterochā, & eius filiū perſonas eſſe diſparis gradus reſpectu patris teſtatoris, & tanquam æqualiter ſubſtitutos admitti ex fideicommiſſo vniuerſali ad viriles portiones, ratio eſt, quia de proprietate copulæ eſt diſtribuere vim verbi æqualiter inter perſonas copulatas, l. reos 11. §. cum in tabulis ff. de duobus reis, l. 1. C. ſi plures vna ſententia, iuuat l. codicillis 91. §. inſtituto ff. de legat. 2. ſequuntur Abb. hic nu. 5. Cou. qui communem fatetur §. 12. num. 2. Anton. Gom. tom 1. var. c. 2. num. 4. Clar. §. teſtamentum q. 80. Mench. de ſucceſſ. §. 17. num. 44. & §. 20. nu. 120. Rojas de ſucceſſ. c. 8. num. 5. Molin. de primog. lib. 1. cap. 6. nu. 4. Menoch. conſ. 85. num. 78. Craſſ. §. inſtitutio q. 20. num. 2. Aluarad. de coniect. mente defuncti lib. 4. cap. 3. a n. 21. Quamuis oppoſitum velint Bart. num. 3. in l. Gallus §. quidam recte, & ibi Fortun. num. 47. & Barbat. hic num. 16.

Ad Lib. III. Tit. XXIX. de Parochijs.

CAP. VT DOMINICIS. II. *num.*2. ibi, *diſt.* 1. nouiſſime Ioan. Anton. Maſſobr. *in ſua praxi habendi concurſum præl.* 11. *num.* 4. *ſecundum Romanam impreſ.*

CAP. SVPER EO. IV. *num.* 2. ibi, vt per, Balb. 1. *par.* 6 *nu.* 8. *verſ. decimus*, Mich. Craſſ. *lib.* 3. *commun. verbo, confines q.* 8. Alciat. *in l. quinque pedum num.* 23.

Ibid. eod. *num.* 4. *in fine.* Cuius principalis reſolutionis ea potiſſima videtur ratio, ne aliàs admiſſa in propoſito finium præſcriptione, cum publico incommodo oriatur confuſio tam inter Prælatos, quàm inter ſubditos, vt intendit tex. *in cap. quicũque, cap. licet*, 16. *q.* 3. quæ ratio ſatis defendi poteſt ſi aduertas fines prouinciarum, diœceſum, & parochiarum in vtilitatem publicam non priuata, ſed publica auctoritate conſtitutos, & diſtinctos fuiſſe *cap.* 1. 80. *diſt. c.* 1. 13. *q.* 1. intendit tex. *in præſenti*, ibi, Eccleſiaſtica ordinatione inſtitutos, Conc. Trident. *ſeſſ.* 14. *de reform. cap.* 9. *& ſeſſ.* 24. *de refor. cap.* 13. *in fine*; Vnde fines huiuſmodi quatenus fines ſunt Iuris publici auctoritate, & vtilitate cõſtituti vt in ſimili probat *l. id quod* 7. *§.* 1. ibi, *limites, ff. de periculo, & cõmodo*, ac proinde immutabiles eſſe debent, & merito præſcribi prohibentur, ne aliàs priuata cuiuſque præſcribentis auctoritate ſublatis antiquis paſſim noui limites conſtituantur, & tam in iuriſdictione, quàm in reliquis ad publicam vtilitatem pertinentibus frequens detur occaſio incertitudinis, & cõfuſionis: id quod non ita contingit in finibus prædiorum, qui non publici, ſed priuati Iuris ſunt, non publica, ſed priuata vniuſcuiuſque auctoritate, & voluntate inſtituũtur, & mutantur *l.* 1. *C. de finibus regund.* & confuſio, quæ timeri poteſt nõ ita principaliter publicum, ſed magis priuatum continet detrimentum: ſic ſanè licet intra fines prouinciæ, diœceſis, vel parochię admittatur præſcriptio ad effectum vt præſcribens intra illos obtineat iuriſdictionem, vel Iura Epiſcopalia, ſeu parochialia, vt colligitur ex teg. *cap. auditis, & cap. cum olim*, & clarius ex *cap. ad aures, de præſcr. cap.* 1. *illo tit. lib.* 6. *d. cap. quicumque, d. c. licet, cap. quia, in fine, de præſcript.* vbi Felin. *nu.* 5. *in fine cum ſeq.* poſt Abb. *hic num.* 6. Nihilominus tamen fines ipſi præſcribi non poſſunt ad effectum, vt deſinant eſſe qui antea erant, vel reſtringãtur, vt alij extendantur, & ſint vbi non erant, quia ratio prædicta, & huius tex. prohibitio non offenditur, vbi manentibus finibus ſicut antea intra illos præſcribitur; Nec obſtat *cap. cum ſint* 18. *verſ. & attendendum de decimis*, ſatisfit enim vt per *gloſſ. vlt.* communiter receptam ex Zabarel. ibi.

Amplia deciſionem huius tex. ſeruandam eſſe etiam in finibus Regnorum, Comitatuum, vel ſtatuum ſæcularium, vt obſeruant Abb. *hic in fine*, Pariſ. *d. cap. quia num.* 17. Balb. Craſſ. & Alciat. *dictis locis.* Amplia rurſus id ipſum locum habere etiam in ijs, quæ cohærent finibus hic, vt aperte probat hic tex. ex quo ita colligũt omnes, gloſſ. & communis in *d. cap. quicumque*, & *d. cap. qui ſint*, vbi Abb. *num.* 9. Balb. *vbi ſupra*, cum quibus declarabis poſt Ioan. Andr. & Abb. *hic n.* 4. Amplia deniq. tex. hunc procedere etiamſi præſcriptio immemorialis proponatur, ſiquidem & hæc excluditur per generalia verba huius tex. cum ſimilibus, & per rationẽ prędictã, Abb. *hic n.* 1. Felin. 5. *in fine in d. c. quia*, & ſatis intendit *gloſſ. vlt. in cap. fœlix* 16. *q.* 1.

Limita tamen ſolummodo procedere vbi de finibus conſtat, nam ſi de illis non appareat admittetur præſcriptio, quia non præſcribuntur fines, ac ſubinde ceſsãt verba huius tex. & ratio prædicta, vt ſatis expreſſit Pontifex *in præſenti*, *& in cap. inter verſ. ob hoc, cum ſeq.* 16. *q.* 3. *gloſ.* & omnes præcitati, Limita præterea regulam hic præſcriptam procedere tantum in finibus quatenus fines ſunt, & habent rationem finiendi, itant per præſcriptionem deſinant eſſe fines, vel vbi antea erant; ſi vero conſiderentur non in quantum fines ſunt, ſed reſpectu ſoli, quod occupant, quoad dominium, & proprietatem eiuſdem, itaut maneant apud fines, & retineant finiendi rationem ſicut antea quamuis ſub dominio alterius, vtique admittẽda eſt præſcriptio, quia propriè loquendo non pręſcribũtur fines, ac proinde ceſſant verba, confuſio, & ratio de quibus ſuprà, ita intendunt *gloſſ. in d. c. quicumque*, ibi, ſed quantum ad proprietatẽ, &c. Zabarel *in d. c. quia*, & ibi, Felin. *n.* 5. *in princ. & verſ. conſidera*, Pariſ. *nu. vlt.* Balb. *vbi ſup.* qui tamen poſt *gloſſ. in d. c. quicumque in fine*, falsò exiſtimant fines iure proprietatis pręſcribi vbi fines ipſi non manent amplius, ſed deſinũt eſſe tales, ſiquidem longe verius eſt præſcriptionem iure proprietatis in propoſito dici vbi terra, vel ſolum ipſum præſcribitur quoad dominium, vt alicuius efficiatur proprium, interim tamen manent fines ſub ratione finium, quia adhuc poſt præſcriptionem habent rationem finiendi, & limitandi ſicut antea, iuxta addita ad *d. cap. quia.*

Ad Lib. III. Tit. XXX. de Decimis, Primitijs, & Oblationibus.

IN rub. *num.* 2. *prope fin.* ibi, *tit.* 20. Vincent. Filliuc. *tom.* 2. *tract.* 27. *cap.* 7. *cum ſeqq.* nouiſſime Stephanus Fagundes *de ſeptem Eccleſiæ præceptis*, *præc.* 5.

CAP. NOVVM GENVS. II. poſt *nu.* 2. In hac opinionum varietate ex qua non bene deprehenditur verus huius tex. intellectus, pro declaratione aduertendum eſt clericos dupliciter conſiderari, vel enim conſiderantur in quantum tales, vel rurſus in quantum ſunt fideles non habito reſpectu ad clericatum, meminit huius diuiſionis in ſpecie D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 87. *art.* 4. *in corpore*, intendit Sot. *de Iuſtit. lib.* 9. *quæſt.* 4. *art.* 4. *colum.* 2. Hoc ſuppoſito reſoluendum eſt Clericos priori modo conſideratos non eſſe debitores decimarum, ex illis bonis, in quibus tanquam tales conſiderantur, ſiquidem ſic conſiderati non ſunt parochiani, de ratione enim clerici eſt, vt alijs ſpiritualia miniſtret, ac proinde cum decimæ ratione adminiſtrationis ſpiritualium debeãtur parochianis, quibus illa facta eſt, vtique clerici, quibus in quantum tales prædicta adminiſtratio non fit, & propterea

non dicuntur parochiani, ad decimarum ſolutionem non tenebuntur, non ſic dicas ſi deutur bona in quibus poſteriori modo conſiderentur. Conſtat ſiquidem omnes fideles ſubeſſe parocho quoad forum Conſcientiæ *cap. omnis, de Pœnit.* ac ſubinde ſicut ſoli Sacramentorum miniſtri Ius habent percipiendi decimas, ita quoque omnes parochiani, & conſequenter clerici in quantum fideles, dicuntur debitores decimarum ex illis bonis in quibus tales conſiderantur.

Ex quibus colligitur clericos non teneri ad ſolutionem decimarum ex fructibus ſuorum beneficiorum, patet ſi expendas reſpectu illorum fructuum non parochianos, ſed clericos miniſtrantes ſpiritualia conſiderari, vnde nil mirum ſi ex illis ſoluere decimas non teneantur, ita in ſpecie probat tex. *hic in princip.* qui neceſſariò ſic intelligendus eſt, eo quòd Pontifex hic adducit exemplum Leuitarum, quos conſtat nihil aliud poſſediſſe quàm decimas, quas loco beneficiorum obtinebant, vt habetur Iuſue *cap. 13. in fine*, & *Numer. cap. 18.* Ac proinde vt ſimilitudo rectè procedat tex. in primo modo neceſſariò intelligendus eſt de beneficijs clericorum prout in illis reſoluit Sanctus Thomas, & Sot. *vbi ſupra*, Sic ſanè decimæ non ſunt ſoluendæ parocho ex prædijs eiuſdem Eccleſiæ, quorum fructibus ipſi Clerici clericali Iure viuunt, prout in ſpecie reſoluunt ſupra citati; Si modo prædicto prædia etiam dotalia Eccleſiæ fuerint inter limites eiuſdem, ſecus aliàs, tradunt Abb. *num. 6. in præſenti, & in cap. nuper notab. 1. per tex.* ibi, *inf. hoc tit.* Rebuff. *de decim. quæſt. 5. num.* 20. & ante illos *gloſſ. verbo nullo in cap. 1. de cenſibus*, refert plures, quos ſequitur dicens communem Gutier. *lib. 2. Canon. cap. 21. num.* 54. licet contrarium teneat expreſſe S. Thom. *d. art. 3. verſ. ad primum*. Vtrum autem ex fructibus perſonalibus, quos ipſi Clerici ex officio clericali recipiunt, ſoluere teneantur decimas perſonales? dicendum eſt quòd ſimiliter non tenentur ex ſupradicta ratione, & ita in ſpecie fatetur Couar. *lib. 1. vari. cap. 17. num. 8. verſ. primo*.

Per contrarium vero prædictos Clericos teneri ſoluere decimas ex fructibus prædiorum ſæcularium, quæ ſæculari iure, putà hæreditario, emptionis, vel alio quouis titulo compararunt, patet ſi expendas reſpectu huiuſmodi prædiorum magis parochianos quàm clericos conſiderari, ac proinde nil mirum ſi decimas ſoluere teneantur, iuxta ſupra reſoluta, & ita in ſpecie probat hic tex. *in verſ. illi vero*, ſic neceſſario intelligendus, tradunt Doctores citati ad *gloſſ. 1.* Quod ampliandum eſt primò ſiue prædicta prædia ſint in aliena, ſiue in propria parochia, vtroque enim caſu procedit ratio, de qua ſupra; ſicut ſimiliter in fructibus perſonalibus, qui extra officium clericale ex aliquo artificio peculiari per Clericos acquirantur, de his enim ſimiliter decimas ſoluere tenentur, vt aduertit Syluest. *verbo decima num.* 13, Secundo ampliandum ſiue Clerici ſint Rectores earum Eccleſiarum, vt in ſpecie docet S. Thom. *vbi ſupra*, Cou. *d. verſ. primum*, ſiue Epiſcopali, ſeu quacumque alia dignitate perfulgeant, iuxta tex. per locum ab ſpeciali *in cap. quaſti 16. q. 1.* Gutier. *vbi ſupra num. 2.* Non obſtat quòd Prælati exempti non ſubſunt parocho arg. tex. vbi gloſſ. & DD. *in cap. vlt. de Pœnitent.* quia reſpondetur non ſubeſſe parocho per accidens, quia ſcilicet alteri ſubijciuntur, nempe Prælato ſuperiori, vel Romano Pont. ſed nihilominus attenta rei natura parochianos eſſe ſicut ſunt alij fideles arg. tex. *in d. cap. omnis vtriuſque ſexus*, & inde eſt quòd illorum familia remanet ſubiecta ipſis parochis, vt aduertit Sot. *in 4. diſt. 18. q. 4. art. 2. col. 8.*

CAP. SVGGESTVM. IX. *num. 2. in fi.* Bardel. *conſ. 22. num.* 10. Glorit. *reſp. 1. par. 3. n.* 191. Vnde Barz. *d. deciſ. 118.* & Lancell. Gall. *conſ.* 25. per hunc tex. tenent immunitatem non ſuffragari pro eis, qui poſt conceſsionem immunitatis multa acquiſiuerunt bona, ita quod notabiliorem, & fertiliorem partem territorij poſſident, & perconſequens cæteri, quos oportet integre ferre onera, grauiter ac nimium grauentur, vt intelligit Octau. Glorit. *d. cap. 1. par. 3. num. 192.* Quando enim conceſsio immunitatis ita ſe habet, quod cæteri vaſſali, quos oportet onera immunium ſubire, grauiter læduntur, tunc à Principe ſuccurrendum eſt, ex iis, quæ tradit Abb. *in cap. peruenit nu. 17. de immun. Eccleſ. & in cap. accedens num. 8. de præſcript. verſ. ex his infertur*, vbi voluit quòd ſi per priuilegium immunitatis à Principe conceſſum grauiter contigit lædi vniuerſitatem; quia forte multi ex priuilegio ſunt exempti, & alij non immunes nimium grauantur, quod tunc Principis remedium eſt implorandum pro reuocatione immunitatis, quod etiam voluerunt Imol. *in l. ab omnibus ff. de legatis 1.* Boiſ. *in tit. de Principe nu.* 164. Natt. *conſ. 63. num. 16. vol. 1.* Intellige quando immunitatis priuilegium proceſsit ex liberalitate concedẽtis, tunc enim non poteſt conqueri priuilegiatus ſi ex cauſa damni, aut grauis læſionis ſubditorum læditur eius priuilegium, cum aliàs priuilegium gratioſum abſolutè, & in totum poſsit abſque cauſa reuocari Gozadin. *conſ. 5. n. 17. & conſ. 14. num. 8.* Menoch. *conſ. 103. num.* 39. Roland. *conſ. 66. num. 8. vol. 2.* Nat. *conſ. 511. n. 3.* Afflict. *deciſ. 128.* Gramat. *deciſ. 46. num. 5.* quod tamen non procedit vbi immunitas conceditur ex contractu, & titulo oneroſo, nam tunc ex ſuperueniente aſſerta aliorum ſubditorum læſione, ac prætenſo enormi præiuditio reuocari non poteſt, vt docent Natt. *conſ. 397. à n. 13. vol. 2.* Aym. Crauet. *conſ. 294. col. pen. verſ. non obſtat, vol. 2.* Soccin. Iun. *conſ. 60. n. 58. vol. 3.* Menoch. *conſ. 156. n. 34.* Carol. Bardel. *conſ. 22. n. 36. verſ. reſpondetur ſecundo*. Et an, & quando data immunitate onus immunis accreſcat non exemptis, vel teneatur eximens in eius computum accepto ferre? vide Feſtaſ. *de collect. in 4. par. cap. 2. num. 70. & ſeq.* Steph. Aufrer. *in addit. ad Capell. deciſ. 348. ſub concluſ. 4.* Paul. de Caſtr. *conſ.* 87. Natt. *d. conſ. 63. ſub num. 28. in fine, & conſ. 160. ſub num. 36. verſ. ad ſeptimum, & conſ. 397. num. 12.* Roland. *conſ. 76. vol. 2.* Ruin. *conſ. 125. num. 3. & 6. volum. 4.* Rimin. Iun. *conſ. 59. num. 66.* Cephal. *conſ. 58. nu. 49. & 62.* Surd. *conſ. 278. per totum*, & in ſpecie *num. 13. & num. 15. verſic. his itaque*, Camill. Borrel.

de

de præſtantia Regis Cathol. cap. 33. ſub nu. 26. verſ. decima declaratio.

CAP. AD AVDIENTIAM. XII. *n. 2. in fine.* Quæ quidem lata interpretatio ex Abb. & alijs in hoc tex. ſie ſecundum generalia verba priuilegij, quia nõ proponitur, nec apparet contraria concedentis intentio. Ex mente namque Doctorũ in hoc tex. agitur de priuilegio per quod Pontifex generaliter eximens Ciſtercienſes à ſolutione decimarum licèt aliter non exprimeret iuxtà materiam ſubiectam, & naturam exemptionis, ſatis intendebat ea in re de qua agebatur, & Iuri cõmuni, & Eccleſijs parochialibus præiudicare, iuxta doctrinam *gloſſa 3. in cap. cum olim 12. de priuilegijs* receptam ibi, & alibi, vt per Dec. *conſ. 113. n. 6.* & inſuper non erat maior ratio, ob quam generalis conceſſio, & intentio concedentis magis ad has, quàm ad illas decimas eſſet referenda. Deinde (quod maximè notandum eſt) Pontifices per huiuſmodi priuilegia intendentes aliquem eximere ab omnibus tam veteribus, quàm noualium decimis, vtuntur quadam forma verborum, ſcilicet ne de laboribus, quos proprijs manibus, vel ſumptibus excoluent, decimas ſoluãt. At verò cum intendunt non generaliter, nec ab omnibus, ſed à noualium, & alijs certis quibuſdam decimis eximere, non vtuntur illa forma, ſed ad eius differentiam alia ſtrictiori, & de noualibus, & alijs certis decimis mentionem faciunt, vt apertè conſtat ex *cap. ex parte 10. verſ. ſane hoc tit.* itaut ex diuerſa forma, & verbis conceſſionis colligatur in hac materia intentio concedentis.

Sanè tex. *in præſenti* agit de Ciſtercienſibus, qui ea in re erant maximè priuilegiati, vt conſtat ex *d. cap. ex parte, & ex cap. 2. §. 1. in fine, hoc tit. lib. 6.* & inſuper proponit priuilegium illis conceſſum ſub illa forma per illa verba pleniſſima, ne de laboribus, &c. vnde merito ſecundum illa Papa inquit ſe in eo priuilegio omnes decimas comprehendere voluiſſe, & adijcit rationem, quia ſi non de omnibus, ſed de noualibus tantum intelligeret, vbi poſuit de laboribus, de noualibus poſuiſſet, quaſi apertius dicat, quia ſi noſtræ intentionis foret de noualium tantum decimis agere, non vteremur illa verborum forma ne de laboribus, &c. ſub qua omnes decimas comprehendere intendimus, ſed alia ſtrictiori, ne de noualibus, &c. per quam ad differentiam illius non omnes, ſed aliquas concedere intendimus, & ita ex his in hoc tex. non tantum non apparet intentio Papæ repugnans verbis generalibus interpretationi latiori, verum etiam per contrarium adeſt intentio pro his, quia verum eſt dicere Papam dum ſub ea forma priuilegium indulſit proculdubio voluiſſe etiam cum maiori præiuditio Eccleſiarum parochialium latiſſimam ab omnium decimarum ſolutione concedere exemptionem. Et in hunc ſenſum tex. hic appellat prauam interpretationem eorum, qui contra verba, & intentionem priuilegium præuertentes ad ſolas noualium decimas referendum putabant.

Sic ſane licet tex. *in præſenti* vulgò citari ſoleat, ad hoc, quod in priuilegijs etiam cum tertij præiuditio, & Iuris communis violatione attendi, & ſeruari debet tenor, & proprietas verborum, vt ea omnia conceſſa intelligantur, quæ ſub eiſdem continentur, vt per Abb. *hic*, & citatos per Pariſ. *conſ. 22. num. 6. lib. 4.* Deci. *vbi ſupra*, & relatus à Cou. *de ſponſalibus par. 2. cap. 8. §. 8. num. 7. cum ſeqq.* nihilominus tex. iuxta prædictum intellectum, & animaduerſionem non ita generaliter probat vulgarem allegationem, quæ nec indiſtinctè admittenda videtur, quia oportet plerumque ex intentione concedentis reſtringere verba, & eam ſequi interpretationem per quam Reip. Iuris communis, vel cuiuſuis alterius perſonæ præiuditium vel tollatur omnino, ſi fieri poteſt ſalua conceſſione, vel ſaltem minus efficiatur, vt per Couar. *d. cap. 17. num. 13.* & ſupra citatos, *cap. cum in illis, in princ. de præb.* docet *gloſſ. 3. in cap. paratus 23. quæſt. 1.* recepta ex Dec. *nu. 4. in cap. ex parte il ſecundo, de offic. deleg.* Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 1. num. 13.* & pari ratione id ipſum fieri debet ne abſurdum, aut ſcandalum ſequatur iuxta ſupradicta; procedit ergo allegatio communis vbi non apparet de contraria mente concedentis, quæ in priuilegijs propriè acceptis ſemper apparere videtur, vt minus præiudicetur Iuri communi ex ſupra reſolutis.

CAP. QVONIAM. XIII. *num. 2. in fine.* nouiſſime Baſil. Pont. *in tract. de Sacramento Matrimonij lib. 5. cap. 13. §. 3. num.* 20. Quid autem dicendum in eo, quod quæri ſolet cui Eccleſiæ debeantur decimæ parochiali, vel baptiſmali quando conſtiterit eſſe diuerſas? nam perſonales parochiali deberi, prædiales verò illi, in cuius territorio ſunt, niſi obſtet conſuetudo præſcripta, aut alius titulus legitimus, docet ex Soar. Baſil. Pont. *d. §. 3. num. 26.* aduertens cum eodem ſæpe in Iure pro eodem vſurpari baptiſmalem, & parochialem Eccleſiam ne decipiaris.

Ibid. *nu. 5.* ibi, *par. 3.* Baſil. Pont. *dicto §. 3. n. 21.*

CAP. DE TERRIS. XVI. *num. 2. in fine.* Intellige de decimis prædialibus reſpectu poſſeſſionum, quas infideles in terris Chriſtianorum titulo emptionis, vel alio compararunt, prout colligitur ex hoc tex. ibi, vel poſſeſſiones penitus renunciandas, & ibi, compellas, quæ verba non verificantur niſi reſpectu poſſeſſionum, quæ ſunt in prouintijs Chriſtianorum, & melius in *cap. quanto, penult. de vſuris*, ibi, quas à Chriſtianis, &c. Prædicti tamen infideles nõ tenentur ad decimas prædiales perſoluendas reſpectu poſſeſſionum, quas in ſuis prouintijs habent, conſtat namque in illis ceſſare ius Eccleſiæ quæſitum, & rationem propter quam debitæ ſunt, ita in effectu reſoluunt Lambertin. *de iurepatron. lib. 1. par. 1. quæſt. 7. art. 3. nu. 3.* Rebuff. *de decim. quæſt. 5. num.* 11. Licet enim omnes mortales ad Fidem ſuſcipiendam teneantur, donec tamen illam profiteantur, nequaquam noſtris legibus obligantur, nec noſtris præceptis obedire tenentur, quando præceptum directè in illos dirigitur iuxta illud Pauli *1. ad Corinth. 5.* de his, qui foris ſunt nihil ad nos, Sot. *lib. 9. de Iuſtit. q. 4. art. 4. col. 4. in princ.* ac ſubinde cũ ceſſet obligatio legis, ceſſat quoque obligatio perſoluendi decimas quantumcumque ex parte Eccleſiæ nõ deficiat voluntas adminiſtrandi illis Eccleſiaſtica Sacramẽta.

CAP. AD APOSTOLICÆ. XX. *nu.2. in fine.* optime Baſil. Pont. *in ſuo nouiſſimo tract. de Sacramento Matrimonij lib. 5. cap. 13. §. 3. nu. 19.* vbi reſoluit huiuſmodi decimas perſonales, ſi alicubi ſint in vſu (nam non eſſe in vſu docent Sa *verbo decima num. 1.* Soar. *tom. 1. de Relig. tract. 2. lib. 1. cap. 21.*) non ſpectare ad Eccleſiam babitationi connexam, ſed domicilio, quia decimæ iſtæ perſoluuntur ad ſuſtentationem eorum, qui ſpiritualia miniſtrant; tum quia tranſeunt hæc onera cum perſona, non enim inhærent rei, quare æquum videtur vt illa Eccleſiæ ſoluantur, quæ ſpiritualiter fidelem alit Sacramentis, atque doctrina. Vnde ſi quis mutet domicilium, licet habeat in alia parochia poſſeſſiones, illi debentur vbi domicilium habet, & licet non mutet domicilium, ſi tamen extra ſuam parochiam laboret etiam per magnam anni partem ſemper decimas perſonales ſoluet illi Eccleſiæ vbi habet domicilium, quia ibi per ſe recipit Diuina, licet ex accidenti ratione abſentiæ contingat quandoque alibi recipi Sacramenta. Quod ſi contingat habere duo domicilia, ſi vnum acceſſoriũ eſt, principali ſoluet; ſi vero in vtroque æqualiter ſe collocat, inter vtrumque diuidentur.

Ibid. *num. 5.* quæ omnia in hoc numero contenta approbat Baſil. Pont. *d. §. 3. num. 23. & 24.* vbi *n. 25.* reſoluit quando huiuſmodi oues nec paſcuntur, nec aluntur per vllam anni partem in Eccleſia domini ſui, ſed in alijs, nullam partem decimarum deberi Eccleſiæ Parochiali domini, ſed illis vbi paſcuntur, & morantur, contra Nau. *conſ. 1. num. 10. hoc tit.* vide nouiſſime Stephan. Fagundez de *ſeptem Eccleſiæ præceptis præc. 5. lib. 1. cap. 5.*

CAP. EX PARTE. XXVII. poſt *nu. 3.* Qui quidem Rebuffi intellectus ex originali, & integra, quam refert nequaquam defendi poteſt, quia ſi bene aduertas integra relata per Rebuff. non eſt originale huius tex. nec vllo modo pertinet ad eius ſpeciem, immò ſuper alia longè diuerſa emanauit, idque conſtat non ſolum ex verbis vtriuſque in quibus longe differt littera vnius ab alio, & in integra non habentur verba, ſicut nec ratio ſcripta in hoc tex. verum etiam quia tex. iſte agit de Abbate Sanctæ Columbæ Senonen. in Epiſcopatu Pariſien. vt patet ex Prouinciali omnium Eccleſiarum, & illi Abbati facta fuit conceſſio de qua tex. agit, & ad eundem, vt ex ſuperſcriptione conſtat, dirigitur Decretalis, at vero integra per Rebuffum relata agit de ſpecie, quæ contigit in Epiſcopatu Nouarien. qui eſt ſub Archiepiſcopo Mediolanen, vt habetur in eodem Prouinciali, & integra illa iuxta ſuperſcriptionẽ Rebuffi dirigitur ad Rectorem Eccleſiæ Beatæ Mariæ, cui decimarum facta fuerat conceſſio, tum etiam quia in prædicta integra non dicit Papa Rectorem de quo agit ſecundum Ius, & ex vi primæ conceſſionis poſſe percipere noualium decimas, ſed potius ex noua indulgentia concedit id, ita ut quamdiu vixerit Canonicus, qui eas noualium decimas percipiebat, & ſententiam pro ſe obtineret, nullum eidem in perceptione præiudicium inferatur, ſed tamen eo mortuo indulget Papa prædictas decimas Rectori, & illi Eccleſiæ. At in hoc tex. abſque noua indulgentia ex rigore Iuris communis tanquam indubitatum decidit Papa Abbatem poſſe decimas noualium percipere, vt conſtat ex littera ibi, exigere ſatis potes, iuncta ratione, quæ ſubſequitur. Quare retenta mente communi, quod tex. agat de priuilegio percipiendi decimas (licèt ſummarium contra verba Pontificis referat priuilegium non ſoluendi) tentari poſſet priuilegium illud ideo comprehendere & veteres, & noualium decimas, quia conceſſum fuit ſub ea forma pleniori ſcilicet de laboribus terræ Parochiarum tuarũ integraliter decimas percipias, quæ verba, & priuilegij forma ex intentione concedentis omnes decimas includunt. Sed quia ratio, quam tex. in fine reddit, non ſat conuenit huic intellectui, nec apparet, aut Iure probatur Pontificem in priuilegio percipiendi decimas alienas, quod eſt magis nociuum, & odioſum, quàm ſit illud non ſoluendi ex traditis per Rebuff. *d. quæſt. 14 num. 28. & 30.* admiſiſſe illas diuerſas formas, quas alibi expendimus.

Probabilius igitur videtur *tex. in præſenti* non agere de priuilegio, aut conceſſione ſpeciali circa decimas recipiendas, ſed magis de conceſſione Iuris communis per quam eodem attento potuiſſet Abbas ille, vel Parochus quicumque percipere decimas de laboribus terræ Parochiarum ſuarum, vt habet littera ibi, Parochiarum tuarum: Senſus ergo eſt, cum tibi conceſſum ſit, ſcilicet à Iure communi, quod in ſius, &c. & ita in effectu hic tex. explicat id ipſum, quod habetur *in cap. cum contingat verſic. vnde, de decimis,* & integra relata per Rebuf. ſcilicet noualium decimas pertinere ad Parochos, quibus abſolutè, & cum integritate decimæ intra parochiam Iure communi conceſſæ ſunt, cui intellectui ſatis ennuenunt verba tex. ſiquidem conceſſum propriè loquendo dicitur etiam illud, quod à lege, & Iure communi tribuitur *l. 2. in princip. ff. ne quid in loco publico,* & vulgò dicimus fruſtra precibus impetratur, quod à Iure communi conceditur. Inſuper congruit ratio, quam tex. in fine reddit, quippè quæ propriè, & abſolutè loquendo vera eſt, & procedit in his, quæ à Iure communi conceduntur, ſicut & in alijs fauorabilibus, non ita verò in cæteris, quæ Iure ſingulari, & ex priuilegio contra Ius commune conceduntur, ſicut nec in reliquis odioſis iuxtà *reg. cui licet, de reg. Iuris in ſexto,* & *l. non debet, eod. tit.* cum ijs, quæ latè tradunt ſcribentes ibidem, Euerar. *loc. 15. & 79.* Felin. *in cap. poſtulaſti nu. 9. de reſcrip.* Iaſon *in l. 3. n. 43. ff. de conſt. princ.* Rebuff. *in praxi. tit. diſpenſat. ad plura, à num. 64.* Et iuxtà hunc intellectum dubitandi ratio in eo eſſe potuit, quod Epiſcopus, vel alius prætendẽs decimas noualium in quarum poſſeſſione Abbas non exiſtebat, arbitrabatur illas ad Abbatem non pertinere, quia de nouo inſurgebãt, & fortaſſe etiam ex eo, quod Abbas non vnam tantum, ſed multas Parochias habebat, vt conſtat ex littera ibi, Parochiarum tuarum; quas tamen ex diſpenſatione, & in quibuſdam caſibus Iure expreſſis iuſtè potuit obtinere, & conſequenter in eiſdem ex cõceſſione Iuris decimas noualiũ exigere.

Nec retento hoc intellectu obſtat *c. tua 25. in fine*

hoc

hoc tit. quoniam vltra alios intellectus Abb. & aliorum vtrobique, & tradita per *gloſſ.* 1. & Doctores *in cap. peruenit* 1. *quaſt.* 7. & poſt Fortun. Couarr. *lib.* 1. *variarum c.* 17. *n.* 13. Rebuff. *d. q.* 14. *n.* 2. & 29. tex. ille non agit de conceſſione decimarum ſimpliciter, & abſolute facta, ſed de illa per quam decimæ antiquæ, quas Eccleſia poſſidebat, alieni cóccedebantur veluti in feudum, in qua ſpecie non includuntur decimæ noualium, & neceſſaria eſt ad hoc noua, & ſpecialis conceſſio iuxta *cap.* 2. *in princ.* vbi notant *gloſſ.* in caſus poſitione, & alij, & *in §.* 1. *hoc tit. lib.* 6. idq; ſat intendit *c. tua* 25. *hoc tit.* ibi, occaſione decimationis antiquæ, & clariùs ibi, non ſit extendenda licentia, ſed reſtringenda, quæ verba ſignificant conceſſionem de qua tex. agit, quippe quæ referebatur ad decimas antiquas, non niſi per extenſionem noualium decimas includere potuiſſe.

CAP. DVDVM. XXXI. *num.* 3. *in fine*. Et ita quatenus hic tex. dicit Epiſcopum habere fundatam intentionem Iure communi ſuper decimas, agit de decimis, quæ debentur parochiæ ipſius Epiſcopi, qualis eſt Eccleſia Cathedralis reſpectu cuius dicitur proprie, & immediate parochus, non vero aliarum parochiarum, aduertit in ſpecie Abb. *in c. cum contingat num.* 7. *hoc tit.*

Ibid. poſt *num.* 8. In gloſſ. [*Qua allegauit*] ibi, (*ſecundum Canones longa, & longiſſima praſcriptio non differunt*) Vult hæc gloſſ. ſecundum Canones in præſcriptione longiſſima iuſtum titulum requiri, ſentiens aliud eſſe ſecundum Leges Ciuiles, quæ fuit opinio Ioann. vt refert *gloſſ. in ſumm.* 16. *q.* 3. *ante fin. verſ. item ſecundum Canones.* Sed hæc ſententia omnino corruit, nam quoad titulum non eſt differentia inter Canones, & leges Abb. *num.* 14. *in cap. de quarta, de praſcript.* Couar. *in reg. poſſeſſor, par.* 2. *§.* 5. *num.* 2. & *§.* 3. *nu.* 6. & *lib.* 1. *var. cap.* 17. *num.* 7. & fortaſſe ſic ſentit *gloſſ. hac in fine*, dum ſe remittit ad ea, quæ dixit *in cap. ſi diligenti, de praſcript.* in *gloſſ. vlt.* vbi longe aliter loquitur. Non obſtant tex. *in praſenti*, & *in d. cap. ſi diligenti;* quia procedunt vbi Ius commune, vel præſumptio eſt contra præſcribentem, in qua ſpecie requiritur titulus *cap.* 1. *de praſcript. in* 6. Nec etiam obſtat *cap. peruenit, de empt.* vbi in præſcriptione triginta annorum allegatur, & attenditur titulus, nam licet DD. paſſim exiſtiment tractari illic de præſcriptione, vt per Couar. *in reg. poſſeſſor par.* 2. *§.* 7. *num.* 5. *verſ. ſecunda*, Pinel. *in auth. niſi num.* 11. *C. de bonis matern.* longe verius eſt cum Abb. illic *n.* 9. & alijs in eo tex. non agi de præſcriptione, quæ etiam per longiſſimum tempus in eâ ſpecie locum habere non poterat iuxta reg. *l. in rebus verſ. omnis C. de iure dotium*. Deinde quia ſi illic ageretur de præſcriptione, & titulus ad illam eſſet neceſſarius, vtique is, quem mulier B. allegabat, iuſtus eſſe non potuit, vtpote contra ius prohibens alienationem rei donatæ propter nuptias, *d. l. in rebus, auth. ſiue à me C. ad Velleian.* Vnde ex mente *gloſſ.* 1. *verſ. & poſt biennium*, & aliorum ibi, Felin. *num.* 35. *in cap. de quarta, de praſcript.* expenditur, & allegatur illic ſpatium triginta annorum tanquam coniectura ad præſumendum ſecundum conſenſum vxoris, quæ rei propter nuptias donatæ alienationi conſenſerat, licet enim ad præſumendum conſenſum ſimplicem tempore, quo actus celebratur, ſufficiat ſpatium decem annorum *l. ſi filius C. de petit. hared.* cum alijs de quibus per Gabr. *commun. tit. de praſumpt. concl.* 1. nihilominus quia in ſpecie *d. cap. peruenit* ad confirmationem donationis propter nuptias non ſufficit conſenſus ſimplex tempore contractus, ſed requiritur etiam qualificatus alius cum interuallo, & deliberatione biennij, *vt in d. authen. ſiue*, merito in *d. cap. peruenit* expenditur longiſſimum tempus, vt ex illo huiuſmodi tempus præſumatur.

Ad Lib. III. Tit. XXXII. de Conuerſione coniugatorum.

CAP. EX PVBLICO. VII. *nu.* 3. in medio ibi, Fr. Baſil. Pont., *in ſuo nouiſſimo tract. de Sacramento Matrimonÿ lib.* 9. *cap.* 7. *num.* 2. & 3.

Ibid. *num.* 4. poſt med. ibi, *num.* 2. Baſil. Pont. *d. tract. de Sacramento Matrimonÿ lib.* 9. *cap.* 8. *num.* 1. vbi *num.* 2. reſoluit profeſſionem ſolemnem eſſe Mantellatarum Ordinis Sancti Franciſci, & Sancti Dominici, quæ collegialiter viuunt, & emittunt tria vota ſubſtantialia, vt ex multis conſtat Summorum Pontificum Conſtitutionibus, quas refert Fr. Emmanuel *quaſt. Regular. tom.* 3. *quaſt.* 72. *art.* 1. & 2.

Ibid. *num.* 6. *in fine*. At vero tribus votis ſimplicibus Societatis Ieſu dirimi Matrimonium ratum poſt Henriq. Gabr. Vaſquez, & Sanch. reſoluit Baſil. Pont. *d. tract. de Sacramento Matrimonÿ lib.* 9. *cap.* 6.

Ibid. *num.* 8. ibi, *in princip.* & nouiſſime *in tract. de Sacramento Matrimonÿ lib.* 9. *cap.* 9. *num.* 1.

Ibid. *eod. num.* 8. *poſt med.* ibi, *num.* 12. Baſil. Pont. *d. cap.* 9. *num.* 3.

Ibid. *num.* 9. *poſt princip.* ibi, in princip. & *dicto tract. de Sacramento Matrimonÿ lib.* 9. *cap.* 9. *num.* 4. *cum ſeqq.*

Ibid. *num.* 10. ibi, *verſ.* ſed mihi, & *in nouiſſimo tract. de Sacramento Matrimonÿ lib.* 9. *cap.* 5. *nu.* 4.

Ibid. *num.* 13. *prope fin.* ibi, *in princip.* late in *nouiſſimo tract. de Sacramento Matrimonÿ lib.* 9. *cap.* 9. *num.* 8. & 9.

Ibid. *num.* 14. *in med.* ibi, 102. & 103. Baſil. Pont. *de Sacramento Matrimonÿ lib.* 9. *cap.* 5.

CAP. MVLIER. XXI. *num.* 3. *in fine*, & certum eſſe hæreſim vnius coniugis cauſam præbere diuortio ſufficientem late probat Baſil. Pont. *in tract. de Sacramento Matrimonÿ lib.* 9. *cap.* 22.

Ibid. *eod. num.* 4. *in fine*. Baſil. Pont. *d. c.* 22. *nu.* 4. vbi *num.* 5. quærit quid ſi poſt hæreſim vnius coniugis alter Catholicus illi copuletur, cenſebitur ne remitterec? & *num.* 6. an in hoc adulterio ſpirituali ſit compenſationi locus ſicut in carnali?

Ad Lib. III. Tit. XXXIII. de Conuerſione infidelium.

CAP. LAVDABILEM. I. poſt *nu.* 3. In tex. ibi [*cum tale damnum*, &c.] Notatur ad hoc qđ

non ſunt facienda mala, vt inde veniant bona, neque eſſe committendum aliquod delictum propter bonũ alicuius etiam ſpirituale, quod inde ſequatur; ſic licet Saraceni perſuaſionibus mulierum, quarum viros occiderunt, ad Fidem fuiſſent cõuerſi, vt patet ex tex. ibi, per ipſas, &c. nihilominus tamen tale lucrum cum homicidio ab ipſis patrato minimè compenſatur; ſic non eſt committendum furtũ, vt inde fiat eleemoſyna, *cap. non eſt putanda 1. q. 1. cap. forte 14. q. 5.* ſic etiam pro redimenda vita captiui non licet petere mutuũ ſub vſuris, vel ad eaſdem inducere, tex. opt. *in cap. ſuper eo, de vſuris*, nec tandem peccatum aliquod quantumuis veniale committere pro vita, ſeu ſalute alicuius, *cap. faciat homo 22. q. 2. d. cap. ſuper eo*, ibi, mentiri, reſoluunt *gloſſ. in præſenti verbo tale*, vbi iura ſimilia citat, *gloſſ.* vbi opt. tex. *in cap. quod ait 14. diſt.* Hoſt. Abb. *num. 5.* & omnes *in præſenti*, S. Thom. 2. 2. *q. 53. art. 3. ad 3.* Tiraq. *de pœnis temper. cauſa 52. nu. 8.* Non obſtat *cap. qui habetis. 14. q. 5.* vbi de male, & illicite acquiſitis poteſt fieri bonum, & ita eleemoſyna, quia intelligitur de illis, quæ mediante aliquo actu illicito, & contra legem aliquam acquiſita, interim tamen ipſa acquiſitio non eſt iniuſta contra iuſtitiam commutatiuam, cuiuſmodi ſunt lucrum, & merces meretricis, clerici negotiatoris, aut cuiuſcumque in loco, vel tempore prohibito negotiantis, quæ quidem licet acquiſita ſint cum peccato, ſunt tamen omnino propria ipſius acquirentis quoad plenum dominium: verum propter modum, vel actum illicitum, quo mediante acquiſitio facta eſt, conſulitur recipienti tanquam opus perfectionis, & ſupererogationis, vt ſic acquiſita non tanquã aliena, ſed tanquam propria in pauperes, vel in vſus pios eroget, iuxta *d. cap. qui habetis, cap. vlt. verſ. iſti, ead. cauſa, & quæſt.* reſoluunt *gloſſ. in ſumma* & caſus poſitione, *gloſſ., magiſtra* vbi omnes, in *cap. ex tranſmiſſa, de decim gloſſ. in reg. peccatum, lib. 6. gloſſ. vlt. in cap. cum ſit, 16. de Iudæis*, S. Thom. *in 4. diſt. 15. q. 2 art. 5. & 2. 2. q. 37. art. 7*, Ledeſm. 2. 4. *q. 15. art. 5*, Medin. *de eleemoſyna cap. de eleemoſyna facienda ex bonis illicite acquiſitis*, Sot. *de Iuſtit. lib. 4. q. 7. art. 1. in reſp. ad 2.* iuxta quem ſenſum intelligi poſſunt verba Chriſti Domini Luc. 16. facite vobis amicos de mamona iniquitatis, ideſt facite eleemoſynam de bonis, quæ quamuis propria modis tamen illicitis acquiſiſtis, de quorum verborum multiplici intellectu agunt *gloſſ. verbo facere in d. cap. non eſt putanda 1. q. 1. gloſſ. 3. in cap. dilectiſſimis 12. q. 1. gloſſ. in d. cap. ex tranſmiſſa*, Ianſen. *in concord. Euangel. cap. 95.*

CAP. EX LITTERIS. II. *nu. 4. in fine.*

Et ita ex tex. etiam colligitur receptiſſimum iuris axioma, quod pater habet filium in poteſtate, idem probat tex. *in l. item in poteſtate, cum ſeq. ff. de ijs, qui ſunt ſui, l. ſi maritus, l. libertos, l. fin. C. de patria poteſt. Princip. & §. 1. Inſtit. eodem* reſoluunt *gloſſ.* & ſcribentes vtrobique, late poſt multos Pinel. in *rub. C. de bonis mat. p. 2. per totam*, Polyt. *in repet. l. filium num. 138.* vbi Corraſ. *nu. 80. C. familia herciſc.* Conan. *lib. 2. commentar. cap. 13.* Aſcan. *de patria poteſtate cap. 5. cum ſeqq.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem verbo ſine curatore num. 38. cum duobus ſeqq. & verbo læſis num. 121.* quæ quidem patria poteſtas ætate filij non diſſoluitur, poteſt enim ſexagenarius eſſe ſub poteſtate patris, vt notauit *gloſſ. verbo pupillus in l. fin. §. 1. ff. de verbor. oblig.* recepta ex Pegado *in repet. l. inter cætera ff. de liberis, & poſth. p. 1. cap. 1. §. 1. num. 4.* item prædictam poteſtatẽ inæſtimabilem vocat Iureconſ. *in l. filius 117. §. ſecundum vulgarem ff. de legat. 1.* Caſtro Luſitan. *in l. cum oporteat C. de bonis, quæ liber. par. 2. num. 138.*

Ibid. poſt *num. 6.* In tex. ibi [*& pueri poſt triennium apud patrem, &c.*] Aperte probat tex. quòd pater poſt triennium tenetur filium ſuum alere, quæ quidem obligatio ipſi, & non matri incumbit, idem probat tex. *in l. ſi quis à liberis ff. de liberis agnoſc. l. penul. C. de patria poteſt.* quod quidem onus ideo ad patrem non verò ad matrem ſpectat, quia fructus dotis percipit, qui ei dantur ad onera matrimonij ſupportãda, iuxta *l. fructus ff. de iure dot. l. pro oneribus C. eod.* Valaſc. *conſ. 92. num. 7.* vbi reſoluit poſſe matrem, quæ conſtante Matrimonio communes filios educauit ex bonis, quæ habet extra dotem, quia forſan maritus eſt abſens, & vniuerſam dotem peregre profectus ſecum aſportauit, repetere à marito huiuſmodi alimenta filijs præſtita, arg. *l. alimenta C. de negot. geſtis.* Quæ quidem alimenta filijs legitimis non ſolum præſtãda ſunt, quæ fuerint neceſſaria ad vitæ humanæ ſuſtentationem, ſed etiam quę fuerint neceſſaria ad ſtatum, ſeu dignitatem perſonæ iuxta reg. tex. *in l. cum in plures 13. §. fin. ff. de adminiſt. tut. l. ſed etſi quid 19. §. ſufficienter ff. de vſufructu*, comprobat Aretin. *conſ. 117.* Couar. *de ſponſal. par. 2. cap. 8. §. 6. num. 8. & vari. lib. 2. cap. 1. num. 22.* Ioan. Garc. *de expenſis cap. 3. num. 37.* Aſcan. *de patria poteſt. effectu 17. num. 35. cum ſeq.* D. Barboſ. *in l. 1. par. 4. num. 60. verſ. ijs ita explicatis ff. ſoluto matrim.* vbi idem dicit de filijs naturalibus. Spurijs vero nulla habita ratione diuitiarum, aut dignitatis paternę, ſeu ſtatus ſolum alimenta dari debere, quæ præciſe fuerint neceſſaria ad vitam ſuſtentandã, tenent Palat. *in repet. c. per veſtras, de donat. inter virum §. 24. nu. 3.* & alij plures, quos refert, & ſequitur D. Barboſ. *d. p. 4. n. 66.* contra plures alios, quos ſequutus fui in *collect. ad c. 5. n. 12. de eo qui duxit.* Aduertere tñ oportet hoc onus alendi liberos etiam ad matrẽ pertinere caſu, quo illa diues, pater autem ſit pauper, nec tunc impenſas à patre repeteret arg. *l. ſi quis à liberis §. vtrum ff. de liberis agnoſc.* Bart. *de aliment. num. 9.* Lar. *in d. l. ſi quis à liberis §. ſi mater num. 19.* Corraſ. *in l. qui liberos, num. 112. ff. de ritu nupt.* Padil. *in auth. res quæ, num. 6. C. communia de leg.* Couar. *d. §. 6. nu. 13.* Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 15. num. 3.* Valaſc. *conſ. 92. num. 9.* quod quidem adeo verum eſt, vt etiamſi filij ſint ſpurij eoſdem alere non teneatur mater, niſi in ſubſidiũ, vt docent Paleoth. *de nothis & ſpur. cap. 48. num. 3.* Gam. *Luſit. deciſ. 304. num. 2.* Valaſc. *d. conſ. 92. nu. vlt.* D. Barboſ. *d. par. 4 num. 67.* quamuis Lara *in d. l. ſi quis à liberis §. idem reſcripſit num. 35. & §. ſi mater num. 5.* Abb. & multi alij relati à Valaſc. *vbi proxime* cum communi ſententia conſtituant quòd licet ad alendos filios legitimos ſolus pater principaliter

Google

paliter teneatur, in alendis tamen ſpurijs pater & mater ſimul concurrere debent, qnorum fundamentis reſpondet Paleoth. vbi ſup. quicquid indiſtinctè loquatur Sanctarell. variar. reſolut. q. 33.

In tex. ibi [& in ætate tali, &c.] Collige ex tex. quod nullus debet morari apud illas perſonas, quæ vitæ, aut ſaluti ſpirituali, aut temporali ipſius poſſint inſidiari, arg. cap. 2. de diuort. & cap. litteras, ad fin. de reſtitut. ſpoliat. & in filio, qui non cogitur, immo nec poteſt cohabitare cum patre ſuſpecto, & illum ad malos mores inducente probat l. ſi lenones C. de Epiſcopali aud. & l. lenones C. de ſpectacul. lib. 11. notanc Gutier. canon. lib. 1. c. 24. n. 19. Cabed. Luſit. deciſ. 99. num. 3. & 6. p. 1.

Ibid. poſt n. 7. In gloſ. [inſidientur] ibi (ſi vero viuo patre quæſtio eſt, &c.) Docet gloſ. quod facto diuortio inter coniuges licet Iure Codieis in arbitrio Iudicis eſſet an apud patrem, vel matrem liberi morari, ac nutriri deberent iuxta l. 1. C. diuortio facto, Iure tamen nouiſſimo Authenticorum deciſum eſt vt ſi pater cauſam diuortio dedit apud matrem ad ſecundas nuptias non venientem liberi communes morari, & educari debent patris expenſis; ſi vero culpa mulieris diuortium fiat aletur filius penes patrẽ impenſis matris auth. ſi pater, vbi gloſ. verbo matris, C. illo tit. gloſ. verbo alãtur in auth. vt liceat matri §. illud collat. 8. gloſ. verbo materna in l. alimenta C. de negot. geſtis, vbi Barc. n. 1. Paul. n. 3. Alex. n. 4. qui dicit communem, Boer. deciſ. 17. n. 11. Silueſt. verbo filij n. 24. optime Lara in d. l. ſi quis à liberis §. ſi mater n. 11. cum ſeqq. Gutier. canon. lib. 1. cap. 24. n. 19. D. Barboſ. in rub. ff. ſoluto matrim. p. 2. n. 53. Cabed. d. deciſ. 99. n 6. quamuis Valaſc. poſt Salicet. quem refert conſ. 91. n. 10. neruoſe contendat matrem nullo pacto eſſe obligatam ſuis ſumptibus alere filios, etiamſi cauſam diuortij præſtaret, dicens id nullo Iure caueri, quia illa verba d. auth. ſi pater, ibi, matris locupleeis expenſis, non ſunt in corpore vnde fuerunt ſumpta, immo fuerunt addita ab Irnerio, quod quidem ante illum notauit Lara d. n. 11. cum ſeq. vbi optimè defendit communem ſententiam, & concludit verba illa, quæ fuerunt addita ab Irnerio fuiſſe ex intentione & mente Iuris Ciuilis deprompta.

Ad Lib. III. Tit. XXIV. de Voto; &c.

IN rub. in fine, ibi, in communi, Vincent. Fillinc. tom. 2. Summæ tract. 26. nouiſſimè Baſil. Pont. in ſuo tract. de Matrimony Sacramento lib. 8. cap. 8. cum ſeqq.

CAP. DE PEREGRINATIONIS. I. n. 2. in med. ibi, alleg. 36. n. 4. nouiſſimè Baſil. Pont. de Sacramento Matrimon. lib. 8. cap. 8. n. 2. & n. 3. ampliat ad omnes alios quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem habentes.

Ibid. n. 3. poſt princ. ibi, notab. 2. nouiſſimè Baſil. Pont. d lib. 8. cap. 5. n. 9.

Ibid. eodem n. 3. in fine. Verum ſupradictam Sanchez ſententiam, quæ concedit Archiepiſcopis facultatem diſpenſandi cum Epiſcopis ſuffraganeis nonnulli dicunt veram eſſe ſolummodo tempore viſitationis, ſed illam iure optimo reijciunt Soar. tom. 5. in 3. p. diſp. 41. ſect. 2. n. 12. & tom. 2. de Relig. lib. 6. de voto cap. 10. n. 9. & Baſil. Pont. d. l. 8. c. 5. n. 11. ex ea ratione quia tempore viſitationis non poteſt ſuis ſuffraganeis dimiſſorias concedere, nec legitimare, vt Doctores docent. Facit quia in cap. fin. de cenſibus lib. 6. tantum conceditur poteſtas abſoluendi, non vero diſpenſandi, ſunt enim iſtæ diuerſæ poteſtates. Sic pari modo Soar. d. lib. 6. cap. 11. n. 3. & Baſil. Pont. d. cap. 5. n. 10. indiſtinctè tenent Archiepiſcopum non poſſe cum Epiſcopis ſuffraganeis diſpenſare, quia ex Iure non conſtat hanc poteſtatem habere in Epiſcopos ſuffraganeos, niſi in certis caſibus iuxta tex. in cap. paſtoralis, de offic. Ordin. tum etiam quia ea poteſtas neceſſaria non eſt, ſi enim ſermo ſit de diſpenſationibus in legibus Pontificis, aut Cõcilij generalis, aut prouincialis neuter regulariter diſpenſare poteſt, & in eo caſu in quo poteſt diſpenſare Archiepiſcopus, poteſt & Epiſcopus cum ſuis, & quod erga alios poteſt, & in ſeipum poteſt. Vtrum autem Archiepiſcopus, vel Epiſcopus poſſit beneficium diſpenſationis impendere religioſis exemptis, vide Molin. de Iuſtit. tom. 4. tract. 3. diſp. 61. n. 15. Sanch. in præcepta Decalogi lib. 4. c. 39. n. 36. Baſil. Pont. d. lib. 8. c. 5. n. 12. cum multis ſeqq.

CAP. NON EST. V. n. 2. ante med. ibi, à n. 5. Verum nouiſſime Baſil. Pont. in ſuo tract. de Sacramento Matrimonij lib. 8. cap. 2. n. 8. in hæc verba. Et quamuis Thom. Sanch. lib. 4. Sum. cap. 37. n. 14. velit in vota & iuramenta proprie diſpenſationem cadere, & relaxari Ius diuinum, & naturale, neque verum eſt, neque intelligi poteſt, quod ita demonſtro. Quia vel tollitur, & relaxatur obligatio naturalis manente in vno voluntate vouendi, & in Deo acceptandi, & hoc non, quia eſt impoſſibile velle Deum acceptare promiſſionem, aut ratam manere acceptationem à Deo factam, & alias relaxari obligationem, & non manere, vt ſatis conſtat, nam poſitis illis extremis non poteſt non conſurgere obligatio, neque vlla potentia impediri. Aut relaxatur ablata eius acceptatione à Deo facta, & remiſſa, & ſic incidet in noſtrum explicandi modum, ſcilicet ideo ceſſare obligationem voti, ſeu iuramenti quia fit remiſſio eius promiſſionis ex parte eius, cui promiſſio facta eſt, quẽ etiam explicandi modum ſequuntur Soar. de legib. lib. 2. c. 14. n. 5. & tom. 2. de Relig. lib. 6. de Voto c. 9. n. 15. Gabr. Vaſq. tom. 2. in c. 2. diſp. 179. cap. 2. Leſſi. lib. 2. de Iuſtit. cap. 14. dub. 12. n. 94. Hæc Baſil. Pont. d. n. 8. vbi n. 9. cum Soar. d. cap. 14. n. 11. contra Vaſq. d. diſp. 179. c. 3. in fine. exiſtimat ſi proprie & in rigore loquamur hanc remiſſionem voti, & iuramenti obligationis non eſſe diſpẽſationem Iuris, ſed tantum appellari diſpenſationem, quia fit per quandam remiſſionem, quare potius videri relaxationem, vel diſpenſationem facti, non Iuris.

Ibid. eod. n. 2. in fine. Aliter tamen, & non ineptè hoc explicat Baſil. Pont. d. cap. 2. n. 11. vbi in hæc verba. Hinc etiam conſtat ſecundo qua ratione fiat diſpenſatio in voto, vel iuramento. Hæc enim ſunt ex ijs, quæ ex hominum arbitrio pendent & conſenſu, & ita in illis non relaxatur obligatio le-

gis

gis naturalis directè quod proprie diſpenſatione fit: ſed remittitur debitum iſtum ex humano conſenſu nomine Dei, cui ea promiſſio facta eſt, & eſt pars illius obligationis. Conceſſit enim Deus Pontifici, vt ipſe debita remittat rationabili ex cauſa, quod explicabo poſtea, & ſicut me cedente alterius hominis promiſſioni, ceſſat etiam promiſſionis obligatio, ſic etiam Deus in quantum illi debitum eſt, quod voto fuit promiſſum. Vnde non diſpenſat Pontifex nomine Dei in lege naturali, ſed remittens debitum, & ius ad rem illam, tollit obligationem. Quam poteſtatem propter multa inconuenientia vitanda credimus à Deo conceſſam eſſe Pontifici, vt ſuo nomine remittere eam promiſſionem poſſit, quem explicandi modum ſequuntur Soar. Vaſquez, Leſſi. citatis locis, quos reijcit Thomas Sanches ſine vllo fundamento.

Ibid. *n.3. in fine*. Vnde Baſil. Pont. *d. lib. 8. cap. 2. n. 4.* cum Sanch. *de Matrim. lib. 8 diſp. 6. n. 4* Soar. *de legib. lib. 2. c. 14. n. 5.* & Vaſq. *d. diſp. 179. c. 2.* & alijs pluribus per illos citatis, aſſerit nullam eſſe poteſtatem in Eccleſia neque Ordinariam, neque delegatam ad diſpenſandum in præceptis Iuris naturalis, aut diuini naturalis, quorum obligatio eſt abſoluta independens ab hominum conſenſu, iuxta ſenſum explicatum per illum *eod. cap. 2. n. 2.*

Ibid. *n. 4. in med.* ibi, *c. 11. n. 9.* & à Sanctarel. *variar. reſol. q. 1. n. 6.*

Ibid. *n. 5. in fine.* Salas *de legib. diſp. 20. ſect. 4. n. 30.* Soar. *eod. tract. lib. 6. c. 18. n. 7.* nouiſſimè Baſil. Pont. de *Sacramento Matrimonij lib. 8. cap. 14.*

CAP. MAGNAE. VII. *n. 14. in fine*. Et de Romano Pont. & alijs Epiſcopis quod poſſint ſecum diſpenſare in legibus à ſe poſitis, & in votis & iuramentis proprijs, ſicut & cum alijs ſubditis diſpenſare poſſunt, tenent Soar. *de legib. lib. 6. cap. 12. à n. 8.* Salas *eod. tract. diſp. 20 ſect. 3. diffic. 3 & ſect. 12.* Baſil. Pont. *tract. de matrim. lib. 8. c. 4. n. 9.* vbi *n. 11.* aſſerit nõ obſtare tex. *in præſenti* vbi Innoc. III. loquens de Trecenſi Epiſcopo, qui peregrinationem vouerat ex certa cauſa, quæ iam ceſſauerat, quaſi Epiſcopum laudans ait noluiſſe illum abſque Sedis Apoſt. conſilio ſe voti obligatione exemptum iudicare, quia reſpondet id ſupererogationis, & conſilij opus fuiſſe, non neceſſitatis.

Ad Lib. III. Tit. XXXV. de Statu Monachorum.

CAP. RECOLENTES. III. *n. 3. in fine*. Et ita probat tex. monachos non poſſe ſuccedere in maioratu dignitatem ſeu iuriſdictionem annexam habente, vt docent Molin. *de primog. lib. 1. cap. 13. à num. 81.* Ioan. Lecerier *lib. 1. de primog. q. 4. n. 15.* Anton. Gom. *l. 40. Tauri n. 66.* vbi Cornejo, Ludou. de Caſtanete *conſ. 26. nu. 8. & 9. vol. 1.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſ. 12. princ. num. 33.* Matien. *l. 1. gloſ. 1. n. 16. tit. 7. lib. 5. nouæ Recop.* Carol. Tap. *in auth. ingreſſi C. de Sacroſanct. Eccleſ. verbo ſua cap. 16. n. 8.* Surd. *conſ. 557. n. 13.* Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. p. 2. lib. 3. c. 19. n. pen.* Gald. Pereira *de nominat. emphyt. q. 6. n. 14.* Cabed. Luſit. *deciſ. 135. à n. 7 p. 1.* Molin. *de Iuſtit. tom. 3. diſp. 623. n. 4.* Flores de Mena *in addit. ad Gam. deciſ. 6. n. 2. concl. 5. & vari. lib. 1. q. 16. §. 2. n. 2.* Sicut nec in Regno, comitatu, vel ducatu, vt tradunt *gloſ. verbo dignitate in cap. ſcripſit nobis, 27. q. 2.* communiter recepta ab Archid. & cæteris ſcribentibus ibi, Molin. *d. c. 13. n. 81.* Greg. *l. 2. verbo ſiendo home tit. 13. part. 2.* Gam. *deciſ. 6. n. 3.* Ciſuentes *l. 40. Tauri. q. 6.* vbi Anton. Gom. *n. 66.* Ita etiam nec in feudo quando ſeruitium in eo petitum eſt perſonale, & tale quale non poteſt decenter à Religione exhiberi, nec ſufficit per ſubſtitutum illud præſtari, tunc enim Religio nõ ſuccedit in feudum, ſed religioſi profeſſione ceſſat, ita poſt DD. ſcribentes *ad cap. in præſentia, de probation.* docent Molin. *d. cap. 13. n. 76.* alt. Molin. *tract. 2. de Iuſtit. diſp. 140. col. 6. verſ. regulam.* Auendan. in *l. 40. Tauri gloſ. 4. n. 16. & 48.* Menoch. *conſ. 519. n. 13.* Tap. *d. verbo ſua c. 14. n. 8. & 9.* Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 12. c 8. q. 5.* Fr. Emman. *quæſt. Regular. tom. 1. q. 38. art. 3 & tom. 2. q. 62. art. 1 n. & q. 78. art. 12. verſ. tertio probatur.*

CAP. CVM AD MONASTERIVM. VI. *n. 14. in fine*. Nam Pontifex obligationem voti in religioſo remittit nomine Dei, ſicut aliorum votorum obligationem, cum eadem ſit in voto ſolemni & ſimplici *cap. rurſus, qui clerici, vel vouentes*: ſolemnitas autem cum ſit introducta Iure poſitiuo *cap. vnic. de voto lib. 6.* tollitur etiam poteſtate Eccleſiaſtica, & præterea cum materia voti obedientiæ ſit promiſſio facta homini, hoc eſt Prælato, & ipſi Pontifici, quæ promiſſio confirmatur voto, non acceptata, aut reiecta promiſſione ceſſat obligatio voti obedientiæ ea autem ceſſante, ceſſat etiam obligatio paupertatis, & caſtitatis, quæ tantum in eo ſtatu promiſſa ſunt, huius enim tex. ſenſus eſt religioſum ſtatum conſtare eſſentialiter tribus votis, paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ ex inſtitutione Chriſti, & ita non poſſe Pontificem facere, vt permaneat ille ſtatus aliquo ablato voto paupertatis, caſtitatis, aut obedientiæ, ita nouiſsime Baſil. Pont. *in ſuo tract. de Sacramento Matrimonij lib. 8. cap. 2. n. 13.*

Ad Lib. III. Tit XXXVI. de Religioſis domibus, &c.

CAP. AD HÆC. IV. *n. 6.* ibi, auctoritate Epiſcopi, & licentia Epiſcopi in inſtitutione beneficij ab initio præſumitur ſi Eccleſia ædificata reperiatur in forma debita, habeat dotem, & Rectorem, Cardin. *conſ. 11. ſub n. 6. verſ. item caueat*, Barbat. *conſ. 33. n. 1. lib. 1.* Rot. *in Hipporigien. capella 3. Iunij 1613. coram R. P. D. Pirouano.*

Ad Lib. III. Tit. XXXVIII. de Capellis monachorum, &c.

CAP. DILECTVS. II. poſt *n. 6.* In gloſ. [*Generetur*] Notatur ad hoc quod licet reſpectu exempti poſsit exemptionẽ præſcribi; tamen

reſpe-

Digitized by Google

reſpectu Papæ eximentis nulla datur præſcriptio, hincq; e xemptũ ſemper poſſe ſe tueri contra obiectã præſcriptionem dicendo non eſſe completã contra Papam, & ſic allegando ius tertij poſt longam diſputationem concludit Abb. *in cap. ad audientiam ſub n.12.verſ. in contrarium tamen,de præſcr.* & eum ſequitur Felin.*ſub n.*12.& notat bene Cened. *præctic. & canon. lib.1. q. 26.n. 9. ad fin.* optimè Eraſm. à Cochier. *de Iuriſdict. Ordin. in exemptos p. 3. q. 12. n. 4.cum ſeqq.*

CAP. EX PARTE. III. poſt *n.* 2. In tex. ibi (*nolumus per hoc derogare Concilio ſupradicto*) Collige ex tex.ſpeciale priuilegium contra Ius cõmune eidem non derogare ſi de eo mentio non habeatur,tradit gloſ. Abb. *n.*2.& reliqui DD. *in præſenti,gloſ.verbo noſcatur* vbi Domin.*n.*26. & alij in *cap.1.de conſtit. lib.6 gloſ. verbo mentione in cap.1. de exceſſ. Prælat.eod. lib.gloſ.verbo non permittitur in l.quominus,ff.de fluminib.* Bart.*in l.vlt.n.4. C.ſi contra Ius*, Abb.*in cap. nonnullis* per tex.ibi *n.*10.*de reſcript.* Rip, *in cap.1.à num. 36. illo tit.* reſoluunt Xuar. *alleg. 12. n.44. & alleg.28.à n.15.* Gom. *in reg.de impetrantib.q.1.* Cou. *var. lib.4.c.16.nu.6.* Padil.*in l.vlt.n.17. C.de diuerſis reſcript.* Sarmien. *lib.3.ſelect.c.14. à n.3.* Roland.*conſ.5.à n.54.lib.1.* Intellige tunc ſufficere clauſulam generalem ſi Ius non habuerit clauſulam derogatoriam, contra vero ſi prædicta clauſula in eo reperiatur, tunc enim ſpecialis mentio deſideratur,patet ſi expendas Papam non intendere inaduertenter facere aliquid contra Ius , quod facere videtur ſi in priuilegio mentio ſupradicta nõ reperiatur iuxta ſupradicta, idque inſinuare videtur Pontifex in præſenti ibi, non credimus emanaſſe, quæ verba denotant defectum intentionis.

Non obſtat quod in priuilegio maior ratio reperitur,quàm in lege poſteriori; cum lex poſterior in totum contrariam præcedentem ſoleat abrogare, licet de illa mentio non habeatur iuxta tex. *in d. cap. 1.de conſtit. lib. 6.* Reſpondetur enim magnam eſſe differentiam inter legem,& priuilegium,nam lex ſumma cum deliberatione , conſultatione , & euidenti vtilitate promulgari, ac proinde in illius conſtitutione Princeps facile circumueniri non poteſt *l.2.de conſtitut. Princip.* non ſic dicendum in priuilegijs, quæ quidem cum facillimo negotio con cedantur propter ſupplicantium importunas preces,facile Princeps poterit circumueniri, aduertit poſt alios Sarmien.*d.cap.14.n.11.*qua de cauſa in priuilegio mentio Iuris eſt facienda,aliàs enim per ignorantiam priuilegium præſumitur concedi.

Ad Lib. III. Tit. XXXVIII. de Iurepatr.

CAP. QVONIAM. III. *n.*4. ibi, *n.*197. & me citato in hoc loco nouiſſimè Ioan.Anton. Maſſobr. *in ſua praxi habendi concurſum præl. 7.dub.22.n.12.& 22.ſecundum Roman. impreſſ.*

Ibid. *n.* 7. ibi, *n.*337. refert nouiſſime me citato Ioan.Anton.Maſſobr. *d. præl.7. dub.22. n.6.ſecundum Roman impreſſ.*

CAP. QVOD AVTEM. V. *n.2.prope fin.* ibi, *à n.*158. me citato nouiſsime Ioan. Anton. Maſſobr. *in ſua praxi habendi concurſum prælud.7. dub.21.n.143.ſecundum Roman impreſſ.*

CAP. QVIA CLERICI. VI. poſt. *n.* 2. In tex. ibi (*comparant, &c.*) Notatur ad hoc quod Iuſpatronatus per clericos comparari,ſeu aliter,acquiri non poteſt,vt comparantium,ſeu acquirentium filij, vel nepotes in Eccleſiis patronatus præſententur, vt per *gloſ.verbo comparant*, Innoc. *in princip.*Butr.& Abb.*n.*3.Anchar.*n.* 1.& alii *in præſenti*, Lambertin. *in tract. huius tit. lib.1. p. 1. q.5.art.1.& 2.*Hippol.*ſing.*195. Sylueſt.*verbo Iuſpatron. n. 6.* Roland. *conſ.47.n.61.lib.*1.Cum enim in cõparatione Iuriſpatronatus ad effectum vt acquirentes filios vel nepotes ſuos in Eccleſiis patronatis poſſint præſentare , vitium ambitionis notabiliter appareat, & prædictum vitium, maximè in perſonis eccleſiaſticis reprobetur iuxta reg. tex in *Clem.1.in princ.de renunciat.* propterea tex.hic tali ratione fundatus in præſenti deciſione quamcunque prædicti Iuris acquiſitionem etiam aliàs licitam ad prædictum effectum factã reprobanit, quod quidem apertè colligitur ex verbis huius tex. ibi, vt poſtmodum eorum filii , &c. quæ verba apertè denotant illam acquiſitionem Iuriſpatronatus in hoc tex.reprobatam eſſe,quæ principaliter facta eſt ad prædictum effectum, aliàs enim non erat cur à Romano Pont. referrerentur,ac ſubinde ſiue licita, ſiue illicita aliàs propter vitium ambitionis reprobata eſt per tex. *in præſenti*.

Ibid. poſt *n* 4.In tex.ibi, [*ſpoliando*] Collige ex tex. clericos ementes,vel etiam iuſto aliàs titulo acquirentes iuſpatronatus cum intentione,& ad effectum vt illorum filii ſeu nepotes in Eccleſiis præſententur ab eodem,iurepatronatus eſſe ſpoliandos,vt per Abb. *hic n.3.* Paul. de Citadin. *in tract. de iurepatron.p.1.q.4. ante fin.* Lambert. in *ſimili tract.lib.1.p.2.q.5.art.2.*vbi *n.3.*poſt *gloſ. hic verbo ſpoliando*,& Abb. *n.*4.intelligit verbum, ſpoliando, in hac deciſione ſtare in ſua proprietate, eo quòd acquirentes iuſpatronatus actum à Iure interdictum feciſſe reputãtur, & ita nulliter,vnde ſicut de facto proceſſerunt, ita conueniens eſt vt etiam de facto per Epiſcopum ſpoliari poſſint , quaſi velint non eſſe opus iudicium intentare, prout etiam in actibus notorie iniuſtis iudex extraiudicialiter procedere poteſt. Verum prædictus intellectus nequaquam ſuſtineri poteſt, conuincitur enim manifeſtè quia ſupponit omnes taliter acquirentes Iuſpatronatus in hoc tex. nulliter, & de facto aliàs proceſſiſſe, quod plane falſum eſt. Quare videtur dicendum verbum hoc, ſpoliãdo, importare priuationem mediante actu iudiciali, itaut lata ſententia aliquando declaratoria prout in emptore, aliquando condemnatoria, prout in aliter acquirente per titulum aliàs iuſtum, Iuſpatronatus cũ effectu amittatur, aduertit eleganter Lambertin. *d.q.5. art.21.* arg.tex.*in cap.quod à te 3. de clericis coniug.*

Ibid. poſt *n.* 5. In gloſ. [*ſpoliando, vlt.* ibi, (*ſed cui applicabitur? poteſt dici quòd Eccleſia, &c.*) Notatur ad hoc quod facta venditione Iuriſpatronatus Eccleſia patronata libera remanet , vt per Roch.*verbo ipſe vel is q.25.n.51.* Lambertin.*lib.1. p.2.q.5.art.1.num.* 3. Nec refragatur quia donatio

Iuriſpa-

Digitized by Google

Iuriſpatronatus ſimiliter ipſo iure nulla eſt, ſi ſine Epiſcopi conſenſu laico per patronum facta ſit, iuxta tex. *in c. illud, hoc tit.* ſicut & venditio, vt tenet *gloſ. vlt. in cap. de iure, inf. hoc tit.* vbi addidi, & tamen conſtat Eccleſiam ſtatim liberam non remanere, ſed potius patronum adhuc poſſe cum eiuſdem Epiſcopi requiſito conſenſu iterum Iuſpatronatus donare; ſatisfit enim ſi dicas in prædicta donatione ſimoniam non dari, quemadmodum reperitur in venditione Iuriſpatronatus, qua ſtante propter iniuriam factam Eccleſiæ patronatæ iuſpatronatus amittitur, quo amiſſo Eccleſia conſequitur libertatem.

CAP. EX LITTERIS. VII. *num. 2. in fine.* Lambertin. *in tract. huius tit. lib. 1. p. 2. q. 5. art. 11. cum ſeqq. & art. 5. & 6. & q. 8. art. 1.* Menoch. *de arbitr. q. 54. à num. 49.* D. Barboſ. *in l. diuortio §. ſi vir nu. 56. ff. ſoluto matrim.* Intellige ſiue res principalis, cui annexum eſt iuſpatronatus, ſit vniuerſitas bonorum, ſiue ſit res particularis, dummodo tamen ita inſeparabiliter adhæreat, vt rem illam quaſi ſuum principale ſequi dicatur, qui quidē intellectus aperte colligitur ex hoc tex. ibi, villa in qua Eccleſia ſita eſt, quibus verbis apparet iuſpatronatus, de quo hic, annexum, & acceſſorium fuiſſe fundo, in quo Eccleſia fuerat ædificata: nam cum in hoc tex. partium intentio ſit villam transferre in totum per illam conceſſionem factam ad firmam, veluti translato principali, dicit Pontifex iuſpatronatus veluti acceſſorium transferri, quod neceſſariò ſequi debebat naturā ſui principalis, cui inſeparabiliter adhærebat *ex reg. acceſſorium, lib. 6.* Vnde conuincitur ſententia communis Doctorum facientium diſtinctionem inter vniuerſitatem bonorum, in qua iuſpatronatus exiſtit, & inter rem aliquam particularem, cui adhæret, itaut in priori caſu tranſlata prędicta bonorum vniuerſitate tranſeat Iuſpatronatus, minime verò in poſteriori, prout in ſpecie tenent DD. communiter in præſenti, & Roch. *verbo ipſe vel is, q. 23. à nu. 41.* plures, quos refert, & ſequitur Lambertin. *lib. 1. p. 2. q. 5. art. 11. n. 5. & art. 17.* Con. dicens communem ſententiam *lib. 1. vari. cap. 13. n. 3.*

Ibid. *n. 3. in fine.* Huius quidem illationis principale fundamentum eſt, quia negari non poteſt Iuſpatronatus annexum rei tranſire in illum, in quem eiuſdem rei dominium, vel ſaltem poſſeſſio transfertur, vt fatentur ſcribentes in hoc tex. & DD. ſupra citati, conſtat autem dominium rei dotalis ſicut illius poſſeſſionem per matrimonium in maritum tranſire *l. doce ancillam C. de rei vendicat.* & docent Lara *in l. ſi quis à liberis §. ſi quis ex his, à num. 249. ff. de liberis agnoſc.* Gom. *l. 50. Tauri n. 33.* D. Barboſ. *in l. dotalem ff. ſoluto matr. à n. 1. & 4.* Si ergo iuſpatronatus, & illius dominium, ſeu poſſeſſio tranſit in maritum, neceſſariò dicendum eſt, quod virtute illius poterit maritus præſentare, ne aliàs dicamus manente Eccleſia patronata deficere præſentationem ad illam, vt in terminis concludit D. Barboſ. *in d. §. ſi vir n. 57.* Accedit quia dato matrimonio fructus dotis ad maritum ſpectant, iuxta reg. tex. *in d. §. ſi vir*, à qua regula poteſtas præſentandi excepta non reperitur, cum fructus iuriſpatronatus eſſe dicatur, *gloſ. vlt. in cap. cum Bertoldus, de re iudic.* Et hæc eſt communis, & verior ſententia, quidquid dicant Abb. *in cap. vlt. n. 8. de conceſſ. præb.* Iaſ. *in d. §. ſi vir n. 7.* Felin. *in c. cum olim, de maior & obed. & in cap. cauſam, quæ, num. 8. de præſcript.* Guillelm. *in cap. Raynuntius verbo cætera bona nu. 37.* Vnde iam apparet quàm fruſtratoria ſit dubitatio, in qua torquentur DD. vtrum concurrente viro & vxore ad præſentandum, quæ præſentatio ſit præferenda? de qua agit Abb. in *d. n. 8.* Lambertin. *d. lib. 1. p. 2. q. 10. art. 2. & 3.* Tiraq. *poſt leges connub. gloſ. 9. n. 6.* Siquidē ex prædictis ſoli marito ius præſentandi cōpetere conſtat, vnde non ſolum pręſentatio illius præferenda eſt, ſed & alia per vxorē facta nequaquā admittenda.

Ibid. *n. 4. poſt princip.* ibi, *col. 3.* Rocch. *verbo ipſe vel is q. 26. n. 54.* Lambertin. *lib. 1. p. 2. q. 8. art. 2. in princip.* Molin. *de primog. lib. 1. cap. 24. à n. 2.* late Menoch. *conſ. 90.* fatetur D. Barboſ. *in l. diuortio §. ſi vir n. 58. ff. ſoluto matr.* Pro quibus facit efficaciter quia locatio ad modicum tempus nullum dominium, nullamue poſſeſſionem transferre ſolet, docet Iureconſ. *in l. non ſolet ff. locati*, iuncta *l. genere 3. ff. de acquir. poſſeſſ.* ſicut transfert locatio ad longum tempus, vt probat *tex. in l. 1. §. quod autem ff. de ſuperficieb.* cōſtat manifeſte iſtū tex. agere de locatione ad longum tempus, id enim importat conceſſio ad firmam, vt tradit Bart. *in l. 1. num. 8. C. de iure emphyt.* eo quod inſpecta lingua Anglicana talis conuentio ſic appellata ſignificat annuum cenſum, & vti talis cenſetur facta ad decennium, & importat alienationem, quod quidem mihi videtur probare tex. in *cap. 2. de locato*, dum in fine inquit ad firmam concedi poſſe decimas, de quibus ibi agebatur, itaut ad alienationem non videatur extendi, ſic plane innuit contractum illum ad firmam de ſe alienationem importare. Deinde faciunt huius tex. verba, ibi, vel antequam &c. quibus vult tex. quod ſi præſentatus à milite præſentaretur antequam eſſet ſuborta controuerſia inter militem & Abbatiſſam, ille præualeat in Eccleſia, etiamſi prædicta Abbatiſſa obtineat, quod quidem fieri non poterat caſu, quo per ſolam locationem, de qua hic, reſultaret ſola detentio, qualis reſultat ex locatione ad modicum tempus, ſed quia poſſeſſio in eundem militem tranſlata fuit iuxta tex. *in cap. conſultationibus inf. hoc tit. & in cap. querelam de elect.* ideo neceſſario tex. hic ſupponit prædictum militem non conduxiſſe villam ad modicum tempus, ſed ad longum, aliàs non eſſet poſſeſſor, vt tex. ſupponit, ſed ſolum detentator, vt probat tex. *in l. male agitur C. de præſcript. 30.* cuius præſentatio præualere non poterat, iuxta tex. *in d. cap. conſultationibus.*

Ibid. *eod. num. 4. in fine*, & ante illum videtur ſentire *gloſ. his verbo, ad firmam*, ibi, dicunt quidam, &c. ſequitur Hoſt. *col. vlt.* & apertius Zabarel. *q. 1. in fine.* Pro quibus vrget quia per locationem ad modicum tempus tranſit commoditas ipſius rei locatæ in ipſum conductorem, itaut illi liceat vti frui re conducta probat tex. *in l. ex conducto 16. in princip. ff. locati*, tradit Bart. *in l. 1. §. 1. ff. illo tit. & in d. l. 1. num. 3. C. de iure emphyt.* vnde dicendum videtur tranſire ius præſentandi, ſeu præſentationem, quæ eſt commoditas, vel quidam fructus iuriſpatronatus iuxta doctrinam *gloſ.* receptæ *verbo Capitulo, ad finem, in cap. cum olim, de maior. & obedient. gloſ. vlt.*

in

in cap. cum Bertoldus, de re iudic. Facit etiam quod quemadmodum iuſpatronatus eſt ſpiritualibus annexum, ita etiam ius decimandi, & ſpiritualibus coniungitur, vſque adeo vt laici reſpectu illius dicantur habere incapacitatem, probat tex. vbi omnes in *cap. cauſam, quæ, de præſcript.* & conſtat per locationem beneficij etiam ad modicũ tempus factam ius decimandi tranſire, & poſſe conductorem decimas percipere, vt probat tex. vbi Abb. *n. 3. in d. cap. 2. de locato, & in cap. vlt. ne Prælati vices ſuas*, Tiraq. *de retractu tit. 1. §. 1. gloſ. 7. n. 51.* Duen. *reg 249.* Rebuff. *de decimis q. 10. n. 34.* vnde ſimiliter non inconuenit quòd conductor, etiamſi laicus ſit, mediante locatione rei temporalis principalis iuſpatronatus eidem rei annexum retineat, & illius fructus, hoc eſt præſentationes percipiat, ex quibus hæc ſententia defendi poteſt, prima tñ receptior eſt, & forſan melioribus nititur fundamentis.

Ibid. *n. 8. in fine.* maxime quando cauſa, & finis ſequeſtrationis ſuadet dari partium intentionem, vt illa tranſeat, probat tex. ſic intelligendus *in l. licet 17. verſ. rei depoſitæ ff. depoſiti*, tex. opt. *in l. intereſſe 39. ff. de acquir. poſſeſſ. & in l. ſequeſter 103. ff. de verbor. ſignif.* tradit *gloſ. verbo beneficium in Clem. 1. de ſequeſt. poſſeſſ.* neceſſariò dicendum eſt iuſpatronatus annexum tranſire ex ſupradicta ratione. Secus dicendum in depoſitario in quem nec dominium, nec poſſeſſio trãsfertur, probat tex. *in d. l. licet*, tradit *gloſ. 2. in fine in cap. bona fides, de depoſito*, Gom. *l. 48. Tauri n. 8. & tom. 2. vari. c. 7. n. 2.* Coſta *in l. ſi ex cautione fallent. 1. n. 7.*

Ibid. poſt *n. 10.* In tex. ibi (*poſtmodum Abbatiſſa, &c.*) Collige ex tex. in Iurepatronatus pertinente ad Conuentum poſſe Abbatem, vel Abbatiſſam ſolum abſque conſenſu Conuentus præſentationem facere, ita in effectu *gloſ. verbo præſentauit*, Abb. *nu.* 4. Zabarel. & alij *in præſenti.* Pro quibus facit quia attento Iure omnia illa fieri poſſunt per ſolum Abbatem, vel Abbatiſſam, quæ ſpectant ad cultum diuinum, ſeu ad vtilitatem monaſterij, itaue reſpectu illorum penes illum, ſeu illam tota monaſterij poteſtas reſidere dicatur, probat tex. *in cap. nullum verſ. vt de cætero, 18. q. 2.* facit tex. in *cap. licet de Regular. & in cap. ſtatuimus 19. q. 3.* conſtat autem Iuſpatronatus ad cultum diuinum pertinere, illo enim exiſtente per præſentationem datur miniſter in Eccleſia Dei, qui Sacramenta exhibeat, reliquaque faciat diuina myſteria, ergo, &c. Contrariam tamen ſententiam tenuit apertè Abb. ſibi contrarius *in cap. ea noſcitur n. 4.* vbi Innoc. & DD. communiter, *de his, quæ fiunt à Præl.* Roch. *verbo competens q. 11. num. 25.* Lambertin. *lib. 2. p. 1. q. 2. art 12. n. 3.* quæ ſententia verior eſt, & neceſſariò tenenda, pro qua apertè facit tex. *in d. cap. ea noſcitur, & in cap. illud 8. ad fin.* ibi, ſine præſentatione fratrum, *infr. hoc tit.* Non obſtat *tex. in præſenti*, quia Rℓ. in illis verbis continere facti narrationem, quæ quidem narratio diſpoſitionem non facit. Vel melius intelligitur ſi aduertas tex. in illis verbis ſupponere terminos habiles, de quibus ibidem non fuit dubitatum, immo præſumitur interueniſſe requiſitum conſenſum, eo quòd ex originali conſtat præſentationem factam per Abbatiſſam, de qua hic, fuiſſe receptam ab Archiepiſcopo Cantuarien. cuius ſententia non ex illo defectu, ſed ex fundamentis de quibus ibi Alex. III. *in præſenti* reprobauit, vnde neceſſario tex. intelligendus eſt, quod in præſentatione per Abbatiſſam factam cõſenſus monialium, prout de Iure requirebatur, interuenit, iuxta tex. *in d. cap. ea noſcitur* aduertit in ſpecie Roch. *d. n. 25.* Vel ſaltem quod eadem Abbatiſſa ſola potuit facere talem electionem mediante aliquo priuilegio, vel conſuetudine, quæ illud potuiſſent operari, prout fatetur tex. *in d. cap. ea noſcitur*, ibi, niſi ex antiqua, & approbata conſuetudine, &c. reſoluit Felin. *in tract. quando littera Apoſt. col. pen.* Pariſ. *n. 4. in cap. cauſam, quæ, de præſcrip.* Nec etiam obſtat tex. *in d. cap. nullam*, ſatisfit enim ſi dicas tex. illum procedere ſecundum regulas illas antiquas originarias, ſecundum quas monachi nullum ſuffragium, nec vocem habent in Capitulo, non tamen procedit ſecundum alias recentiores iuxta quas Prælati tenentur regere cum conſenſu, vel conſilio ſui Conuentus, vel conſiliatorum, vel diſcretorum, aliorumue officialium, ſicut diuerſimode diuerſis temporibus ſtatutum eſt, prout eleganter explicat Nau. *conſ. 76. n. 4. de Regular. in antiq.* alias *conſ. 20. de priuileg. in nouis.*

Intellige conſenſum Conuentus explicandum eſſe per maiorem partem Capituli, vt in ſpecie docent Roch. & Lambertin *citatis locis*. Nec refragatur tex. *in cap. licet, verſ. præterea, de elect.* vbi maior pars non ſufficit, ſatisfit enim ſi dicas in eo tex. particulariter à Iure cautum eſſe, vt maior pars non ſufficiat propter negotij grauitatem, quo pacto etiam procedunt tex. *in cap. vnic. verſ. ſi vero, de clerico ægrot. lib. 6. cap. indemnitatibus §. 1. de elect. illo lib. auth. de defenſoribus ciuitatum §. vlt. collat.* 3. Intellige etiam prædictam maiorem partem debere eſſe ſaniorem, hoc eſt digniorem, & excellentiorem in gradu, ſeſſione, ſede, vel alijs circumſtantiis iuxta reg. tex. *in cap. 1.* ibi, *à maiori, & ſaniori parte, &c. de his, quæ fiũt à maiori parte Capit. & in cap quia propter 42.* ibi, maior, & ſanior, *de elect.* & ita in ſpecie probat tex. *in d. cap. ea noſcitur*, ibi, vel maioris, & ſanioris partis, aduertit Lambertin. *d. art. 12. n. 2.* nec oppoſitum probat tex. *in cap. 3. ſup. hoc tit.* ibi, plurimorum, &c. ſiquidem tex. non agit de Iurepatronatus pertinente collegialiter ad collegium, de quo nos agimus, ſed agit quando præſentatio ſpectat ad ſingulares perſonas, tradit Abb. *in cap. Eccleſia n. 5. de elect.* in qua ſpecie qualitas illa ſanior non eſt neceſſaria. In dubio autem maior pars ſemper præſumitur ſanior, tradit *gloſ. verbo rationabiliter in cap. 1. de his quæ fiunt à maiori parte* Capit. Abb. *n. 6. in d. cap. Eccleſia*, Felin. *n. 29. in cap. omnes, de conſtitut.*

Ibid. poſt *n. 12.* In tex. ibi (*de temporalibus debet reſpondere.*) Notatur ad hoc quod patronus poteſt obligare beneficiarium vt ſaltem in genere ſibi reddat rationem circa adminiſtrationem redituum Eccleſiæ patronatæ, tradunt Innoc. *n. 1* vbi Abb. & alii *in cap. cum & plantare, de priuileg.* idem Abb. *in præſenti nu. 3.* Lambertin. *lib 3. q. 2. art. 5.* Roch. *verbo honorificum q. 66.* vbi videtur ſentire hanc exactionem competere non ratione oneris, ſed

Digitized by Google

ſed honoris, bene intelligẽtes hoc procedere in patrono eccleſiaſtico, non vero in ſæculari; ſic ſane patronus poteſt impedire ne redditus Eccleſiæ in alios vſus conuertantur quàm in illos, ad quos fuerunt deputati tempore fundationis, aduertit Lambertin. *vbi ſupra nu.3.*

CAP. ILLVD. VIII. *num.1.* In tex. ibi(*inconſulto Epiſcopo*) Notatur ad hoc quod laicus patronus poteſt cum Epiſcopi auctoritate Eccleſiam religioſæ domui concedere, hoc idem probat tex. *in cap. quod autem 5. verſ. de cætero. & in cap. nullus 17. & in cap. ſuggeſtum 20. hoc tit. & in c. conſultationibus, verſ. ſi religioſis, de donation. gloſ. verbo de re non vacant*, Innoc. Abb. *num. 3. in præſenti*, idem Abb. *in d. cap. quod autem, & in cap. paſtoralis, num. 8. de donation.* reſoluunt Lambertin. *in tract. huius tit. lib.1.par. 2. q.1. art.9. à princip.* Corraſ. *de Sacerdot. par.1. cap.7. num.3.* Rebuff. *in praxi tit. de reprobata beneficij vacantis impetr. num. 59.* Intellige procedere in patrono retinente redditus, & prouentus Eccleſiæ, qui & ſimpliciter fecit donationem Eccleſiæ, facta enim per illum huiuſmodi donatione, & deficiente Epiſcopi conſenſu, nec etiam iuſpatronatus in locum religioſum transferri dicendum eſt, interueniente vero omnia tranſire cenſentur *arg. tex. in d. c. paſtoralis*, idq; manifeſte colligitur ex hoc tex. *in verſ. licet*, ibi, liberam, quod quidem verbum eſt intelligendum reſpectu proximi impedimenti, iuxta doctrinam *gloſ.* receptæ *in Clem. dudum, de ſepultur.* & ſic reſpectu Epiſcopi conſenſus, de quo agebatur, ac ſubinde cũ Pontifex *in d. verſ. licet*, fateatur poſſe patronum laicum ſine Epiſcopi conſenſu iuſpatronatus expreſſe declaratum in locum religioſum transferre, neceſſariò fatendum eſt conceſſionem Eccleſiæ de qua in principio factam etiam ſimpliciter deficiente eiuſdem Epiſcopi conſenſu vſque adeo non valere, vt etiã virtute illius ſic ſimpliciter factæ iuſpatronatus non tranſeat. Ad eundem modum intelligendus eſt tex. *in d. c. quod autem, verſ. de cætero, & in d. c. nullus*, prout aduertit Abb. *ibid. notab.* 2. quicquid dicat *gloſ.* 1. ibi. Quare autem requiratur huiuſmodi conſenſus Epiſcopi in donatione facta per laicum patronum detinentem ipſius Eccleſiæ fructus, & prouentus temporales, ſolet à DD. inquiri, & inter varias rationes, quas aſſignant, illa mihi vera videtur, quam tradit Lambertin. *lib.1. par.2. q.1. art.9. nu.38.* nempe quia nec donans, neç donataria Eccleſia, ſeu locus religioſus aliquid Ius habent in Eccleſia donata, in donante probat tex. *in cap. nouerint 10. q. 7. & in cap. cauſam, quæ de præſcript.* in donataria fatetur tex. *in præſenti*. Vnde ius illud ad Epiſcopum dicitur ſpectare iuxta reg. tex. *in c. omnes 16. q. 57.* ac ſubinde requiritur conſenſus illius, qui tanquam dominus Eccleſiæ donatæ facit donationem valere, arg. tex. *d. c. paſtoralis*, & ita colligitur ex tex. *in d. verſ. de cætero*, in ratione quam reddit, explicat Lambert. *vbi ſupra*.

Ibid. *num. 2. in princip.* ibi, non poteſt, Lambert. *in tract. huius tit. lib. 1. par. 2. q.4. art.2. a num.1.* Flamin. *de reſignat. lib.1. q.3. num. 51.*

Ibid. *num. 6. in fine*. Roch. *de Iurepatron. verb. pro eo quod q. 2. à num. 3. & q.3. à num. 6.* Sylueſt. *verbo Iuſpatron. num. 4.* Lambertin. *lib. 1. par. 2. q. 6. art. 4. num.3. & q. 1. nu. 3.*

CAP. QVERIMONIAM. IX. *num. 2. in fine*, me citato nouiſſime refert Ioan. Anton. Maſſobr. *in ſua praxi habendi concurſum, prælud. 7. dub. 21. num. 145. ſecundum Roman. impreſſ.*

CAP. CVRA. XI. poſt *nu. 2.* In tex. ibi(*aliquas ſibi Eccleſias, &c.*) Valde controuerſum eſt quomodo tex. iſte intelligatur in hoc verbo, Eccleſias, quidam enim exiſtimant tex. agere de iurepatronatus, & ſic verbum, Eccleſias, interpretandum, refert *gloſ. hic verbo legitima*, ſequitur Beroi. *in præſenti, num. 8.* Cou. *in reg. poſſeſſor. par. 2. §. 10. nu. 8.* Sed ex mente Abb. *hic nu.* 1. mihi videtur melius tex. eſſe intelligendum de Eccleſijs in proprietatem conceſſis, pro quo intellectu facit quia tex. hic agit de donatione Eccleſiarum, patet ibi, ex donatione laicorum, iunctis verbis ſeqq. ibi, Eccleſia vendicare, &c., & conſtat quod donatio Eccleſiarum facta loco Religioſo intelligitur de Eccleſijs in proprietatẽ cõceſſis, probat aperte tex. *in c. cõſultationibus, 4. de donation.* Deinde facit quia Eccleſiæ, de quibus hic, monaſterijs, & alijs Eccleſijs Collegiatis concedebantur, vt patet ex ſuperſcriptione tex. ſicut & in Clericis de quibus ibi, & licet clericis prædictæ Eccleſiæ concedi poſſent in titulum, monaſterijs tamen, & Eccleſijs Collegiatis non aliter quàm in proprietatem iuxta ſupra reſoluta; vnde cum tex. in præſenti non ſe fundet in monaſteriorum, ſeu Conuentuum incapacitate, ſed potius in defectu poteſtatis, qui in donatore inueniebatur, aperte demonſtrat quod Eccleſiæ, de quibus hic, non in titulum, ſed in proprietatem donatarijs concedebantur, aliàs enim ſi in titulum concederentur propter illorum incapacitatem tales donationes reprobarentur quantuncunque Epiſcopi cõſenſus interueniſſet, ſiquidem efficere non poteſt vt monaſterium, ſeu Eccleſiæ Collegiatæ, vel ſimiles aliæ Communitates habeant Eccleſias in titulum eo quòd à Iure reprobatum eſt.

In tex. ibi (*niſi legitima præſcriptione, &c.*) Collige ex tex. Eccleſiam in proprietatem ſine Epiſcopi conſenſu donatam præſcribi poſſe, ita Abb. *notab.* 1. & alij *in præſenti*, idem Abb. *in cap. dudum, nu. 4. de decimis, & in cap. dilectis. num. 3. de officio legati*, in effectu Felin. *in cap. ad aures nu. 1. de præſcript.*

CAP. CVM SÆCVLVM. XIII. poſt *n. 1.* In tex. ibi (*emptorum*) Collige ex tex. Iuſpatronatus acquiri poſſe quando venditur res, cui idem ius inſeparabiliter adhæret, ita *gloſ. in præſenti verbo emptorum*, Innoc. & alij, Abb. *in cap. de iure num. 2. inf. hoc tit.* Lambertin. *in tract. huius tit. lib. 1. p. 2. q. 7. art. 1. cum ſeqq.* Sylueſt. *verbo Iuſpatron. num. 6. verſ. quintum.* Coſt. *in cap. ſi pater, par. 2. verbo Trebellianica, nu. 4.* Intellige tex. procedere etiamſi in venditione rei temporalis Iuſpatronatus exprimatur, dummodo nulla in expreſſione interueniat coniectura praui animi in contrahentibus, ſi vere talis appareat ſecundum illam contractus ſimoniacus iudicabitur: quando autem dicetur prædicta coniectura apparere non ſibi conſtant Doctores, inter quos quidam exiſtimant abſque vlla diſtinctione dari

prædi-

Digitized by Google

prædictam coniecturam eo ipſo ſolum quod Iuſpatronatus in venditione exprimitur, cuius expreſſionem tantum abſque alio adminiculo quocunque modo facta ſit, exiſtimant ſimoniacam efficere, prout Ioan Andr. *in cap. vnic. hoc tit. lib. 6.* ſequitur Felin. ſibi contrarius *in cap. querelam n. 3. de ſimonia*, multis confirmat Lambert. *lib. 1. p. 2. q. 5. art. 20. à n. 18.* Sed melius ex mente Anan. *in d. cap. querelam* dicendum puto ſupradictam expreſſionem de ſe coniecturam non facere ad inducendam ſimoniam, ſed altera erit coniectura ſi pretium rei principalis, quæ venditur, fuerit exceſſiuum, tunc enim illius reſiduo iuſpatronatus quod exprimitur æſtimatum eſſe indicabitur. Si vero pretium, aut nihil, aut parum excedat valorem rei temporalis abſque vitio ſimoniæ procedet venditio non obſtante expreſſione quocunque modo facta, ſiquidem tunc temporis videtur inter partes actum eſſe, ſcilicet quod venditor noluerit ſibi retinere iuſpatronatus, quod poterat excipere, & ſibi reſeruare iuxta tex. *in cap. ex litteris, ſupra hoc tit.* immo potius quod voluerit vt tanquam acceſſorium cum re vendita transferatur, qua data coniectura intentionis interpretatio illa facienda eſt, vt actus ſuſtineatur iuxta reg. tex. *in l. quoties ff. de rebus dub.* & vt peccatum non præſumatur iuxta reg. tex. in *l. merito ff. pro ſocio, & in cap. 2. de regulis Iuris*; ſic aliàs facta venditione abſque ſupradicta expreſſione ſi pretium fuerit exceſſiuum magis læſio, & iniuſtitia circa ipſam venditionem commiſſa iudicabitur, quàm ſimonia, eo quòd in illa indicanda, & minus peccatum, & vnius tantum reperitur, in iſta vero & grauius, & vtriuſque cernitur, vnde neceſſariò interpretabimur læſionem, & iniuſtitiam, quàm ſimoniam dari in prædicta venditione.

CAP. EX INSINVATIONE. XIV. poſt *n.* 1. In tex. ibi (*earum detentatores.*) Quales ſunt etiam præſentati à malæ fidei poſſeſſoribus, quorum præſentatio nulla eſt, prout in ſpecie tenuit *gloſ. pen.* vbi Innoc. & omnes *in cap. conſultationibus, inf. hoc tit. & in cap. 2. de in integ. reſtit & in cap. cum Eccleſia*, vbi Abb. & Rip. *de cauſa poſſeſ.* idem Abb. & communiter ſcribentes *in cap. cum olim, illo tit, & conſ. 54. col. 2. vol.* 1. Anch. *conſ.* 20. Roch. *de Iurepatron. verbo competens q. 14. & 22.* Lambertin. *lib. 2. p. 1. quæſt. 3. art. 1. &* 20. Duen. *reg.* 82. exiſtimantes cum primum conſtiterit de mala fide præſentantis præſentatum & inſtitutum repellendum eſſe, & admittendum de nouo præſentatum à vero patrono. Pro quibus efficaciter facit quia ſi talis præſentatio admittatur iam poſſeſſor malæ fidei gaudet fructu præſentationis, & cum effectu illum percipit ſine illius reſtitutione, quæ fieri non poteſt, quod quidem eſt maximum inconueniens, eo quòd conſtat fructus aliquos ex re poſſeſſa habere non poſſe, vt notant omnes *in l. bonæ fidei ff. de acquir. rerum domin. & in cap. grauis, de reſtit. ſpoliat.* Non obſtat *tex. in d. c. conſultationibus*, quia licet ſimpliciter requirat poſſeſſionem, intelligendus eſt bona fide interueniente, ſiquidem Ius Canonicum ab eodem Alexan. III. ſtatutum in dubio non cenſetur malæ fidei poſſeſſoribus fauere, immo illos maxime abhorret, vt patet ex *cap. vigilanti, & cap. vlt. de præſcript.* Vnde colliges præſentatũ à poſſeſſore Iuriſpatronatus quamuis nihil de eius bona fide, ſed de ſola poſſeſſione doceat. ſi modo aliunde de eius mala fide non conſtet, Eccleſiam debere obtinere, prout in ſpecie reſoluunt Innoc. *in d. c. conſultationibus*, Roch. *d. q. 22. num. 24.*

CAP. CONSVLVIT. XV. *num. 3. in fine.* Paul. de Citadin. *in tract. huius tit. p. 6. num. 3.* Lambertin. *eod. tract. lib. 2. p. 1. q. 8. art.* 12. Pro quibus facit quia patronus tantummodo prohibetur præſentari ad Eccleſiam vacantem, in qua ipſe habet iuſpatronatus, & tamen conſtat illius filium non eſſe patronum, nec in eadem Eccleſia iuſpatronatus habere, vnde ſuccedit reg. tex. *in l. 4. §. toties ff. ſolut. matrim.* Facit inſuper quia rationes propter quas prohibetur patrono ſe ipſum præſentare ceſſant in filio eius, ſiquidem alia perſona eſt diuerſa, qua data apparet ratio diſcriminis inter dantem & accipientem, quod requirit tex. *in cap. vlt. de inſtitut.* deinde ceſſat vitium ambitionis tex. *in cap. per noſtras 26. infr. hoc tit.* eo quòd licet in parte dante exiſtere poſſit, nihilominus tamen in filio ex ipſius acceptatione non præſumitur, prout in alijs præſentatis non iudicatur. Facit denique quia filius patroni non debet eſſe deterioris conditionis, quàm reliqui omnes extranei, qui per patronum parentem præſentari poſſunt, aliàs enim fauor, quem Ius Canonicum in remunerationem beneficij patronis facere intendit, in illorum odium retorqueretur contra reg. tex. *in l. quod fauore ff. de legib. & reg. quod ob gratiam, lib. 6.* Non obſtat tex. *in præſenti*, quia reſpondetur tantummodo prohibere patronum filio ſuo Eccleſiam patronatam conferre, ſicut ſimiliter vnicuique extraneo conferre non poteſt, vt addidi ad *cap. præterea 4. ſupra hoc tit.* non vero prohibere in eadem Eccleſia patronata filium patroni per patrem præſentari Prælato, qui eidem inſtitutionem exhibere tenetur, idque manifeſte colligitur ex verbis huius tex. ibi, propria auctoritate detineantur, & ibi, concedant, quæ quidem verba bene in collatione, minime vero in præſentatione verificantur.

CAP. DE IVRE. XVI. *n. 2.* ibi, vt per, Abb. *n. 2.* & alios ſcribentes *in præſenti, & in cap. præterea il 1. de tranſact.* vbi addidi, Roch. *in tract. huius tit. verbo vtile q. 3. à n. 8.* Lambertin. *eod. tract. lib. 2. p. 2. q. 1. art. 12. n. 17.*

Ibid. *eod. n. 2. in fine.* Ratio autem quare Iuſpatronatus nullo modo pretio vendi poſſit ea eſt, quia cum illud ſpiritualibus annexum ſit pretij æſtimationem non recipit, prout in effectu reſoluunt D. Thom. *2. 2. q. 100. art. 4. & in 4. ſent. diſt. 25. q. 15.* Sylu. *verbo Simonia q.* 12. Nau. *In man. c. 23. n.* 180. Lambert. *d. n.* 17. Sot. *de Iuſtit. lib. 9. q. 7. art. 1.* Non obſtat *cap. ex litteris ſup. hoc tit.* iuncta *reg. cum quid prohibetur lib. 6.* quia hæc reg. procedit quando illud, quod prohibetur, idem, licet alio modo, factum eſt, quod non contingit in ſpecie *cap. ex litteris*, in quo licet res temporalis principalis vendatur, Ius tamen patronatus nequaquam venditur, neque ſuper illo fit aliqua conuentio, ſed ſolum fit ſuper re mere temporali, licet illa tranſlata tran-

ſeat Iuſpatronatus propter inſeparabilem coniunctionem ipſius tei, quæ venditur.

Ibid. poſt *n. 5.* In ead. gloſ. ibi (*ipſo iure.*) Aperte vult gloſ. venditionem Iuriſpatronatus ipſo iure nón valere, ſequuntur Roch. *verbo ipſe vel is, q. 25. num. 51.* Lambertin. *lib. 1. p. 2. q. 5. art. 1. num. 4.* Non obſtant verba huius tex. ibi, irritum decernimus, quæ verba hominis miniſterium ſignificare videntur, requirentia ſcilicet contractum eſſe potius annullandum, quàm ſit nullus ipſo iure, quia reſpondetur miniſterium hominis hic non requiri, vt contractus de nouo annulletur, ſed vt nullus, nulliterque geſtus, & de facto proceſſiſſe declaretur, quod quidem eſt obſeruandum in reliquis contractibus, qui nullitatem ipſo iure incurſam in ſe continent, prout in ſpecie declarant Bart. *in l. eleganter num. 7. ff. de dolo, & in l. ſi id quod ff. de verbor. oblig.* Padil. *in l. 2. num. 5. C. de reſcind. vend.*

CAP. NVLLVS. XVII. *n. 2.* ibi, vt per, Lambertin. *lib. 1. p. 1. q. 2. art. 17. & p. 2. q. 1. art. 20. à princip.* Palat. *in repet. rub. de donationib. inter virum & vxor. §. 22. à num.* 4. Rebuff. *in praxi benefic. tit. de præſent. n. 9.*

Ibid. eod. *num. 2. in fine.* Sed dubium facit quòd etiamſi Decretalis hæc miſſa eſſet illi Epiſcopo Adonen. qui non recognoſcebat Superiorem, nihilominus tamen cum Greg. IX. in hoc volumine hanc deciſionem potuiſſet non reſpectu Epiſcopi particularis, ſed reſpectu omnium Epiſcoporum, veluti legem vniuerſalem conſtituere cenſetur, & ideo forſan melius tentari poteſt *tex. in præſenti* procedere caſu, quo ſolùm agitur de ſupplendo conſenſu Epiſcopi ſine cauſa legitima illum recuſantis in conceſſionibus de quibus agit per laicos faciendis, quæ prædictum conſenſum attento Iure per modum auctoritatis requirunt, itaut per illum forma inducatur, ita in ſpecie intendit Palat. *in d. rub. §. 22. num,* 3. Pro quo intellectu facit quòd conſenſus, qui ſupplendus eſt, dupliciter conſiderari poteſt, vel enim requiritur per modum auctoritatis ad ſolemnizandum actum, itaut formam illius conſtituat, vel rurſus ſolum ad maiorem deliberationem, ſeu ad colligendam voluntatem ipſius Epiſcopi, meminit huius diuiſionis Dec. *in cap. auaritia n. 13. de præbend.* inter vtrumque modum illud eſt diſcrimen, quod in priori caſu non Archiepiſcopus, ſed ſolum Romanus Pont. requiſitum conſenſum ſupplere poteſt, probatur ratione, etenim cum talis conſenſus ſic conſideratus ad actus validitatem requiſitus cenſeatur, & vti talis præciſe in ſpecifica forma debeat exhiberi ex tex. *in l. obligari §. tutor ff. de auctorit. tutor. & in cap. pen. iuncta gloſ. verbo mandantibus, de re iudic. lib. 6.* rectè fit vt talis conſenſus quantumcumque ſine cauſa ab Epiſcopo denegatus, per Archiepiſcopum minime ſuppleri poſſit, ſed recurrendum eſt ad Summum Pont. qui omnes Iuris defectus ſupplere poteſt ex reg. tex. *in cap. propoſuit, de conceſſ. præbendæ,* & in hoc priori caſu loquitur, & procedit *hic tex.* non tamen ſic dicendum in poſteriori, in quo per Archiepiſcopum aliquando conſenſus ſuppletur, prout in multis caſibus, quos refert Lambertin. *d. art.* 20. *num. 6.* aliquando item conſenſus habetur pro obtento, prout reſoluit Coſt. *in l. cum tale §. ſi arbitratu ampl. vlt. num. 6.* Qui quidem intellectus manifeſte colligitur ex verbis huius tex. *in fine,* ibi, & quod offerendum eſt tunc eius licentia offeratur, quæ verba apertè denotant tex. agere ſolummodo reſpectu habendi licentiam, quæ ab Epiſcopo iniuſte denegata à Romano Pont. eſt obtinenda, non vero agit reſpectu compulſionis, de qua in præſenti nulla fit mentio, & ideo regulanda eſt ſecundum alias deciſiones, quæ dicunt negligentias, vel culpas Epiſcoporum per ſuos immediatè ſuperiores regulariter poſſe coerceri, reſoluunt DD. communiter per tex. ibi, *in cap. paſtoralis,* vbi Felin. *num. 6. de officio Ordin.*

Ibid. *num. 4. in med.* ibi, conſentiendum, de quo etiam nouiſſimè Ioan. Anton. Maſſobr. *in ſua praxi habendi concurſum prælud. 7. dub. 7. ſecundum Roman. impreſſ.* vbi cum Lambertin. *lib. 1. p. 2. q. 1. art. 16.* reſoluit diœceſanum vbi nollit conſentire reſeruationi Iuriſpatronatus poſſe compelli per Superiorem, immo poſſe ipſummet Superiorem conſentire ſi diœceſanus renuat ſine cauſa, *& dub.* 8. pariter reſoluit diœceſanum poſſe compelli ad conſentiendum fundationi in qua apponitur conditio contra Ius commune, qui quidem reducendá ſunt ad terminos ſupradictæ diſtinctionis.

CAP. SIGNIFICASTI. XVIII. poſt *num. 1.* In tex. ibi (*pro Eccleſÿs ſibi commiſſis.*) Collige ex tex. conceſſionem Iuriſpatronatus factа Epiſcopo non ipſius perſonæ, ſed Eccleſiæ contemplatione factam cenſeri, ita Innoc. *n. 2.* Abb. & alij *in præſenti,* idem Abb. *n. 2. & 4.* & alij præſertim Cou. *num. 1.* per tex. ibi *in cap. requiſiſti, de teſtam.* Lambertin. *lib. 1. p. 2. q. 1. art. 13 n. 3. & 4.* Menoch. *de arbitr. q. 68. à n. 21.* Intellige vt procedat quando donatio Iuriſpatronatus facta eſt Epiſcopo ſub nomine appellatiuo, etenim cum non data aliqua coniectura per quam indicatur conceſſio perſonalis, quæ fit Epiſcopo, non eidem perſonæ, ſed Eccleſiæ ſuæ facta cenſeatur, & donatio Iuriſpatronatus facta ſub nomine appellatiuo, niſi aliud appareat, realis ſit, vt probet *d. c. requiſiſti,* recte fit vt talis donatio facta Epiſcopo ſub nomine appellatiuo non perſonæ, ſed Eccleſiæ ſuæ facta eſſe dicatur, vt tex. habet; pro quo intellectu expendi poteſt verbum illud, Epiſcopi, de quo in tex. quod quidem non proprium eſt, ſed appellatiuum ex ſua natura aptum ad comprehendendum quoſcunque in illa dignitate poſitos tàm præſentes, quàm futuros, *gloſ. magna,* & Abb. *notab. 3. in c. quoniam Abbas, de officio deleg.* niſi ex materia ſubiecta aliud deprehendatur, prout in tex. ſic intelligẽdo *in cap. aduerſus, de immun. Eccleſ.* propter excommunicationem de qua agit, vel ex intentione concedentis, per tex. pariter ſic intelligendum *in l. ſi quid earum 45. §. vlt. in fine ff. de legat.* 3. Faciunt ſecundò pro eodem intellectu alia verba huius tex. ibi, poſt promotionem ſuam, quæ quidem verba non erãt neceſſaria ſi perſonalis eſſet conceſſio de qua *in hoc tex.* eo quòd ante promotionem fieri poterat. Tertiò expendi poſſunt alia verba ibi, pro Eccleſiÿs ſibi commiſſis, quæ quidem denotant conceſſionẽ iuriſpatronatus de qua ibi fuiſſe realẽ.

Non

Digitized by Google

Nō obſtat tex. *in l. quod Principi 56. ff. de legatis 2.* quem expendunt Cou. *vbi ſup. à n. 4. & pract. c. 11. verſ. poſtremo* Xuar. *alleg. 50. num. 3.* quia reſpondetur quod licet verum ſit textum illum ius ſingulare conſtituere, & ſpecialiter procedere in Principe, vt ſignificant eius verba, ex conſtitutione D. Antonini, nihilominus tamen Ius illud ſingulare, quod conſtituit in eo verificatur quòd Legatum indiſtinctè cenſeatur relictum contemplatione dignitatis, ſiue appellatiuo, ſiue proprio nomine relinquatur, & reſpectu iſtius nominis proprij fuit inducta prædicta conſtitutio, prout colligitur ex mente communi ibidem, & ſi replicatur de verbo, illi Principi, in text. poſito, quod quidem dignitatis nomen importat, ſatisfit ſi dicas Iuriſconſ. ibidem non referre verba illa, quibus teſtator legans vius eſt, ſed vim, & effectum legati, quod licet proprio nomine Principis relinquatur, ex ſingulari D. Antonini conſtitutione cenſetur relictum contemplatione dignitatis ad effectum vt ſucceſſori debeatur.

Ibid. poſt *n. 3* In tex. ibi (*præſentauerint*) Colligе ex tex. Epiſcopum acquirentem Iuſpatronatus poſſe, & debere in Eccleſia vacante præſentare, idem probat tex. *in cap. ſi quis Epiſcoporum 16. q. 5. & in cap. vlt. inf. hoc tit.* tradunt *gloſ. verbo præſentauerint*, Abb. *n. 3.* & alij *in præſenti*, Lambertin. *lib. 2. p. 1. q. 1. art. 7.* Intellige procedere quando conceſſio facta eſt de iurepatronatus exiſtente in alio territorio, prout in ſpecie tradũt Abb. Anan. *in princip.* & alij *in præſenti*, vel licet in eodem ſit territorio alius tamen proponitur inferior Prælatus ad quem pertinet inſtitutio, pro quo intellectu vrgenter faciunt finalia verba huius tex. ibi, ſunt admittendæ perſonæ, quæ verba neceſſariò conuincunt in hoc tex. non tractari de receptione facienda per ipſum Epiſcopum præſentantem, ſed de alia facienda per illum Epiſcopum, qui factam præſentationem recuſare poteſt, quod idem dicendum eſt ſi alij compatroni in eodem Iurepatronatus reperiantur cum eo caſu ſupradicta ratio locum habeat.

CAP. CONSVLTATIONIBVS, XIX. *n. 2.* ibi, *n. 6.* Intellige quando à lege pro tali habetur, prout contingit in ſententia, quæ in rem iudicatam tranſiuit, quam conſtat à lege haberi pro veritate, vt docet Iuriſconſ. in *l. res iudicata 207. ff. de regulis Iuris*, non vero procedere quando non à lege, ſed ab hominibus pro tali reputatur, prout habet tex. *in præſenti*, ex quo in hoc ſenſu iam apertè colligitur non valere præſentationem factam ab illo, qui tantum credebatur patronus, ita in ſpecie *gloſ. vlt.* Innoc. *in finalibus verbis*, Butr. *n. 4.* Abb. *n. 3.* & alij *in præſenti*, tradunt Roch. *in tract. huius tit. verbo competens q. 21. n. 43.* Lambertin. *cod. tit. lib. 2. p. 1. q. 3. art. 9. n. 4.* Padil. *in l. 1. n. 46. C. de ſeruitutib.* Ratio eſt quia fundamentum præſentationis conſiſtit in poſſeſſione Iuris præſentandi, quæ quidem poſſeſſio tanquam conditio requiritur ad validitatem ipſius, vt colligitur ex verbis huius tex. ibi, ſi tempore præſentationis poſſidebat, iuncto tex. *in l. ſi mihi & Titio, ff. quando dies legati cedat*, tex. melior *in l. eas cauſas 79. ff. de condit.* ac ſubinde ſi præſentans non poſſidet conditio deficere cenſetur, qua deficiente, veluti deficiente eſſentiali fundamento, deficit validitas præſentationis arg. tex. *in l. 3. verſ. aut enim, ff. de bonis libert.*

Non obſtat reg. tex. *in l. Barbarius ff. de officio Prætoris*, quia communis ſententia reſpondet conſtituendum eſſe diſcrimen inter geſta ratione publici officij, & inter illa, quæ geruntur priuata ratione, ſeu auctoritate, itaut in priori caſu propter communem errorem ſuſtineantur, minimè vero in poſteriori, in quo deficit publica vtilitas, propter quam ex quadam æquitate conſtitutum eſt vt valeant geſta per illum, qui aliàs non habet poteſtatem; ita in ſpecie tradit Innoc. *num. 4. in fine in cap. cum dilectus, de conſuetud.* refert & ſequitur alios Felin. *in cap. ad probandum, de re iudic.* communis ex Vant. *de nullitat. tit. quomodo nullitas reparetur n. 55.* Roland. *conſ. 46. n. 35. lib. 1.* expendentes tex. *in l. 2. C. de ſentent. & interloc.* Vnde cum præſentatio non ex publico officio, ſed priuata ratione, & auctoritate patroni procedat, nil mirum ſi deciſio illius tex. in eadem limitetur. Sed licet hæc reſponſio defendi poſſit, nobis tamen non arridet, prout iam de illa dubitauit Iaſ. *in d. l. Barbarius n. 67.* ſiquidem eadem vtilitas publica datur in ſuſtinendis actibus priuatis communi errore celebratis, ac in illis, qui ratione publicæ poteſtatis fiunt, aliàs enim maximum humani comertij detrimentum daretur, cum homines propter timorem nullitatis nollent contrahere, vel ſimiles actus priuatos facere, quod quidem inconueniens neceſſariò dicendum eſt leges auferre voluiſſe, eo quòd non ad præteritos actus, ſed ad futuros ſuſtinendos latæ ſunt iuxta tex. *in cap. vlt. de conſtit.* inſuper tex. *in l. 1. C. de teſtament. & in l. 3. ff. ad Macedon.* apertè agunt de actibus priuatis, qui propter communem errorem, & exiſtimationem ſuſtinentur. Vnde verior videtur ſententia regulam de qua ſupra etiam in actibus priuatis procedere, dummodo ſcientia impedimenti ex parte aduerſa non detur, ſic procedit tex. *in d. cap. dilectus, de conſuetud.* ibi, & de ſuſpenſo, & in *cap. innotuit 20.* ibi, qui ſponte ac humiliter, *de elect.* nec aliquod teſtis præiuditium conſiderabile reſultet quoniam communis exiſtimatio huiuſmodi actus non confirmat in præiuditium alienius tertij conſiderabile iuxta reg. tex. *in l. id quod noſtrum ff. de regulis Iuris*; iuxta quam reſolutionem difficultas de qua ſupra facile tollitur ſi dicas præſentationem licet non ſit actus geſtus ratione officij publici, de quo loquitur tex. *in d. l. Barbarius*, ex illius tamen ſuſtentatione reſultate graue veri patroni præiuditium, quod quidem licet non detur in defectum præſentationis ab illo facienda, apparet tamen maximum in eo, quod ſuſtentata prædicta præſentatione de qua agitur, præſentans, qui tantum credebatur, iam per illum actum remanet verus poſſeſſor iuris præſentandi.

Ibid. *num. 5.* poſt princip. ibi, de quo vide, *gloſ. 1.* Innoc. & Butr. *num. 1.* Ancharan. *num. 1. & 5.* & alii *in præſenti*, Roch. *verbo competens, q. 14. n. 28. & quæſt. 22. num. 44.* Rip. *in cap. cum*

Eccleſia num. 130. *de cauſa poſſeſſ.* Lambertin. *lib.* 1. *par.* 1 *q.* 3. *art.* 1. *à num.* 1.

Ibid. eod. *num.* 5. *in fine*, Intellige ſupradictam concluſionem, quæ habet præſentationem ſactam à poſſeſſore tantum Iuriſpatronatus validam eſſe, vt procedat in quaſi poſſeſſore bonæ fidei, nam cum ſtante præſentatione valida, & ſequuta inſtitutione præſentatus non ſit remouendus, & præſentatio facta per quaſi poſſeſſorẽ bonæ fidei valeat, eſt enim fructus iuris præſentandi, qualem bonæ fidei poſſeſſor percipere poteſt, vt probat tex. *in l. bona fidei ff. de acquiren. rerum domin.* quia interim dũ contrarium non conſtat talis poſſeſſor ipſius rei dominus à lege præſumitur *l. vlt. C. de rei vendic.* non ſic dicendum in poſſeſſore malæ fidei, *l. ſi fundum C. de rei vendic. l. ſi nauis ff. illo tit. l. qui ſcit ff. de vſur.* recte fit vt tex. procedat in quaſi poſſeſſore bonæ fidei iuris præſentandi, Sic ſanè ſi aliquis incontinẽti probare vellit ſe eſſe verum patronũ adhuc præſentatus à poſſeſſore bonæ fidei renouandus nõ eſt, vt tradit Felin. *in tract. quando littera Apoſt. limit.* 9. Sic ſimiliter præualet præſentatus ab illo, qui vltimo loco antea præſentauit, etiamſi alius probet ſe eſſe verum patronum, & excepta illa vltima pręſentatione ſemper præſentaſſe, prout in ſpecie tradunt Abb. *in cap.* 2. *de relig. domib.* Lambertin. *lib.* 2. *par.* 1. *q.* 3. *art.* 1. teſtatur communem, & receptam ſententiam Rip. *in d. cap. cum Eccleſia num.* 52. *de cauſa poſſeſſ.* Couar. *in reg. poſſeſſor par.* 2. *in princip. num.* 6.

Non obſtat *cap. cum olim, de cauſa poſſeſſ.* quia reſpondetur cauſam Epiſcopi conferentis de qua ibi, Iuris præſumptione fuiſſe deſtitutam, ſiquidem attento Iure communi collatio dignitatum non ad ſolum Epiſcopum, prout ipſe inibi intendebat, ſed inſimul ad Canonicos ſpectat, iuxta tex. *in cap. nouit, de ijs, quæ fiunt à Prælatis*, communis vt per Abb. per tex. ibi, *in cap. cum Eccleſia Vulterana nu.* 9. *de elect.* Selu. *de benefic. par.* 2. *q.* 22. *num.* 11. Ac ſubinde cum Epiſcopus de quo ibi haberet cauſam ſic odioſam, & à Iure communi exorbitantem oportuit in illo tex. oſtendere non nudam poſſeſſionem prout in noſtro tex. ſufficit, ſed corroboratam debitis circumſtantijs ad validitatem collationis per ipſum factæ, prout ille tex. requirit, ne aliàs mala fides præſumeretur iuxta *reg. qui contra* 82. *lib.* 6. Nec etiam obſtat *tex. in cap. ea noſcitur, 6. de his, quæ fiunt à Prælatis*, ſatisfit enim ſi dicas in illo tex. requiri conſuetudinem antiquam non quidem ad validitatem præſentationis factæ per Abbatem ius præſentandi poſſidentem, ſed vt ius præſentandi eidem legitime competeret excluſo Capitulo Monaſterij de quo ibi, ne ad iudicium proprietatis circa idem Iuſpatronatus amplius admitteretur, prout etiam requiritur *in cap. querelam, de elect.* vt in ſpecie aduertit Rip. *in rub. de iudic. num.* 64. vt autem ſemel facta præſentatio teneat in illis Iuribus ſatis ſufficiebat poſſeſſio cum bona fide iuxta ſupra reſoluta. Vel ruríus dicendum eſt propterea ibi non valere præſentationem quia attento Iure non præſumebatur facta cum bona fide propter reſiſtentiam Iuris communis dicentis negotia Monaſterij cum conſilio, & aſſenſu monachorum eſſe tractanda iuxta tex. *in cap.* 2. *de his, quæ fiunt à Prælat.* reſoluunt Mench. *de ſucceſſ. reſol.* § 6. Sarmen. *de redditib. par.* 1. *cap.* 3. ac proinde dum prædicta præſentatio alio adminiculo non iuuatur valere non poterat niſi ex antiqua conſuetudine, vel priuilegio Abbas ſolus id haberet, ad quod alludunt verba textus ibi, ſine quo non obtinet firmitatem. Nec denique refragatur tex. *in l. fructus* 55. *ff. de vſuris*, vbi videtur probari bonæ fidei poſſeſſorem cum effectu non poſſe percipere fructus naturales, ſiquidem reſpondetur præſentationem de qua agimus non eſſe fructum naturalem iuris præſentandi, ſed reduci ad fructum induſtrialem, eo quòd cum idoneus debeat præſentari omnis induſtria in præſentando requiritur, aduertit in ſpecie Butr. *num.* 8 Innoc. *num.* 1. & alij *in præſenti*, Lambertin. *lib.* 2. *par.* 1. *q.* 3. *art.* 1. *nu.* 5.

CAP. NOBIS. XXV. *num.* 2. *prope finem*, ibi, Sede vacante, de quo vide nouiſſime Ioan. Ant. Maſſobr. *in ſua praxi habendi concurſum prælud.* 7. *dub.* 6. vbi *dub.* 7. quod diœceſanus poteſt compelli per ſuperiorem ſi nollit conſentire reſeruationi Iuriſpatronatus, immo quod poteſt ipſe ſuperior conſentire, ſi diœceſanus renuat ſine cauſa.

Ibid. *num.* 4. *in fine*, ibi, præſtare, & illud quòd Iuſpatronatus amittitur per erectionem in Collegiatam, intelligendum eſt vt locum habeat quando patronus patitur Eccleſiam erigi in Collegiatam ſine aliqua reſeruatione, ſiue Iuris, vt per *gloſſ. hic verbo capella*, ſecus ſi fiat huiuſmodi erectio ignorante, vel aliàs contradicente ipſo patrono, quod tamen fieri nequit ad tradita per Henr. Boic. & Abb. *in præſenti*, & Lambertin. *l.* 3. *quæſt.* 6. *art.* 1. *num.* 2. & 19. prout eos refert nouiſſime Ioan. Ant. Maſſobr. *in d. ſua praxi præl.* 7. *dub.* 5. *num.* 5. *ſecundum Roman. impreſ.*

Ibid. *num* 5. *in fine*, adde nouiſſime Ioann. Anton. Maſſobr. *in d. praxi prælud.* 2. *ſecundum Romanam impreſ.* Quę quidem ſigna tria ſunt. Primum ſi conſtituatur ſyndicus, quod ſatis aperte innuit tex. *in l.* 1. § *quibus autem ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom.* in quo ſyndicus eſt, qui ex corpore collegij eligitur præter Procuratorem, & Aduocatum, & ibi aduertit Gottifred. *in verbo ſyndicum*, & Cuiac. *in paratitl. C. de conſort. eiuſd. lit.* quicquid dicat *gloſſ. in d.* § *quibus autem*. Secundum eſt ſi habeatur ſigillum ipſius Collegij, quod aperte ſentit Rot. apud Achil. *deciſ.* 10 *num.* 2. *de præbend.* eſt enim expreſſiuum certi corporis tanquam vniuerſitatis, vt colligitur ex traditis per Oldrad. *conſ.* 100. *num.* 6. Tertium denique eſt ius eligendi Prælatum, quod conſortium idem ſignificat *cap.* 1. *de elect.* Abb. *in cap. nobis num.* 8. *ad fin. hoc tit.* Lambertin. *lib.* 2. *par.* 1. *quæſt.* 5. *princ. ſub num.* 4. Achil. *vbi ſupra num.* 3. Maſcard. *de probat. concl.* 385. *ſub num.* 10. *verſ. item quod*. Præterea quod Eccleſia ſit Collegiata ſolum efficit priuilegium Apoſtolicum, cum aliàs non poſſit erigi Collegium perſonarum Eccleſiaſticarum, Bart. in *l. vlt. num.* 6. *de colleg. illic.* Alder. Maſcard. *de gener. ſtatut. interpretatione concl.* 1. *num.* 172. Ideo ex ſtatu præſentaneo ſecundum ſigna de quibus ſupra, & ex communi reputa-

putatione Decian. *conſ.6. num. 3. & 9. lib.2.* Rot. *decif. 315. num. 3. par. 2. recent.*

In tex. ibi [*patroni poſtulatur aſſenſus*] Collige ex tex. in electione Prælati Eccleſiæ Conuentualis poſtulandū eſſe patroni cōſenſum, ita *gloſ. verbo honeſtius Abb. n. 8.* Zabarel. & alij *in præſenti*, idē Abb. *n. 2. in c. cum terra, de elect.* Rocch. in *tract. huius tit. verbo in Eccleſia q. 2. n. 2. & q. 3. n. 8.* Paul. de Citad. *p. 3. q. 32. n. 41.* Lamber. *lib. 2. p. 1. q. 5. art. 1. à n. 9. & art. 2. à princ.* Intellige ſecundū ſupra cit. vt procedat in poſtulatione conſenſus ad effectum vt patronus electionem approbet, & laudet, manente ipſius validitate quantuncumque illam recuſauerit, nam cum huiuſmodi conſenſus tātummodo in obſequiū, & remunerationem beneficij accepti poſtuletur, & tale obſequium, ſeu remuneratio non dicat prædictum conſenſum præciſe eſſe obtinendum, recte fit, vt talis conſenſus ita requiratur vt velit, nolitué, validitas electionis permaneat, prout explicant Abb. *in cap. Sacroſancta num. 6. de elect.* Paul. de Cittad. *d. num.* 41. Roch. *d. quaſt. 2. num. 2.* pro quo intellectu facit verbum illud, honeſtius, de quo in hoc tex. quod quidem ſupponit honeſtè fieri ſi patroni conſenſus non requiratur, prout in ſimili probat text. *in c. commiſſum 16. de ſponſalib.* ibi, tutius, &c. iuncta communi interpretatione de qua ibi. Nec huic intellectui refragatur tex. in *c. Abbatē ſl 2. 18. q.* 2. ſiquidem omiſſis multis declarationibus, de quibus DD. ſatisfit ſi dicas tex. illum ſolum euincere habendam eſſe rationem ipſius patroni, & certiorem eſſe faciendum de electione Prælati in monaſterio, cuius patronus exiſtit, nō vero conſtituere conſenſum patroni præciſe eſſe requirendū, vt aliquid impediat, vel officiat electioni iam factæ, prout voluit *gloſ. 1. in c principali 63. diſt.* Abb. *hic in finalibus verbis.* Vnde iam colliges non videri veram ſentētiam *gloſſ. verbo honeſtius, in præſenti* dum videtur velle de neceſſitate præciſa fore poſtulandum aſſenſum patroni, itaut ſinè illo non confirmetur electio, idem dicit apertius *gloſſ. verbo Princeps in c. de hoc, de ſimon.* ſequitur Hoſt. relatus à Zabar. *in præſenti q. 3.* aduertere namque debuiſſent ſolum poſtulari conſenſum in obſequiū, & reuerentiam patroni ad illum tantum effectum, vt coram diœceſano, ſi aliqua ſciat, opponat, quæ de Iure debeant impedire confirmationem, prout reſoluunt ſupra citati, aliàs data confirmatione ſine requiſito conſenſu, vel illo non dato permanet ipſa in ſua firmitate, vt aduertit Lambertin. *lib. 2. par. 1. q. 5. art. 2. num. 9.*

Limita ſupradictam concl. quæ habet in electione Prælati Eccleſię Conuentualis poſtulandum eſſe patroni conſenſum, explicatam vt ſupra, non procedere data conditione in contrarium in eadem Eccleſia Conuentuali appoſita de conſenſu Epiſcopi in fundatione, conſtructione, vel dotatione ipſius, ſiquidem illa prædicto modo apponi poteſt per quā Patronus in eadem Eccleſia Conuentuali Pręlatum præſentare poſſit, aduertit in ſpecie Paul. de Cittad. *d. loco*, Roch. *d. q. 2. n. 3.* Lambert. *lib. 2. p. 1. q. 5. ar. 1. n. 13.* Deinde limita non procedere reſpectu præbēdarum, capellarum, ſeu aliorum beneficiorum, quæ extiterunt in eadem Eccleſia Conuentuali, in his enim non datur inconueniens quominus patronus præſentare poſſit, & ita probat tex. *in verſ. ſecus tamen*, Concil. Trid. *ſeſſ. 25. de reformat. cap. 9. verſ. reliqua*, notat Abb. *nu. 6. in fine*, & alij *in præſenti*, idem Abb. *in cap. ſuggeſtum num. 3. ſupra eodem & in cap. fin. de conceſſ. præben.* Roch. *d. q. 2. nu. 3.* Paul. de Cittad. *vbi ſupra*, communis ex Imol. in *dicto c. fin.* Lambert. qui plures refert, *d. q. 5. ar. 3.*

Ibid. *num. 6. in princip.* ibi, ſeruatur, Collige ex tex. deberi patrono honorem proceſſionis, ita *gloſſ. verbo modeſte*, Butr. *num. 2.* Abb. *nu. 5.* Anan. *num. 9.* & alij *in præſenti.* Innocen. *num. 3.* vbi Abb. *num. 4. in rub. ſup. hoc tit.* Roch. *verbo honorificum quaſt. 63. num. 98.* late Lambertin. *lib. 3. quaſt. 1. art. 1. à princip.* Intellige in honore continuo proceſſionis reſpectu vltimi loci illius, in quo patronus retro præcedere debet iuxta Prælatum in ſolemni proceſſione, ſi in illa prouincia maior honor ſit ſequi, quàm præcedere, prout in ſpecie reſoluunt Angel. *in ſum. verbo Iuspatronatus*, Paul. *de Cittadin. par. 6. q. 1.*

Ibid. *num. 7. in princip.* ibi, egeſtate, idem probat tex. *in cap. quicumque il ſecundo 16. q. 7.* ibi, ſuffragium vitæ, &c. tradunt *gloſſ. verbo modeſte*, Butr. *num. 22.* Abb. *num. 6.* Anan. *nu. 9. in præſenti*, Roch. *verbo vtile quaſt. 1. num. 1.* Lambertin. dicens eſſe omnium Doctorum ſententiam, *lib. 3. q. 3. ar. 1.* Gig. *de penſionib. q. 23. num. 1.* Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 24. num. 21.* & alij.

Ibid. eod. *n. 7.* poſt princip. ibi, *ſub n. 22.* Declara tamen non eſſe neceſſarium quòd patronus in ſumma egeſtate poſitus ſit, ſed ſufficere quòd iam iam ad paupertatem deueniat, itant verum ſit dicere, quod iam ſecundum qualitatem ſuæ perſonæ ſuſtentari non poteſt ex ſuis bonis, vel aliunde, putà ex aliquo opere ſuo, quod licitè & honeſte exercere poſſit attēta qualitate ſuæ perſonæ propter tex. in *l. ſi quis à liberis §. ſed ſi filius ff. de liberis agnoſc.* patet ſi expendas id importare venire ad inopiam, vt probat tex. *in cap. 1. §. ſane, de ſtatu monach. lib. 6* iuncta deciſione tex. *in l. Nepos Proculo 125. in fine, verſ. poteſt ff. de verbor. ſignificat.* & ita in ſpecie Lambertin. *lib. 3. q. 3. art. 3. num. 6.* quicquid *gloſſ. verbo ad inopiam in cap. quicumque 16 q. 7.* contrarium velit exiſtimans oportere in ſummam egeſtatem eſſe deductum patronum; contra quam vltra prædictam rationem vrget tex. *in præſenti*, ibi, ad inopiam vergat, & in *d. cap. quicumque*, ibi, redacti fuerint ad inopiam, quæ quidem verba non requirunt niſi tantum illum caſum in quo iam ex his bonis commode, vel aliunde ſuſtentari nequeat, vt eleganter probat Iuriſconſ. *in l. ſi. conſtante 24. in princip. ff. ſoluto matrim.* vbi agens de illo, qui vergit ad inopiam ad effectum vt repetitio dotis contra illum intentetur, dicit talem eſſe qualem conſtat iam aliquid minus habere ex illis bonis, quibus antea dos poterat præſtari; patet ibi, ex quo euidentiſſime apparuerit mari facultates ad dotis exactionem non ſufficere, prout tradit in ſpecie Nouell. *de dote par. 6. quaſt. 70.* Campeg. *eod. tract. par. 3. quaſt. 19.* Palae. *in repet. cap. per veſtras, de donation. inter virum §. 17. & 18.* Anton. Gom. *l. 50. Tauri num. 33.*

Ibid. *n. 11. in fine.* ſentit *gloſ. verbo ad inopiam in cap. quicunque 16. q. 7.* dum dicit magis prouiden dum eſſe illi, qui fuit diues, quàm illi, qui ſemper ſuſtinuit aliquam paupertatem, reſoluunt Roch. *verbo vtile q. 1 n.* 2. Lambert. *d. q. 3. art. 11. & art. 6. in princip. & num. 13. & à n. 15.* quærit an alimenta debeant eſſe in quantitate, quæ nutriant vxorem, filios, & ſeruos domeſticos, qui qualitati patroni cõueniant. Quorum alimentorum nomine non tantum eſus, & potus, ſed etiam veſtiarium, quinimo & habitatio veniunt, & patrono tribuenda ſunt iuxta tex. *in l. legatis ff. de aliment. & cibar. leg. & in l. verbo victus 43. ff. de verb. ſign.* tradunt Palat. *in rub. de donation. inter virum & vxor. §. 11. nu. 3.* Cou. de *ſponſal. p. 2. c. 3. §. 1. n. 9.* D. Barboſ. *in l. qua dotis à n. 64. ff. ſoluto matrim.* & inſuper alia præſtan da ſunt de quibus Lambertin. *d. q. 3. art. 9. à princ.*

In ead. gloſ. ibi (*onus*) Videtur gloſ. ſentire ad patronum pertinere ſolicitudinem, & ſolertiam circa Eccleſiæ patronatæ, & ipſius rerum defenſionem, id enim importat onus, idem probant tex. *in cap. filijs 16. q. 7. & in cap. conſtitutum 16 quaſt. 1.* Roch. *verbo oneroſum q. 1. & ſeq.* Lambertin. *lib. 3. qu. 2. art. 1.* Ex quibus colliges poſſe patronum obligare beneficiarium vt ſaltem in genere ſibi reddat rationem circa adminiſtrationem redditũum Eccleſiæ patronatæ, vt dixi *in addit. ad cap. ex litteris ſup. hoc tit. prope fin.* Colliges etiam cuſtodiam Eccleſiæ vacantis ad patronum pertinere, vt probat text. opt. *in cap. cum vos, de officio Ordin.* vbi Abb. & communiter DD. poſt multos Lambertin. *d. loco art. 6.*

CAP. PER NOSTRAS. XXVI. *nu.* 2. ibi, vt per, *gloſ. verbo præſentare*, Innoc. Butr. Abb. *in princip.* Anan. *num.* 1. & alij *in præſenti*, DD. *in cap. fin. de inſtitut.* Paul. de Cittadin. *p. 6. q. 48. art. 3. à num. 89.* Lambertin. *lib. 2. p. 1. q. 8. art. 1. n. 6.* Mantu. *dialogo 34.*

Ibid. eod. *num.* 2. *in fine.* Ratio eſt quia in præſentatione patroni de ſe ipſo facta vitium ambitionis reperiri cenſetur, nam cum non ſolũ prohibeantur illa, quæ per ſe mala ſunt, verum etiam illa, quæ ſpeciem mali repræſentant, & præſentatio de ſe facta propter prædictum vitium in illo præſumptum mali ſpeciem habere cenſeatur, arg. tex. *in cap. quia in tantum, et in cap. cum iam dudum, de prebend.* merito tex. dicit patronum ſe ipſum ad Eccleſiam patronatam vacantem non poſſe præſentare, pro qua ratione, ſeu potius declaratione faciunt verba huius tex. ibi, cum igitur nullus ſe ingerere debeat, &c. quæ quidem verba importãt affectare, & ambire, iuxta tex. *in l. ſi quemquam, C. de Epiſcopis, & Clericis*, In qua ratione naturali ſuaſoriam tamen dat hic tex. ad conſtituendam talem prohibitionem, quemadmodum multoties Pontifices aliàs ſimilibus rationibus naturalibus ſolent ſuas deciſiones probabiliter confirmare, vt videre eſt *in cap. quoniam, de Officio ordin. & in cap. eli omnes, de conſtitut.* Amplia procedere etiam in inſtitutione, itaut Epiſcopus ſimiliter ſe ipſum inſtituere non poſſit, prout dixi *in addit. ad cap. vlt. de inſtitut.* Limita quando patronus præſentat filium ſuum ad Eccleſiam vacantem, de quo dixi in addit. *ad cap. quia clerici in gloſ. ſup. hoc tit.*

Ibid. poſt *num.* 4. In tex. ibi (*Eccleſiaſtica Prælationis officijs.*) Dum hic tex. ſe reſtringit ad Prælaturam iam probare videtur ad beneficium ſimplex ſe patronum præſentare poſſe, & ita hanc ſententiam probat Lambertin. *lib. 2. p. 1. q. 8. artic. 2. à num. 6.* Sed contrariam ſenrentiam tenuit Ioan. Andr. & communis in præſenti, pro qua facit quia tex. in præſenti agit de perſonatu ad quem dicit patronum ſe ipſum non poſſe præſentare, & tamen conſtat perſonatum eſſe beneficium ſimplex, probat tex. *in cap. ſuper eo 6. de prebend. lib. 6.* facit rurſus quia ratio in qua tex. iſte fundatur, & in eadem deciſione exprimitur etiam in ſimplicibus beneficijs reperitur, fatetur Concil. Triden. *ſeſſ. 24. de reformat c. 17.* ibi, improba cupiditatis affectu, & ibi, vnum tantum beneficium, &c. ac proinde dicendum eſt in illis etiam prohibitionem huius tex. locum habere, licet enim aliqua deciſio exorbitans etiam contra Iuris regulas ſit, non eſt inconueniens quod accommodetur ad caſus, de quibus non loquitur, ſi in illis verificatur ratio ipſius diſpoſitionis, dummodo tamen in eadem diſpoſitione exprimatur, prout notatur *in reg. odia lib. 6.*

CAP. CVM DILECTVS. XXVIII. poſt *num.* 1. In tex. ibi (*vt Eccleſiam, &c.*) Notatur ad hoc quod Legatus Sedis Apoſt. (etiamſi de latere non ſit) poteſt beneficia antequam vacent ſuæ prouiſioni reſeruare, idem probat tex. *in cap. dilectus de officio Legati. & in cap. præſenti 63. et in cap. deliberatione 4. de officio Legati lib. 6.* Innoc. *in princip.* Butr. *num. 1.* Abb. *num. 2.* & alij *in præſenti*, plures, quos refert, & ſequitur Coſm. *in pragm. ſanct. tit. de collation. §. item circa verbo legatorum ad fin.* Selu. *de beneſic. p. 3. q. 66. n. 4.* Rebuff. *in praxi tit. de deuolut. n. 37.* Corraſ. *de Sacerdot. p. 2. c. 3. num. 15.* Gig. *de penſion. q. 6. num. 18.* Lambertin. *lib. 1. p. 1. art. 6. num 4.* Simonet. *de reſeruat. qu. 2.* Non obſtat *cap. conſtitutus 11. de conceſſ. preb.* quia ibi. reſeruationem de qua ibi, ſeu poteſtatem conferendi beneficium vacaturum nõ fuiſſe factam à Legato de quo tex. agit, ſed ab Epiſcopo Legato confirmante, quam tex. ibi ex poſtfacto faciendam propter Concilium Lateranen. reprobauit, licet factam retineret propter eiuſdem Legati confirmationem, quaſi Legati cõfirmatio daret validitatem reſeruationi; vnde iam tex. ille videtur probare poſſe Legatum facere reſeruationem, ſiquidem illam potuit confirmare, aliàs enim tex. non ſuſtineret confirmationem per illum reſeruatam. Illud tamen aduertendum duxi hodie ex decreto Concil. Trident. *ſeſſ. 24. de reform. c. 19.* prohiberi huiuſmodi reſeruationes etiamſi fiant per Legatos de Latere.

Amplia primò tex. procedere etiam in reſeruatione penſionis, quam Legatus in beneficio poteſt conſtituere, de quo vide addita *ad cap. prohibemus, de cenſib.* Secundo amplia tex. procedere etiam in reſeruatione facta in fauorem certæ perſonæ, adhuc enim Legatus illam facere poteſt (dummodo ſit ſine expectatiua ad beneficium vacaturum, per ea, quæ Lambertin. *lib. 2. p. 3. q. 81. artic. 1. num. 3.*) vt probat tex. *in præſenti, & in cap. ſi Apoſtolica 22. de prabend. lib. 6.* vbi *gloſ. verbo Legatus*, Domin. *n. 3.*

n.3.Franch. à n.1.& Anch. in princ.Abb.in præſenti num.3. Gig. de penſion. q.6.num.18. Mandol. in reg.13.Cancell.q.5.a num.2.Gom.in reg.de non iudicando n. 3. Rebuff. in praxi tit. de collat. num.3. Amplia tertiò tex. procedere reſpectu plurium beneficiorum, quæ Legatus reſeruare ſimul poteſt, vt probat tex. in cap. præſenti, de offic. Legati lib.6. vbi gloſ. verbo illa pendente, Dominic. num.1.& Franch. num. 3. Hoſt. & Calderin. in cap. mandatum, de reſcript. declarando vt ſcilicet ſortita priori reſeruatione effectum facta de illa mentione poſſit Legatus aliam facere, minimè vero ſi pendeat, quam quidem, etiamſi de illa mentio fiat, efficere nequit.

Limita primò tex. non procedere in beneficijs, quorum collatio Epiſcopis auctoritate Apoſt. commiſſa eſt iuxta addita ad cap.2.de officio Legati. Limita ſecundo textum non procedere finita legatione, vt probat cap. præſenti, de offic. Legati lib. 6. vbi gloſ. verbo finitur, Anch n. c. Domin. n. 4. & Franch. n. 3. Rot. antiq. deciſ.206. Seln.de beneſic. p.3.q.66. à n.4. Simon. de reſeruat. q.2.

Ibid. poſt n. 4. In tex. ibi (ſuberat iuriſdictioni Legati, &c.) Collige ex tex. Legatum poſſe conferre, ſeu reſeruare beneficium cum derogatione iuriſpatronatus Eccleſiaſtici, vt probat tex. in cap. dilectus 6. de offic. Legati, tradunt gloſ. verbo præſentare, Butr. n.1. Anan. n. 8. Abb. n. 3. & alij in præſenti, gloſ. vlt. in cap. vnic. §.1. hoc tit. lib.6. Abb. n.8. in cap. illud & in cap. cum propter n.5. hoc eod. tit. Felin. in tract. quando littera Apoſt. noceāt patronis verſ. limitatur 3. Selu. de beneſic. p.3.q.1c. num.29. Gom. in reg de impetrant. per obitum Cardinalium q.8. Caſſador. deciſ.4. hoc tit. num.c. Roch. de iurepatron. verbo honorificum q.3. à n.4. Lambertin. lib.2. p.3.q.8. art.1. à num.1. refert alios, & ſequitur Cou. practic. cap.36. num.2.

In tex. ibi (cum fructibus medio tempore perceptis.) Collige ex tex. poſſidentem beneficium patronatum ſine inſtitutione Epiſcopi teneri reſtituere fructus ex eodem beneficio perceptos; ita gloſ. verbo perceptis, Abb. n.7. & alij hic, Cou. de ſponſal. p.2.c.6.§.8.n.8. Meneh. vſufreq. c.16. Hojed. de incomp. beneſic. p. 1.c.13. a princ.

Ibid. n.7. In gloſ. [Laicus] Collige ex gloſ. Legatum non poſſe beneficium conferre, ſeu reſeruare cum derogatione iuriſpatronatus laici, in idem eſt gloſ. verbo in conceſſione in cap. dilectus, de officio Legati, tradunt Domin. in cap.2. de elect. lib.6. Felin. in tract quando littera Apoſt. noceāt patronis col.3. Pariſ. conſ.c28. vol. 4. Lambertin. lib. 2.p.3. qu.8. art.1.n.4. & 8. & art.2. à n.1. Cou. practic. cap.36. n.2. in fine. Facit apertè tex. in præſenti quatenus diſtinguit inter Laicum, & Clericum patronum, patet ibi, tanquam laicus, & ibi, tanquam clericus, quæ non erāt neceſſaria ſi Legatus poſſet conferre beneficium, ſeu reſeruare in præiuditium patroni Laici. Accedit quod Pontifex conſtituendo officium Legationis non cenſetur illud creare cum præiuditio laicorum patronorum ex reg. tex. in l. 2. §. ſi quis a Principe ff. ne quid in loco publ. ac ſubinde cum per collationem ſeu reſeruam maximum fiat præiuditium laicis patronis, neceſſariò dicendum eſt ex defectu poteſtatis Legatum talem collationem, ſeu reſeruam facere non poſſe.

CAP. POSTVLASTI. XXX. poſt n. 2. In tex. ibi (per intitulationem huiuſmodi, &c.) Collige ex tex. Clericum poſſe ordinari ad titulum alterius Eccleſiæ, in qua aliquis patronus eſt, idem probat tex. in cap. per tuas 37. de ſimon. tradunt gloſ. 1. Innoc. & Abb. n.3. & alij in præſenti, Zabarel. in Clem. plures, in fine hoc tit. Paul. de Cittadin. in tract. huius tit. p.6.q.c4. Lambert. lib.2.p.1.q.5. art.7. & lib.3.q.5. art. 6. Gig. de penſionib. q. 23. n.10. Cou. practic. cap.36.n.10. Intellige non ſolum in patronis laicis, ſed etiam in eccleſiaſticis, ſine quorum conſenſu ordinatio facta ad intitulationem beneficiarij in nihilo præiudicabit quocunq; tempore niſi ſoli beneficiario intitulanti, vel Epiſcopo ordinanti; Cui intellectui non refragantur verba huius tex. in fine, ibi, niſi de patronorū proceſſiſſet aſſenſu, quibus verbis tex. videtur innuere quod dato conſenſu patroni eidem præiudicabitur in præſentatione poſt mortem Rectoris Eccleſiæ, de quo præiuditio in littera præcedenti dubitabatur, patet ibi, ne præiudicaretur patrono, &c. ac proinde in illa exceptione, quam facit, videtur tex. neceſſariò intelligendus de ipſa præſentatione, aliàs enim exceptio non erit de eo, de quo Pontifex dubitabat: ſiquidem, quicquid aliter innoluat Lambertin. d. art. 6. à n. 12. reſpondendum eſt in præcedenti littera textum non ſolum de præſentatione dubitaſſe, ſed etiam de alijs in quibus poterat patrono fieri præiuditium reſpectu eiuſdem beneficij patronati, vnde nil mirum ſi reſpectu illorum prædictam exceptionem tex. conſtituiſſet, non vero reſpectu iuris præſentandi, ne aliàs abſurdum videatur ſequi, nempe dato prædicto conſenſu habere ordinatum ius quæſitum circa beneficium patronatum vacaturum contra reg. tex. in cap. fin. iuncto cap. 2. de conceſſ. præb. prout in ſpecie colligitur ex mente Innoc. hic in finalibus verbis, Abb. n.6. & 7. in præſenti.

CAP. TRANSMISSAE. XXXI. & vlt. n.3. ibi, pag.673. Dec. conſ.464. num.2. & conſ.557. num.5. Corbul. de iure emphyt. tit. de priuat. ob alienat. ampl.35.n.4. Octau. Glorit. reſp. 6.n.76.

Ad Lib. III. Tit. XXXIX. de Cenſibus, exactionibus, & procurationibus.

IN rub. in fine, ibi puncto vnico, Vincent. Filliuc. tom.2. tract.31.p.2.

CAP. SANCITVM. I. poſt num. c. Probat hic tex. ex manſo Eccleſiæ, & ex cæteris bonis iuxta Eccleſiam poſitis cēſum non debeti excepto ſeruitio eccleſiaſtico; Sed obſtat quòd à cenſu mere reali neque clericus, neque Eccleſia regulariter liberatur, quinimo res tranſit cum ſuo onere in quemcumq; poſſeſſorē, quamuis maxime priuilegiatū, c. ſi tributū c. magnū 1c.q.1. c. tributum 23. q.8. c. paſtoralis 28. verſ. fructus autem, cū cōcordantijs citatis à gloſ. ibi, verbo niſi cum onere de decimis ſane hic nō agitur de cenſu perſonali, ſed de mere reali, rebus ipſis impoſito, igitur huiuſmodi bona Eccleſiæ ſicut & alia quæcunque libera iudicari non debent.

Dein-

Deinde vrget quod vel manſus, & cætera bona iuxta Eccleſiam poſita ſunt libera à ſeruitio temporali, vel ab Eccleſiaſtico, neutrum eſt dicendum, ergo nullo caſu verificari poteſt concluſio ſupradicta, maior eſt euidens à ſufficienti partium enumeratione, minor quoad ſeruitium, ſeu tributum temporale oſtẽditur *ex l. placet, 5. C. de Sacroſanctis Eccleſ.* iuncto ſummario, vbi habetur Eccleſiam teneri ad onera realia ordinaria *gloſ. magna prope fin. in c. ſecundum canonicã 23. q. 8.* iuncta *reg. l. Imperatores 7. in princip. ff. de publican.* cum alijs citatis per Abb. *hic num. 8.* quoad ſeruitium vero ſpirituale eſt tex. *in præſenti*, ibi, præter Eccleſiæ, *c. ſeruitium in princ. 18. q. 2.* cum citatis à *gloſ. hic verbo præter Eccleſiaſticum*, igitur, &c.

Propter aliqua ex his Hoſt. Innoc. Zabarel. Butr. Abb. & omnes communiter hic diſtinguendum putant inter cenſum de nouo impoſitum, & inter antiquum, vt ad nouum neque manſus, neque bona iuxta Eccleſiam poſita teneantur, & ita procedat tex. hic, circa antiquum vero controuerſiam dirimendam credunt iuxta patroni, vel alterius domini temporalis conſenſum, vt illo vel expreſſe, vel tacite remittente nulla maneat obligatio ad cenſus ſolutionem, ſecus dicendum nulla interueniente remiſſione, & ita intelligunt *d. c. ſi tributum, cap. Eccleſia 16. q. 1.* cum ſupra citatis. Ratio differentiæ eſt quia eccleſiaſticis bonis nouum tributum temporale imponi non poteſt *cap. non minus, 4. de immun. Eccleſ. cap. quamquam, hoc tit. lib. 6.* cum alijs, antiquum vero tranſit in Eccleſiam, vel quemcunque poſſeſſorem *d. l. Imperatores* cum ſup. citatis, poſt alios Gutier. *canon. lib. 1. c. 1. nu. 111.* Sed communis, quamuis in ſe vera, huic tex. aptari non poteſt, quia illa ſtante nihil foret ſpeciale in manſo; & bonis iuxta Eccleſiam poſitis, & in alijs ab Eccleſia longe diſtantibus; nec eodem modo ſatisfacit Zabar. *hic poſt princip.* dum arbitratur tex. in præſenti in nihilo offendere regulam *d. c. Eccleſia, & d. c. ſi tributum*, ſed ſolummodo inſtruere Epiſcopũ quid facere debeat quando Eccleſia conſtruitur, vt manſus tribuatur Eccleſiæ pro dote, qui ſit liber ab omni ſeruitio, cauebitq; Epiſcopus ne aliter conſtituatur neue aliter primus lapis mittatur arg. tex. *in cap. piæ mentis, 16. q. 7. c. nemo il 1. de conſec. diſt. 1.*

Quare his, & alijs exploſis intellectibus probabilius mihi viſum eſt noue hic ſanciri manſum Eccleſiæ, & bona iuxta Eccleſiam poſita libera eſſe ab omni cenſu temporali, quamuis à principio antequam ad Eccleſiam pertinerent tali oneri fuiſſent obnoxia; cuius rei vltra alia modo expreſſa, & verbum, ſancitum, de quo hic, non leuis coniectura eſt exceptio, quam tex. adiecit, ibi, præter eccleſiaſticum, per quam ſatis inſinuat quòd quamuis prædicta bona libera eſſe debeant à cenſu temporali, non tamen ab Eccleſiaſtico, in quo multò minus datur indecentia, & repugnãtia. Retento huiuſmodi intellectu reſpõdeo ad primã obiectionẽ, quã ſupra adduxi, me libẽter agnoſcere neque Clericos, neque Eccleſiam à cenſu mere reali antea inhærenti immunes eſſe, immo regulariter tranſire cum ſuo onere, negare tamen in propoſito regulam locum habituram in manſo, & prædictis bonis propter ſpecialem Concilij ſanctionem iuxta modo dicta; neque mirum videri debet cum lex data cauſa in ordine ad bonum commune poſſit ſubditum re propria priuare, & alteri tribuere *l. item ſi verberatum 15. §. 5. verſ. item ſi forte ff. de rei vendic. l. 1. C. quibus ex cauſis ſerui pro præmio*. Ad alteram vero obiectionem in forma conceſſa maiori neganda eſt minor, ad illius vero probationem quoad primam partem ſimiliter reſpondetur regulam, ſecundum quam onera realia Imperatori debita, vel alteri perſonæ tranſeunt in Eccleſiam, & quemcunque poſſeſſorem, *d. l. Imperatores*, cum alijs, non habere locum in bonis de quibus hic propter modo dicta. Ad tex. vero *in d. l. placet*, reſpondetur correctum eſſe per Conſtit. Fideric. *incip. Item nulla ſub l. 2. C. de Epiſcopis, & cleric.*

CAP. SCIENTES. III. *nu. 2.* ibi, *inf. hoc tit.* Intellige in ipſo fundationis limine nam poſt fundationem non poſſunt leges Iuri aduerſantes etiam de conſenſu ipſius Epiſcopi apponi, aut appoſitum alterari, vt aduertit Lambertin. *de iurepatron. lib. 1. par. 1. q. 5. art. 11. nu. 37. gloſ. verbo conſtitutum, ad fin. in c. cum dilectus*, & ibi Abb. *num. 5.* & Imol. *nu. 22. de conſuetud.* Rot. *deciſ. 561. num. 2. par. 2. in recent.* vt in ſimili dicitur de promiſſione dotis, quæ non poteſt qualificari eius actu abſoluto *l. ex morte, §. vlt. & ibi gloſ. in verbo oblationis, C. de pactis conuentis*, quo ſimili vſus eſt pro hac ſententia adſtruenda Ioan. Andr. *in cap. generali, num. 6.* & ibi etiam Gemin. *ſub num. 2. verſ. ad finem, de elect. lib. 6.*

Ibid. eod. *nu. 2. in fine*, declarando vt per Ioan. Anton. Maſſobr. *in ſua praxi habendi concurſum, pral. 7. dub. 9. ſecundum Roman. impreſſ.*

CAP. LICET. IV. *num. 2. in fine*, Bertachin. *de gabellis par. 7. nu. 50.* Quo pacto autem potuit Greg. *in præſenti* cæcum aliàs laicum à tributis exonerare, & de temporali illius querimonia cognoſcere, controuerſum eſt apud Doctores, nam *gloſ. 1. hic*, cum qua tranſeunt fere omnes, arbitratur propterea cauſam cæci aliàs laici ad Greg. V. Pont. fuiſſe delatam, quia cauſæ miſerabilium perſonarum ad eccleſiaſticum ſpectant iudicium *c. 1. c. 2. 87. diſt.* ſed reprobat Cou. *pract. c. 6. n. 1. ad finem princ.* Hoſt. vero quem refert Zabarel. *hic*, & ſequitur Butr. *in fine* arbitratur cæcum fuiſſe de temporali iuriſdictione Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, & ideo Summum Pont. de cauſa temporali laici cognoſcere potuiſſe, ſicut in alijs ſpeciebus factum probauit *gloſ. verbo improbamus in c. cum eſſes 10. de teſtam.* Sed quia ſolutio hæc, quamuis in ſe vera, diuinat vt Zabarel. *n. 1.* fatetur, periculoſa eſt, cum ſuppleat ad tex. in illo ad quod principaliter venit, quod eſt abſurdum. Quare probabilius eſt intelligere cum eod. Zabarel. quod cũ tex. hic continuatiue procedat ad *c. 1. de reſtit. ſpoliat.* vbi homines Eccleſiæ, qui Philagium cæcũ ſpoliarunt, poſtea collectis affligebant, vnde cum cæcus aduerſus illos ageret non mirum ſi tanquam actor litigare debuiſſet cum Reis, qui fori eccleſiaſtici priuilegio potiebantur, & ideo ad ſummum Pontificem confugiſſet, qui in his terminis potuit, ac debuit cognoſcere, quamuis cæcus non eſſet de temporali Eccleſiæ iuriſdictione, iuxta reg. *c. cum ſit generale, 8. de foro comp.*

In gloſ. [*Miſeri*] ibi (*ſed priuilegium illud non exten-*

extenditur ad filios) Notatur ad hoc quod priuilegium patri, & poſteris conceſſum ſimiliter competit filiabus (niſi materia reſragetur, aut lex reſiſtat) vt per Tiraq. *de retractu tit. 1. §. 1. gloſ. 9. nu. 239.* Deci. *conſ. 223. in princip.* Cott. *in memorab. verbo immunitates*, Iaſ. qui etiam in priuilegijs affirmat maſculinum concipere fœmininum, *in l. Gallus in princ. in 2. lect. num 33.* refert, & ſequitur Pinel. *in l. 3. C. de bonis mat. nu. 30.* in effectu plures per D. Barboſ. *in l. quia tale, num. 37 ff. ſoluto matr.* quamuis oppoſitum, immo priuilegia huiuſmodi, & immunitates poſteris conceſſas ſolis maſculis communicari defendat *gloſ. vnic. in l. 4. ff. de iure immun.*

CAP. PERVENIT. V. poſt *nu. 1.* In tex. ibi (*cenſus ignorantia*) Notatur ad hoc quòd cenſus, cuius cauſa ignoratur, omnino eſt indebitus, cum enim cenſus, de quo hic, per Abbatem Franxionoren. fuerit impoſitus, qui abſque iuſta, & rationabili cauſa, & ſine Capituli conſenſu illud facere non poterat, *cap. vnic. in fine, vt eccleſiaſt. benef. c. conſtitutus 6. ad med. de relig. domib.* merito indebitus iudicatur ex defectu cauſæ, quæ cum omnino neceſſaria eſſet prorſus ignoratur, vt tex. habet, & ideo ſaltem indirecte cenſus in ſe dicatur ignoratus, & indebitus, ac ſubinde, qui exigerit leges Diuinas, & humanas offendere dicitur contra *§. Iuris præcepta*, ibi, neminem lædere, *Inſtit. de Iuſtit.* in quo ſenſu verbum de quo in hoc tex. ibi, diuinis, in ſua proprietate retinetur, quamuis *gloſ. hic verbo Diuinis*, & Zabarel. *n. 1.* per diuinas intelligant ſolas Canonicas Conſtitutiones.

Ibid. poſt *nu. 4.* Hæc gloſ. quatenus aſſerit cenſum, vel ſimile ſeruitium poſſe tempore acquiri, ex tex. *in l. ſi quis diuturno 10. in princ. ff. ſi ſeruitus vend. l. 1. n. vlt. prope fin. ff. de aqua pluuia*, magnam patitur difficultatē ex textibus, qui contrarium clare ſuadere videntur *in l. ſeruitutes 14. in princip. ff. de ſeruit. & in l. ſi aliena 10. §. 1. & in l. ſequitur 4. §. vlt. ff. de vſucap.* Reiecta concordia huius gloſſæ diſtinguentis inter illas ſeruitutes, ſeu ſeruitia, quæ poſſideri poſſunt; & inter illas, quæ poſſideri nequeunt, vel quia Ius commune reſiſtit, vel ex alio capite, vt ſecundo caſu nullo tempore præſcribantur, & ita intelligantur Iura pro ſecunda ſententia adducta, in primo verò caſu ſolo tempore acquirātur, & ita procedāt Iura primo loco pro opinione gloſſę adducta. Reiecta etiam alia concordia *gloſ. verbo certam poſt med. in d. l. ſeruitutes, gloſ. 4. in l. apparet, 5. in fine, ff. de itinere; actuq. priuato*, Paul. *in l. ſi ſie nu. 2. ff. quemadmodum ſeruit.* communis vt per Padil. *in l. 2. num. 26. C. de ſeruitut. & aqua*, & pluriū, vt per Cou. *lib. 1. vari. c. 17. nu. 11.* Balb. *de præſcript. 2. p. 3. princ. nu 3.* Gom. *de contract. c. vlt. nu. 26.* diſtinguentium inter ſeruitutes continuas, quæ abſque facto hominis continuam, vel quaſi continuam vtilitatem afferunt; & inter diſcontinuas, quæ prædictum hominis factum requirunt, exemplum eſt *in l. foramen 27. ff. de ſeruitut. vrban.* vt continuæ tempore acquirantur, & ita procedant Iura citata pro prima ſententia, diſcontinuæ vero non acquirantur niſi tempore immemoriali, *vt in l. 3. §. ductus aquæ, ff. de aqua quotid. & æſt.* Exploſa etiam altera concordia Longaual. *in l. Imperium nu. 241. & 250 ff. de Iuriſd. omnium iud.* & Mayni *lib. 1. actionum c. 14.* ac noſtri Goueani *lib. 1. vari. c. 14.* quia Iureconſultos notant de improprietate, quod eſt ab illorum ſtylo, & conſuetudine prorſus alienum; probabilius dici poteſt abſque vlla diuinatione, vel improprietate, quinimo, & litteræ Iuriſconſultorum conſonantius ſeruitutum realium vſucapionem non dari propter Iura modo expenſa pro ſecunda ſententia; dari tamen vtilē actionē illi, qui longo tempore cum cæteris requiſitis vſus fuerit, bonus tex. *in l. 1. §. vlt. in fine* ibi, habemus, *ff. de aqua pluuia arcenda*, tex. à contrario ſenſu *in l. vlt. ff. quemadmodum ſeruitutes amit.* bonus tex. in *d. l. ſi quis diuturno*, ibi, ſed vtilem habet actionem, & in his terminis intelligenda ſunt Iura citata pro prima gloſſæ opinione, quæ in hoc caſu accepta in nihilo pugnant cum alijs Iureconſultorum reſponſis, nec cum illo intelligendi modo, quem magis probabilem exiſtimamus.

Quid autem dicendum in acquiſitione Iurium perſonalium, prout ius eligendi, præſentandi, vſusfructus, & ſimiles, de quibus *in cap. cum Eccleſia, de cauſa poſſeſſionis*, vide poſt alios Cou. *in reg. poſſeſſor. par. 2. §. 3. num. 3. & lib. 1. var. cap. 17. num. 10.* Anton. Gom. *de contract. c. vlt. à num. 25.* Padil. *in d. l. 2. à num 30.* Vtrum libertas à cenſu, & à ſeruitute proprie præſcribatur? vide *l. ſequitur 4. §. vlt. ff. de vſucap.* Bart. *in l. ſi ædes 31. §. 1. in princ. ff. de ſeruit. vrb.* Abb. *in c. de quarta num. vlt. de præſcript.* Robert. *lib. 4. ſentent. cap. 8.* Conan. *lib. 4. comment. cap. 12. num. 6. & 13.* Vtrum etiam ex diuturna præſtatione cenſus vel alterius ſeruitij obligatio acquiratur, vide Abb. Zabarel. & Butr. *à nu. 19. in præſenti*, gloſ. *verbo repellere, in fine, in l. 1. C. de Iure emphyt.* gloſ. *verbo longo* per tex. ibi *in l. cum de in rem verſo, ff. de vſur.* Bart. *in l. 1. in princip. ff. de verb. oblig.* Tiraq. *de præſcript. §. 1 gloſ. 1 verſ. et* *cum ſeqq.* Cou. *in d. reg. poſſeſſor. par. 2. §. 4. à nu. 1. & lib. 1. vari. c. 17. num 3. in princip.* Gutier. *in l. nemo poteſt, num. 199. ff. de legatis 1. & conſ. 47. num. 3.* Padil. *in l. 2. à num. 33. ff. de ſeruit.* Gabr. *commun. ſub tit. de præſcript. concl. 1. à princip.* Gam. Luſit. *deciſ. 236. & 326.* Valaſc. *de Iure emphyt. q. 32. à num. 35.*

CAP. CVM APOSTOLVS. VI. *num. 4.* ibi, *num. 1.* & præcipue Marſil. Columna *de eccleſiaſt. reddit. orig. par. 2. c. 13. à nu. 33.*

CAP. PROHIBEMVS. VII. *nu. 2. in princip.* ante verbum, Tria, Probat hic tex Epiſcopum non poſſe nouum cenſum Eccleſijs imponere, vel augere antiquum, conſonant tex. *in c. tua nos 11. de iurepatron. & in c. paſtoralis pen. de ijs, quæ fiunt à Præl.* intellige de cenſu in perpetuum etiam poſt mortem poſſeſſoris, quod quidem ſolus Summus Pont. imponere poteſt diſpenſando in ſua lege *c. ad quæſtiones 6. de rerum permut.* quem tex. in id refert Sot. *de Iuſtit. lib. 9. q. 7. art. 2. col. 2.* vbi affirmat morem eſſe Romanum nullum Prælatum Papa inferiorem cenſum, aut permutationem perpetuam imponere poſſe, neque in beneficiorum permutationibus, neque in ſimplicibus renunciationibus, Abb. *num. 2.* & DD. communiter *in præſenti, & in c. prætarea n. 3. inf. hoc tit.* Gig. *de penſion. q. 6. n. 1. & nu. 6*

Rebuſſ.

Rebuff. *de pacificis poſſeſſ. num. 110.* At vero ſolummodo ad vitam poſſeſſorũ, aliod vero tempus breuius licitè poſſunt Archiepiſcopi, & ſimiles Prælati ex cauſa cenſus perſonales imponere, *cap. cum veniſſent 9. de reſt. ſpol. cap. niſi eſſent, de præben. cap. de cætero 5. in fine, de tranſact. cap. vnic. prope fin. vt Eccleſ. beneficia*, poſt alios Gig. *vbi proxime n. 2* Corraſ. *de Sacerdot. p. 1. cap. 4.* Mandoſ. *de ſignaturæ gratiæ tit penſiones, verbo Papa.* Ratio differentiæ eſt quia primo caſu Eccleſia perpetuò oneratur, & fit cenſualis, quod in Concil. Lateranen. de quo in præſenti vetitum eſt; in ſecundo non Eccleſia, ſed perſona obligatur, in quibus terminis prohibitio illa non datur, obſeruant Abb. *nu. 2.* & DD. communiter *in d. cap. cum veniſſent*, Zabarell. *n. 1.* & omnes *in præſenti*, vbi Butr. *nu. 4.* Felin. *in cap. ad audientiam il 2. nu 2. de reſcript.* Gig. *de penſion. q. 6. à princ.* Rebuff. *de pacificis poſſeſſ. à nu. 106.* Cou. *in cap. quamuis par. 1. §. 6. nu. vlt.* Corraſ. *d. cap. 4.* Hodie tamen apud Gallos ab alio quàm à Summo Pont. vix conſtituitur cenſus, vt poſt Gig. affirmant Rebuff. vbi *proxime num. 105. ad fin.* & Corraſ. *d. cap. 4. à num. 9.*

CAP. INNOVAMVS. X. *n. 2. in princip.* ibi, vt per, Ozaſc. *deciſ. 135 circa fin.* Soccin. *conſ. 7. num. 1. vol. 7.* Petr. Antiban. *de muner. in 2. par. §. reſtat, num. 1.* Schrad. *de feudis par. 3. cap. 4. num. 38. & ſeq.* Camill. Borrel. *de præſtantia Regis Cathol. cap. 11.*

Ibid. eod. *num. 2. in fine* ibi, parens meus, & adeo hæc facultas imponendi vectigalia inhęret perſonę, & oſſibus ipſius Principis, vt abſque expreſſa, & ſpecifica conceſſione non cenſeatur in aliũ translata, Valaſc. *in l. imperium num. 50. ff. de Iuriſd. omnium Iudic.* Con. *pract. cap. 1. num. 10. ſub verſ. nona concluſio*, Soccin. *iun. conſ. 126. num. 8. vol. 2.* Ozaſc. *deciſ. 101. num. 12.* Roland. *conſ. 42. num. 32. vol. 2.* Vincent. de Franc. *deciſ. 275.* Petr. de Gregor. *de conceſſ. feud. p. 7. q. 5. num. 4.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſ. 97. num. 41.* Surd. *conſ. 152. num. 34. & conſ. 210. ſub num 58.* Pereg. *de iure fiſci lib. 1. tit. 2. nu. 74. & 79. & conſ. 1. nu. 11. vol. 1.* Intrigl. *in cent. 2. feud. art. 80. num. 13. cum ſeq.*

Ibid. *num. 3.* ibi, & aliæ ſimiles, de quo etiam Camill. Borrel. *de præſtantia Regis Cathol. cap. 11. num. 39.* vbi loquitur in qualibet Repub. ſeu ciuitate non recognoſcente ſuperiorem Iura Regalia habente, & cum ratione, quia de ciuitate, quæ ſuperiorem non recognoſcit, ſicut de Principe iudicandum eſt, vt notat Bart. *in l. 1. §. de qua ff. de poſtul. & in l. infamem ff. de publ. iudic.* cum concordantijs traditis per Deci. *conſ. 534. nu. 2.* Et de inferioribus habentibus Iura Regalia quòd poſſint hæc vectigalia indicere, voluit loquens de Duce Sabaudiæ Iaſ. *conſ. 227. vol. 2.* Ozaſc. *d. deciſ. 155.* & de dominis Ariminen. Raphal. *conſ. 162.* quem citat Borrel. *loco proxime citato.*

CAP. GRAVIS. XV. ibi, *num. 350.* Itaut diœceſanus compelli poſſit ad conſentiendum fundationi in qua apponitur conditio cõtra Ius commune, Ioann. Anton. Maſſob. *in ſua praxi habendi concurſum præl. 7. dub. 8. ſecundum Romanam impreſ.* Ratio autem ſtatuendi huiuſmodi conditiones etiam Iuri communi contradicentes tantum conſtituta eſt ſuper fauore Eccleſiæ, vt ij alliciantur, & non retrotrahantur à fondationibus, ideoque proculdubio illis pro arbitrio de rebus ſuis licet diſponere *l. in re mandata C. mandati*, vt conſiderat Anch. *conſ. 129. ſub nu. 1. verſ. præterea quilibet.* Difficultas autẽ poteſt eſſe quæ conditiones, & diſpoſitiones poſſint à fundatore imponi in limine fundationis Iuriſpatronatus ne Epiſcopus, aut alius ſuperior eas valeat reijcere; & ſanè videtur ſatis tutò firmari poſſe eas tantum reijciẽdas, quæ vel natura impoſſibiles, ſeu quæ impoſſibilibus æquiparantur propter nimiam difficultatem, vel denique cõtra perpetuã legũ prohibitionẽ illas improbantium, prout cenſuit Rot. *in vna Romana Iuriſpatronatus 31. Maij. 1613.* corã Illuſtriſs. Card. Sacrato, vbi etiam tentum fuit cum Ius commune non repugnet quominus Eccleſia habeat Iuſpatronatus, quod exerceat tanquam patronatum laicale, ferenda erit fundatoris lex id ipſum ſtatuentis.

Ibid. *nu. 3. in princip.* ibi, *gloſ. 5. num. 9.* adde nouiſsime Ioan. Anton. Maſſobr. *in ſua praxi habendi concurſum requiſ. 10. dub. 11. num. 30. ſecundum Romanam impreſ.* & *req. 7. dub. 12.* refert ſuper hoc nouiſsimam S. Cong. Concilij Trid. declarationem.

Ibid. eod *num. 3. in fine.* Similiter licet Canones vbiq; damnent pluralitatem beneficiorum, tamen quia id non habet perpetuam prohibitionem à Iure naturæ, ſed dumtaxat à poſitiuo, & penitus in hac parte variabili *cap. præterea, & c. de multa, de præbend.* toleranda erit lex contraria in fundatione appoſita, vt firmatum fuit *in Valliſoletana Archidiaconatus 19. Nouembris 1616.* coram Reuerendiſsimo D. Coccino Decano.

CAP. CVM OLIM. XIX. *num. 3. in fine.* Brun. *conſ. 34. nu. 16.* Ioan. Franciſc. de Ponte *conſ. 51. num. 4. & 5.* Nouar. *quæſt. forenſ. 162. n. 7. lib. 1.* Iuriſdictio enim ineſt toto territorio, ſicut nebula in tota palude Bald. *in l. Imperium ff. de iuriſd. omnium Iud.* Abb. *in cap. ſi diligenti not. 2. & ibidem* Felin *de præſcript.* Pariſ. *conſ. 16. nu. 21. vol. 4.* Curt. iun. *conſ. 41. num. 9. & conſ. 158. nu. 24 & conſ. 184. num. 8.* Hinc locus illius eſſe præſumitur, qui iuriſdictionem in loco exercet, Abb. *conſ. 62. num. 18. vol. 2.* Maſcard. *de probat. concl. 395. num. 33.* vel in eo onera imponit, & exigit Bald. *in l. data opera n. 28. C. qui accuſare non poſ.* qui ait quòd bona eſt ratio teſtis deponẽtis quod locus ſit de aliquo territorio, ſeu iuriſdictione, ſi dicit quod vidit homines illius loci ſoluere collectas, ſequitur Marſil. *in rub. C. de probat. num. 256.* tradit Brun. *d. conſ. 34. in fine* Nat. *conſ. 672. num. 4 & 5.* Corn. *conſ. 185. num. 4. vol. 3.* loquens de præſcriptione decimæ, quæ probat locum eſſe de territorio, Iaſ. *conſ. 166. num. 2. vol. 4.* Maſcard. *concl. 946. in princip.*

Ibid. *num. 4. in fine.* Octau. Glorit. *reſp. 12. n. 43.*

Ibid. *num. 9. in fine.* Prout etiam probant vbi alia concurrunt adminicula, licet de enunciato ſit quæſtio, Mancin. *de iuram. p. 4. effectu 15. num. 4.* Fab. de Anna *conſ. 88. num. 31.* Nicol. Genoa *in tract. de verbis enunciat. lib. 1. q. 4. num. 4.* Vel vbi enunciatio eſt geminata in diuerſis actis Anguil. *conſ. 29. n. 146.* Nicol. Genoa. *d. q. 4. num. 30.* vbi plures refert.

ſicut

Google

ſicut etiam probant contra enunciantem, Menoch. *conſil. 812. num. 3.* Surd. *conſil. 546. num. 7.* plures apud Geno. *d. q. 4. num. 103.* Regulariter tamen non probant enunciatum, quando de eo principaliter diſputatur, Panur. *conſil. 96. num. 8.* Menoch. *conſil. 81. num. 23. & conſil. 260. num. 11.* à Ponte *conſil. 30. num. 14. & 15. & conſil. 95. num. 14.* Brunor. à Sole *q. 22. num. 63.* Cornaz. *Lucenſi deciſ. 212. num. 8.* Ozaſc. *deciſ. 76. num. 12.* Sfort. Odd. *conſil. 64. num. 2.* Surd. *conſil. 5. num. 16.* Carol. Bardel. *conſil. 49. num. 10. & conſil. 54. nu. 16. vol. 1.*

Ad lib. III. Tit. XLI. de Celebratione Miſſarum, &c.

IN rub. *num. 2. poſt med.* ibi, per totam, nouiſſime Luſit. Stephan. Fagundes *in tract. de ſeptem Ecleſiæ præceptis, præcepto 1.* & Reuerendiſſ. D. Frat. Ioan. Serran. Epiſc. Acernen. *in expoſitione Miſſæ Sacroſanctæ, ac cæremoniarum, quæ in eius celebratione fiunt.*

CAP. CONSVLVISTI. III. *num. 2. in fine*, nouiſſimè Stephan. Fagundes *in tract. de ſeptem Ecleſiæ præceptis præcepto 1. lib. 3. c. 16.*

CAP. CVM MARTHÆ. VI. *n. 11. in fine*, nouiſſimè Reuerendiſ. D. Ioan. Serran. Epiſc. Acernen. *in expoſitione Miſſæ Sacroſanctæ, ac cæremoniarum, quæ in eius celebratione fiunt par. 1. num. 112.* vbi in hæc verba. In hac oblatione poſtquam Sacerdos obtulit panem recitando orationem illam, quæ incipit. Suſcipe Sancte Pater, vt offerat vinum miſcet paululum de aqua, non quidem (vt omnes Catholici docent Doctores) de neceſſitate Sacramenti, ſed de neceſſitate præcepti, & Catholicæ Eccleſiæ ordinatione, ac lege, non inſtituta vti Rupert. dicit *lib. 2. de diuinis offic. cap. 2.* ſed ſcriptis mandata à S. Alex. I. nam vt ſufficienter probat Seuerinus Binus *tom. 1. Cõcil. in not. ad epiſt. 1. Alex. I.* ex Liturgia S. Iacobi, & auctoritate Clementis Romani, Irenæi, Cypriani, & aliorum cæremonia hæc à Chriſto Domino fuit vſurpata, ab Apoſtolis obſeruari præcepta, & ab Alex. I. ſcripto, & præcepto corroborata. Et iure quidem ratione ſignificationis, quia, vt ipſemet Alexander docet *epiſt. 1. ad omnes orthodoxos*, & habetur *in cap. Sacramentum, de conſec. diſt. 2.* & poſt ipſum S. Thom. *par. 3. q. 74. art. 6. in corpore* vinum aqua mixtum ſignificat ſanguinem & aquam, quæ exiere de latere Chriſti Domini in Cruce, quemadmodum ocularis teſtis Ioannes *c. 19.* ſcripſit. Significat inſuper ſecundum Iulium Papã I. *epiſt. ad Epiſcopos per Ægyptum*, & habetur *c. cum omne crimen, de conſec. diſt. 2.* & ipſum S. Thom. *vbi ſupra* adunationem populi cum Chriſto Domino. Nam aquæ populos ſignificãt, vt dicit S. Ioann. *Apocalyp. c. 17.* Et ob id antequam in Calicem infundatur, aquam benedicit Sacerdos ad ſignificandum adunationem hanc manaſſe ex virtute Crucis, & ex meritis paſſionis Domini Noſtri IESV Chriſti, vt ſatis clare dicitur in oratione, quam recitat Sacerdos dum dictam commixtionem facit, & incipit. Deus, qui humanæ ſubſtantiæ.

CAP. LITTERAS. XIV. *num. 3. in fine*, nouiſſime R. P. Ioan. Serran. Epiſcop. Acernen. *in expoſit. Miſſæ Sacroſanctæ, ac cæremoniarum, quæ in eius celebratione fiunt præl. 2. num. 12. & 13.*

Ibid. *num. 6. in fine*, latè Epiſcop. Acernen. *d. prælud. 2. num. 10.* vbi ex Micrologo *in benedictione cerei in officio Sabbati Sancti*, ait iuxta Romanum Ordinem nunquam abſque lumine Miſſam eſſe celebrandam, non vtique ad depellendas tenebras cum ſit clam dies, ſed potius in typum illius luminis, cuius ſacrificia ibi conficimus, ſine quo & in meridie palpabimus, & in nocte; additq; *n. 11.* morem hunc ab ipſis Apoſtolis ſumpſiſſe initium, vt colligitur ex Clem. Romano *epiſt. 2. ad Iacobum fratrem Domini, & ex canon. Apoſtolorum. 3.* aliàs *4. 70. & 71.* in quibus inſinuatur etiam dicta lumina, aut oleo, aut cera, & non abſque congruentia nutriri debere, quia oleum ſecundum S. Hieron. *in cap. 21. Prouerb.* & S. Auguſtin. *ſerm. 23. de verb. Domini* eſt charitatis typus, eò quòd, vt docet S. Bernard. *ſerm. 15. in Cant.* lucet, paſcit, & vngit. Et cera vel eſt caſtitatis ſymbolum, cum ſit opus caſtiſſimum apum, quæ abſque concubitu concipiunt, & pariunt, & tali odio libidinem proſequuntur, ſi vera eſt illa Pierij *l. 26. hierogl.* ex Plutarcho annotatio, citius pungunt tali vitio pollutos: vel obnubrat Chriſti Domini humanitatem, quæ in facto Chriſto iuncta fuit melli diuinitatis, quemàdmodum gloſſa ordinaria *in c. 24.* Lucæ, Beda, & Rupertus dixerunt.

Ad Lib. III. Tit. XLVI. de Obſeruatione ieiuniorum.

IN rub. *nu. 2.* ibi, *q. 40. & q. 41.* Vincent. Fillinc. *tom. 2. tract. 27. par. 2.*

Ibid. eod. *num. 2. poſt med.* ibi, *q. 6.* Vincent. Filliuc. *d. tract. 27. par. 2. c. 5.*

CAP. CONSILIVM. II. *num. 6.* Verum in his duabus quæſtionibus ſuperius diſputatis non ita explicatæ ſunt earum reſolutiones quin propter Doctorum varietatem in reſpondendo aliquam videantur continere dubitationem. Quare de prima an peregrini teneantur legibus populi, quem tranſeunt varij varia tradiderunt, nonnulli enim, quos refert Soar. *de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 2. de diebus feſtis c. 14. n. 2.* dicunt requiri animum perpetuò manendi, vt peregrini illius populi legibus obligentur. Alij tenent ſufficere quaſi domicilium etiamſi non ſit ex animo manendi, veluti ſi per maiorem anni partem decreuerint ibi habitare, ita plures, quos refert, & ſequitur Sanch. *de Matrimonio lib. 3. diſp. 18. num. 6.* qui tripliciter limitat, & ſentire videtur Azor. *inſtit. moral. par. 1. lib. 5. c. 13. q. 3.* Alij ſub diſtinctione reſpõdent ſi ſint leges communes totius Regni teneri peregrinos eas ſeruare, etiamſi in loco domicilij non ſeruentur, non vero ſi ſint leges peculiares illius oppidi; ſic Ioan. Medina *in Cod. de Ieiunio, q. 76. art. 5.* Sayr. *de cenſur. lib. 3. c. 4. nu. 15.* Sed Leſſi. *de Iuſtit. lib. 4. c. 2. dub. 7. n. 47.* aliter diſtinguit, vel aliquot diebus moraturus eſt, quia eſt viæ terminus, & tunc cenſet obligari legibus eius populi, vel tantum per eum locum tranſit ibi pranden-

Digitized by Google

dendo, vel pernoctando craſtina die diſceſſurus, & tunc ſenſet minime obligari. Verior tamen eſt ſententia, quæ vniuerſe docet vagos, & peregrinos, vel iter facientes teneri legibus, ſtatutis, & conſuetudinibus receptis in eo loco per quem tranſeunt dummodo eo tempore, quo tranſeunt occurrat occaſio eius præcepti ſeruandi vel violandi, ita Soar. *loco citato n.8.* Salas de *legibus. diſp.16.ſect.4. concl.4.* Gabr. Vaſquez *tom.3.in 3.p.diſp.184.c.3.n.28.* late & eleganter Baſil. *Pont.in tract. de Sacramento Matrimonij lib.5. c. 7. §. 1. a princip.* vbi fundamenta huius ſententiæ refert, & contrariis reſpondet, & *à num.* 13. *cum multis ſeqq.* diſputat quid dicendum ſit de obſeruantia feſtorum, & ieiuniorum à tranſeuntibus, & *n.* 14. ita reſoluit. Tenentur peregrini ad ea præcepta ſeruanda ſi tempore, quo moram faciunt in eo loco, occurrat tempus obligationis adimplendi præceptum, aliàs vero nõ. Vnde ſi occaſio fuerit comedendi tenentur à carnibus abſtinere ſi in eo oppido abſtinetur à carnibus. Idem eſt ſi cum commorantur inſtat occaſio audiendi Miſſam, quia videlicet dies feſtus eſt, &c. Et paulo poſt. Itaque ſi eo tempore, quo in eo oppido commoratus eſt, fuit idoneum tẽpus ad ſacrũ audiendum, cuius tunc erat copia, tenetur audire, non vero ſi expectandum illi erat. Et idem Baſil. Pont. *d.lib.5.cap.8.n.1.* poſt Sanch. *n.18.* Soar. *cap.13. n.2.* & Leſſi. *cap.2.dub.8. dictis locis*, reſoluit peregrinos legibus ſui territorij dum per alia loca peregrinantur non teneri, hinc inferens *eod.cap. 8. n.2.* eos, qui per Hiſpaniam iter faciunt, quamuis ex eo loco oriundi ſint, in quibus non veſcuntur inteſtina die Sabbati, poſſe illis veſci iuxta Hiſpaniæ conſuetudinem, item eos, qui ex ijs locis ſunt, in quibus lacticinia non comeduntur diebus ieiuniorum ſecundum Ius commune, poſſe veſci illis in eis locis, in quibus etiam ſine priuilegio ex conſuetudine adhibentur in cibum, de quo etiam nouiſſime Stephan. Fagundes *in tract. de ſeptem Eccleſiæ præceptis præcepto 4.lib.1.cap. 7.à num.10.*

Ad Lib. IV. Tit. I. De Sponſalibus, & Matrimon.

IN *rub. in fine*, ibi, præſignitur, & non minus totam hanc materiam ſubtiliter, & ingenioſè diſſeruit Baſil. Pontius Auguſtinianus *in ſuo nouiſſimo tract.de Sacramento Matrimonij*, & de ea aliqua Vince. Filliuc. *in ſum.tom. 1.tract.10.de Matrim.* Gabr. Vaſq. *in diſputation. de Matrimonio.*

CAP. PRAETEREA. II. poſt *n.5.* Principalis huius tex. concluſio, quæ habet ſponſalia etiam iuramento firmata mutuo conſenſu diſſolui, intelligitur ſi cauſa eueniat in cuius euentum contrahentes aut non poſſint, aut non intendant ſe obligare, nam actus, qui ad effectus futuros diriguntur, principaliter diſſoluuntur ex prædictis cauſis, ſed nulla eſt ex qua id manifeſtius appareat, quàm mutuus diſſenſus, per quem contractus ciuiles ex natura rei diſſoluuntur *reg. 1. de regulis Iuris in 6.* Ergo, &c. Deinde probatur quia iuramentum de ſe non pertinet ad faciendam obligationem, nec eius ſubſtantiam immutat, ſed eam cõfirmat iuxta ſuam naturam, quam habet à lege, *cap. quemadmodum, de iureiur.* cum traditis per Aym. *conſ.12.num.1.* Sed omnis obligatio, quæ partium conſenſu perficitur ex natura rei diſſoluitur earundem diſſenſu, ergo licet iuramentum accedat diſſolui poteſt. Præterea iuramentum promiſſorium in gratiam partis principaliter factum ab eo remitti poteſt *cap.1.de iureiur.* & ibi omnes ſcribentes, S.Thom. *2. 2. q. 189. art.4.* Bart. receptus *in l. Labeo n. 4.ff. de iureiur.* Cou. qui alios refert, *in cap. quamuis pactum p. 1. §.2.n. 1.* Roland. *conſ.99. n.5.lib.3.* ſed ſponſalia iuramento firmata principaliter fiunt in fauorem partium, ergo ab illis remitti poterunt; nam cum materia iuramenti, in quam cadit, ſit promiſſio facta homini altero remittente promiſſionem ceſſat obligatio iuramenti, quæ in illa fundabatur *cap.debitores, de iureiur.* Tandem colligitur ab exemplo ſocietatis, quę Iure communi partium conſenſu dirimitur *§. manet, Inſtit. de ſocietate.* Quibus rationibus in hoc tex. ſponſalia ſecundum Iuris regulas diſſolui tenent Innoc. Butr. Zabarel. Abb. *n.5.* & Præpoſ. *n.6. in præſenti*, aſſerentes eſſe communem ſententiam. S.Thom. & alij Theologi *in 4.diſt. 27.q.1.art.3.* Sot. *q.2. art.5.* Ledeſm. *2. 4. q. 45. art. 3.* Sylueſt. *in ſum. verbo ſponſalia q.10.* Angel. *eod. verbo n.20.* Cou. *de ſponſalib.p.1.cap. 3.in princ.n. 1.* Nau. *in man.cap.22.n.25.* poſt Tolet. & Rebell. nouiſſimè Baſil. Pont. *in ſuo tract.de ſacramento Matrimonij lib.12.cap.9.n.2.*

Verum contra omnes contendit *gloſ.in præſenti verbo tolerari* in hoc tex. contineri permiſſionem minoris mali ad euitandum maius, eandem ſententiam repetit alia ſimilis *verbo compellas in cap. ex litteris, infra hoc tit.* & alia *verbo iudicio in fine in cap. de illis, de deſponſat.impuberum.* Pro qua ſententia prędictarum gloſſarum verba huius tex. multis modis expendi ſolent, primò ibi, monendi ſunt, & modis omnibus inducendi. Etenim ſi ſine peccato poterant recedere quorſum induci, & moneri debeant, vt id faciant, quod non tenentur, & Eccleſia non ſolet tam ſtrictè admonere ad illa, quæ iuſtè omitti poſſunt. Rurſus contra communem faciunt illa verba, ne forte deterius inde contingat, quibus manifeſtè fit comparatio inter duo mala; faciunt etiam illa, ibi, hoc poſſit in patientia tolerari, etenim in patientia toleratur quod iniuſte, & non merenti fit, patientia enim voluntaria perpeſſio eſt mali, non meriti, atque ideo illis verbis oſtendit Põtifex malum aliquod hic tolerari. Quæ quidem gloſſarũ ſententia vltra verba tex. cõfirmatur ex eo quia eiſdem fere verbis vtitur tex. *in cap. requiſiuit infra hoc tit.* quinimmo & plura habet *tex. in præſenti* ad permiſſionem ſignificandam, ſed nemo negat *in d.c. requiſiuit* permitti peccatum ad euitandum maius, ergo idem dicendum eſt in hoc tex. Accedit

cedit

cedit etiam *cap.cum iam dudum, ad fin.de prabend.* vbi gloſſ.vit. & DD. notant tolerari in patientia, quod non Iure fit.

Nec difficultatem tollunt DD. prædictis locis dum aiunt propter vulgi opinionẽ falsò exiſtimantis periurium committere eos, qui recedunt à ſpõſalibus iuratis, ſummum Pont.in hoc tex.adhibuiſſe verbum, tolerantiæ, etenim contra eos aduerto quòd vel illa vulgi opinio tanquam vana contemni poterat, & potius oportebat errorem explicare, & tunc inepte Pontifex adhibet verba permiſſionis; aut illa vulgi opinio non poterat iuſtè contemni, & iam datur hic vera permiſſio alicuius mali. Rurſus confunditur DD. reſponſio eo argumento quod tex.ille quatenus lex eſt non præſentem tunc temporis opinionem vulgi, & cauſam particularem definiuit, ſed futuris ſponſalibus legem præſcribit, ergo quamuis vulgi opinio deficiat, oſtendit Pontifex non eſſe licitum in poſterum à ſponſalibus mutuo Iuramento confirmatis ſine cauſa recedere. Præterea ſic arguitur; ſi lex ad euitandum ſcandalum puſillorum credentium nõ licere ab eo iuramento recedere, iubet illud ſeruari, vt DD. volunt, iam & ratione præcepti Eccleſiæ id iuſte mandantis, & ratione ſcandali vitandi peccatum committit, ſiquidem & ſcandalum paſſiuum puſillorum in ijs, quæ non ſunt de neceſſitate ſalutis, ex præcepto vitari debet, *cap. 2. de noui oper. nunciat.* D.Thom.2.2.*q.*43.*art.*7.D.Antonin.*par.*2.*tit.*7.*cap.*4.Cou.*in c.quamuis pactum p.*1.*in princ. num.*4.Nau.*in man.cap.*14.*num.*30. Accedit quod hic tex. nihil aliud conſiderat quàm fidem, & iuramentum, ergo non agit de vitando ſcandalo, & vulgi opinione tunc exiſtente, ſed de vitanda occaſione in poſterum: quamobrem ſi verba legum propriè accipienda ſunt, concedendum eſt in hoc tex. conſtitutum eſſe eos, qui mutuo Iuramento ſponſalia contraxerunt, non poſſe ſine culpa recedere mutata voluntate propter Iuramenti religionem, & reuerentiam.

Quare dicendum puto in hoc tex. permiſſionem contineri non quatenus Iuramentum ibi ex ſua vi obliget, ſed quatenus violatur lex humana iubens ſeruari iuramentum, quod ſine diſpendio ſpirituali ſeruari poteſt, licet de ſe non obliget ad conſeruandam religionem ipſius, in hoc enim tex.præceptum ad futura continetur de ſeruando tali iuramento, & permiſſio conceditur facienda ſi cõtrahentes nolint ſe admittere ne deterius contingat, quo pacto recte ſenſit *gloſ.in præſenti*. Summi nãque Pontifices tantum detulerunt iuriſiurãdi religioni ne aut veniret in contemptum, aut periurijs daretur occaſio, vt ſtatuerint ſeruãdum eſſe omne iuramentũ, quod ſine diſpendio ſalutis ſpiritualis ſeruari põt, quamuis de ſe aliàs non obliget, conſtat hoc *ex cap. commiſſum, hoc tit.* & manifeſte *ex c. cum contingat de iuretur.* dum iuramentum mulieris, quod ex vi ſua nõ obligabat, ſeruari iubet, idq; euidentius apparet ex illis verbis, non vi, aut dolo, nã ſi iuramentum illud obligaret de ſe, plane Ius nõ tolleret obligationem iuxta *c.ſi vero, illo tit.de iureiur.* cum ergo iubeat ſeruari iuramentum nõ vi nec dolo præſtitum ne periurijs detur occaſio, ſequitur quod nõ ex vi ipſius iuramenti, ſed ex præcepto Eccleſiæ ad conſeruandam eius religionem eſſe adimplendum, idem colligitur *ex cap. quamuis pactum, de pactis lib.6. & ex c.verum §.cæterum, & ex c.debitores, de iureiur.* Nec refert quòd iuramentum factum parti ab ea remitti poteſt, etenim in alijs iuramẽtis, quæ ab vno tantum fiunt, & alteri acquiruntur, id planũ eſt, cæterum in iuramentis mutuis viciſſim factis, præſertim de Matrimonio contrahendo, non adeo manifeſtum apparet ex vtriuſque remiſſione obligationem diſſolui cũ ad id ſe partes videantur obligare ne ſine cauſa recedant, poteratq; vulgus, & nõ omnino imperiti exiſtimare contra iuramentũ facere eos, qui ſic receſſerint, & ideo non obſtãte mutuo diſſenſu iubentur hoc iuramentum ſeruare. Accedit quòd in eo materia ipſa publicam vtilitatem continet iuxta *l.*1.*ff.ſoluto matrim.* & interim dum ſponſi de religione non cogitant merito iubẽtur iuramentum ſeruare. Nec me monet exemplum ſocietatis in hoc tex. adductum, ſiquidem non agit Põtifex de ſocietate ſimplici, ſed de illa, quæ interpoſita fide, ideſt iuramento contracta fuit, quemadmodum enim in principio fides iuramentum ſignificat, ſic etiam in fine, & in hac iurata ſocietate eadem ratione affirmandum eſt, quòd niſi cauſa aliqua vrgens ſuperueniat, non poterunt ſocij recedere.

CAP. IVVENIS. III. *num.9.in fine*, & ex antiquioribus eandem ſententiam, quòd ſcilicet infans ante ſeptennium, qui ita precox natura ſit, vt plus ſapere videatur, quàm alij ſeptennes, ſponſalia ualida contrahat, tenent S.Thom.*in 4.diſt.27.q.2.art.2.ad 7.&* ibid.Sot.Ledeſm.2.4.*q.*45.*art.*2. qui aſſerunt ab omnibus receptum, S.Antonin.*p.3.tit.*1 *cap.*18.Armil.*verbo ſponſalia §.* 8. Pro qua ſententia hoc potiſſimum adducitur argumentum, quòd quemadmodum ad ſponſalia ætas ſeptem annorum conſtituta eſt, ſic ad matrimonium quatuordecim in maſculis, & duodecim in fœminis requiritur, vt probat *l.quæſitum ff.de ſponſalib.l.minorem 4.ff.de ritu nupt. cap.continebatur, de deſponſ.impub.* ſed in matrimonio malitia ætatem ſupplet. *tex in præſenti, & in cap.de illis 9.de deſponſat.impub. & in cap. vnic.§.*1.*eod.tit. lib.6.* ergo idem in ſponſalibus recipiendum eſt. Accedit quòd ideo ætas ſeptem annorum diffinita eſt, quia in ea iam ſapere incipiunt infantes, ſed hoc non contingit in omnibus eodem modo, & tempore, vt docet ex Ariſtot. & multis alijs Tiraq. *l.6.connub. a nu. 36.* ergo ſi appareat in aliquo ante illud tempus rationis vſus ſponſalia valerent. Rurſus quod parum diſtat, diſtare nihil videtur, vt ex Philoſopho dicit S. Thom. *vbi ſupra*. Poſtremo pro eadem ſententia expendit Iureconſ.*in l. in ſponſalibus 14.ff.hoc tit.* dum habet non eſſe in eis certam ætatem conſtitutam, quaſi velit magis ex vi naturæ, quàm ex lege id definiendum eſſe, ſed ſecundum naturam ſponſalia non ex annis, ſed ex prudentia, & aptitudine iudicantur, vt patet, ergo non oportet ſeptennium expectare.

Contrariam tamen ſententiam, quòd nullo pacto valeant ſponſalia ante completum ſeptennium, etiamſi malitia ætatem ſuppleat, probauit Pa-

nor. *hic num.* 2. & in eam magis inclinat Anch. *in præſenti*, Richard. *in 4. diſt. 27. quæſt. 2. art. 1.* Argent. *ibid. art. 4.* Durand. *quæſt. 3. art. 2.* Pro qua facit quia vbi lex certum tẽpus requirit etiam ad iudicandum prudentiam alicuius non poteſt vel per diem præueniri, vt probat *l. qua ætate ff. de teſtam. l. anniculus 134. ff. de verb. ſignif.* notat Abb. *in c. atteſtationes, de deſponſat. imp.* multa Tiraq. *de retract. tit. 1. §. 1. gloſſ. 11. num. 17.* Sed in ſponſalibus ſeptem anni requiruntur, ergo non licet eos præuenire. Secundò ratio, & finis à lege prætenſus non eſt in præcepto legis, ſed ſolum medium, atque ideo quamuis ipſa deficiat in caſu particulari lex non ceſſabit *l. proſpexit ff. qui, & à quibus. Clem. ad noſtram, de hæret.* S. Tho. *1. 2. q. 100. art. 9.* Sot. *de Iuſtit. lib. 2. q. 4. art. 4.* Cou. *in c. cum eſſes, num. 9. de teſtam. & lib. 4. var. c. 20. num. 11.* ergo licet in aliquo caſu contingat vt aliquis infans vſum rationis habere videatur ante ſeptennium, non ideo minus lex ſeruanda eſt. Tertiò obligatio in ſponſalibus ſimilis eſt alijs contractibus, ſed in alijs leges nolunt vt infantes ante ſeptẽnium, nec poſt niſi proximi pubertati ſint, obligentur *l. pupillus*, & ibi *gloſſ. ff. de regulis Iuris, gloſſ. in l. 1. ff. de donation. gloſ. in § pupillus, Inſtit. de inutil. ſtip.* ergo nec in ſponſalibus dabitur obligatio ante ſeptennium. Poſtremò colligitur hæc ſententia manifeſtè *ex cap. litteras, cum ſeq. de deſponſat. impub.* quo loco Pontifex in ardua & periculoſa quæſtione rogatus ait quod ſi is, qui cum infante contraxerat ante ſeptennium, matrem duxerit, valebit Matrimonium, quia ſponſalia non valuerunt, nec perſtiterunt impedimentum publicæ honeſtatis, & nõ curat ibi Pontifex an malitia puellæ infantis ætatem suppleret, quod omittere non poterat ſi id ad rem aliquid faceret, aliàs circumueniret partes, ſicut non omiſit in hoc tex. Pontifex etiam expendi leges Pontificias, quæ ſimpliciter, & abſolutè aiunt non valere ſponſalia ante completum ſeptennium, vt in toto *tit. de deſponſat. impub. & in cap. vnic. eod. tit. in 6.*

Nec obſtant communis ſententiæ argumenta, ad primum enim neganda eſt ſimilitudo inter matrimonium, & ſponſalia, in matrimonio enim expreſſum eſt à lege, vt malitia ætatem ſuppleat, in ſponſalibus contra. Rurſus in ijs, qui pubertati ſunt proximi euidentius apparet an ad matrimonium apti ſint, in infantibus non ita. Præterea Matrimonium grauis eſt res, & non oportebat aliàs naturali Iure validum à ſcientibus & potentibus factum limitatione temporis infirmari, & ideo aptitudinem ad matrimonium ſecundum naturam iudicari leges voluerunt, in ſponſalibus vero contrarium reperitur. Ad ſecundum reſpondetur dari in aliquo infante vſum rationis nihil aliud eſſe quàm ceſſare rationem legis in caſu particulari, quæ non ideo ceſſat, vt dictum eſt. Ad tertium quod in his, quæ certum tempus à lege habent, non dicitur parum diſtare, quod vel per diem diſtat, vt probat tex. *in d. l. qua ætate*, quia oportet legi ſatisfacere. Ad vltimum reſpondetur *d. l. in ſponſalibus* potius contra communem facere, ſiquidem licet tempore, quo Iuriſconſultus ibi reſpondit non eſſe lege aliqua taxatum tempus ad ſponſalia, id verum eſſet, poſtquam tamen eius reſponſum auctoritate Imperatoris vim legis accepit, ideo lege Ciuili cautum rectè dicimus ſponſalia ante ſeptennium contrahi non poſſe, quod leges Canonicæ paſſim habent. Deinde ℞. Iureconſultum ibi agere de lege ſponſali, quæ nondum erat, attamen ex legibus generalibus, quæ decreuerunt pupillum obligari non poſſe, etiam hæc quæſtio de ſponſalibus dirimebatur, & ſecundum has leges reſpondet ante ſeptennium ſponſalia non valere. Circa hunc tex. plures intellectus refert ingenioſe Baſil. Pont. *in ſuo nouiſſimo tract. de Sacramento Matrim. lib. 2. cap. 12. num. 7. cum multis ſeqq.*

CAP. DE ILLIS. V. *num. 5. poſt med.* ibi, nouæ recop. nouiſſime Baſil. Pont. *in tract. de Sacramento Matrim. lib. 12. cap. 15. num. 4.*

CAP. EX LITTERIS. X. *il 2. num. 4.* ibi, illam ducere. Pro hac gloſſæ ſententia præter illius fundamenta facit quia ſponſalia cum in matrimonium ordinẽtur, quod eſt vnius ad vnam Matth. *cap.* 19. tunc perfecta erunt quando promiſſionem vni tantum factam continebunt, ergo hæc pluribus facta non valet. Secundò ſi eſſent ſponſalia neutri earum, qui promiſit, poſſet nubere, etenim non poteſt dici quod magis contracta ſunt cum vna quàm cum alia, ſed vbicunque dantur ſponſalia, dummodo conſenſus non deficiat, datur impedimentum publicæ honeſtatis, quod impedit & dirimit matrimonium contractum cum conſanguinea ſponſæ *c. vnic. hoc tit. lib. 6.* ergo ſequitur quod ſi in hoc caſu ſponſalia contracta iudicantur, neutri nubere poterit, hoc autem eſt abſurdum, & implicat, ergo ſponſalia non ſunt, & perconſequens nulla ex ipſis naſcitur obligatio. Præterea quoties quis promittit pluribus capacibus, quibus obligatio acquiri poteſt diſiunctiuè, nulli eorum quæritur, & ſtipulatio nõ valet *l. item ſi ſeruus §. ſed ſi, cum ſeqq. ff. de ſtipulat. ſeruor.* ſic ſe res habet in propoſito, ergo hæc promiſſio non valet. Tandem pro hac parte eſt *d. c. vnic. §. 1.* vbi ex promiſſionibus incertis non naſcitur impedimentum honeſtatis, quaſi conſenſu careant, & obligatione, hæ autem ſunt incertæ, ergo, &c.

Ibid. eod. *num.* 4 ibi, inſimul, qui vnicum tantum pro ſe afferunt fundamentum, ſcilicet ſponſalia ſub conditione contracta valere, & ſequuta copula matrimonium fieri *cap. per tuas, de condit. appoſ.* Sed in hac promiſſione facta duabus ſororibus dãtur ſponſalia ſub conditione, ſcilicet ſi hanc, vel illam elegerit, ergo valent, & ſequuta copula Matrimonium efficiũtur Iure communi. Sed vltra hoc fundamentum ex dictis colligitur promiſſionem illam obligari & probatur efficaciter, quia promiſſio nuptiarum non differt ab alijs promiſſionibus quoad vim obligandi, ſed promiſſio facta duobus alternatiue valet, & vnuſquiſque ex illa agere poteſt, niſi vni tantum facta fuiſſet *l. ſi Titius 9. ff. de verbor. oblig. l. ex duobus 19. l. fin. ff. de duobus reis*, ergo ſic erit de ſponſalibus iudicandum. Quorum ſententiam vt apertiùs declarem fateor ex ea promiſſione non contrahi ſponſalia pura & perfecta, ſed ſub conditione eligendi, & interim dum pendet conditio, & electio non fit, non producunt

obli-

obligationem, vt contingit in omnibus actibus ſub conditione factis *l. cedere diem 213. ff. de verbor. ſignif. §. ex conditionali, Inſtit. de verb. oblig. cap. de illis, cum ſeqq. de condit. appoſit.* nec interim actus dici poteſt ſimpliciter *l. 1. ff. de donation.* vnde hoc idem dicendum eſſe arbitror de hac promiſſione facta duabus ſororibus, quod de cæteris conditionalibus, & alternatiuis, vt non producant ſtatim obligationem, nec impedimẽtum honeſtatis ex defectu conſenſus, ſed cum aut purificata fuerit conditio, aut ad certitudinem redacta promiſſio legitimis modis, ſcilicet per electionẽ promiſſoris, vel per litis conteſtationem, quoniã vbi quis promiſit duobus diſiunctiue, qui vocantur in Iure duo Rei ſtipulandi, elapſo tempore ad implementum conſtituto vnuſquiſque agere poteſt, vt dictum eſt, & cum lis conteſtata fuerit alium excludit, itaut non poſſit amplius promiſſor alterum eligere, ſed huic præciſe ſoluere teneatur, vt probat *tex. in d. l. ſi Titius*, & ibidem notant Alex. *num. 5.* Iaſ. *num. 2.* Bart. *in d. l. ex duobus, num. 3.* Paul. & Imol. *ad l. ſi Titio 19.* per tex. ibi, *ff. de legat.* 2. poteſt enim vſque ad conteſtationem promiſſor variare, & alteram eligere, poſtea vero nõ poteſt ex reg. *l. ſi inſulam 84. ff. de verbor. oblig.* & licet à principio neutri ex duabus ſororibus actio competat, quia tamen litis conteſtatione ſtatim naſcitur, auditur in iuditio ex *d. l. ſi Titius*, quam in hoc commendant DD. vbi ſupra; & communis hæc vltima ſententia hoc pacto explicata veriſſima eſt, & in iuditio ſeruanda. Argumenta vero pro prima, quam ſequuta eſt hæc gloſſa in præſenti, facile diſſoluuntur ſi reſpondeatur procedere pendente facultate eligendi, ſed electione facta à promiſſore, vel à lege per litis conteſtationẽ, argumenta ceſſant, & impedimentum publicæ honeſtatis naſcitur, quod ſi conditione, vel eligendi facultate pendente promiſſor alij nubat peccabit iuxta reg. tex. *in l. qui balneum 9. ff. qui potiores in pignore*, Abb. & Præpoſ. *in cap. ſuper eo, de condit. appoſit.*

CAP. COMMISSVM. XVI. *num. 2. in princip.* ibi, tenent, plures DD. ex quibus communis eſt ſententia, quæ primò ſic probatur. Maius præiuditiũ reperitur, & fortius vinculum in Matrimonio de præſenti, quàm in ſponſalibus iuratis, at Matrimonium religione diſſoluitur, ergo & ſponſalia. Maior probatur, quia per Matrimonium acquiritur ius indiſſolubile ad vſus matrimoniales, ex ſponſalibus verò tantum obligatio ad contrahendũ. Minor probatur *ex cap. verum, & ex c. ex publico, de conuerſ. coniug.* conſequentia bona eſt. Deinde ſi is, qui iurauit contrahere teneretur ſeruare Iuramentum propter partis præiuditium, teneretur etiã manere in matrimonio, hoc autem falſum eſt, & abſurdum, ergo, &c. Maior probatur, quia is, qui iurauit nubere cenſetur iuraſſe cum effectu, & in matrimonio permanere, vt ex natura rei conſtat, & ex D. Thom. colligit Sotus loco citando, ergo contrahendo eo animo vt ſtatim relinquat, & religionem ingrediatur iam non ſeruat iuramentum iuxta intentionẽ iurantis, & acceptantis contra *cap. quicumque 22. quæſt. 5.* conſequentia bene colligit. Præterea ſi teneretur ſeruare iuramentum aut eſſet ex ui ipſius, vt reddatur Deo, aut propter partis præiuditium, ſed neutrum dici poteſt, quod ſic probatum. Iuramentum non poteſt impedire melius bonum, nec opera conſilij, etiamſi in eo iam exprimantur; vnde ſi quis iuraſſet non ingredi religionem vſque ad certum tempus, non commodare, non fideiubere, licet iuramentum ſeruare potuiſſet, quia nullo præcepto ad illa opera tenetur, attamen iuramentum non obligaret quaſi boni impeditiuum *cap. vlt. 22. q. 5.* quod ſic declarant Palud. *in 4. diſt. 38. quæſt. 2. art. 1. col. 4.* Abb. *in cap. ſi vero num. 6. de iureiuran.* Turrecr. *in cap. ſi aliquid 22. quæſt. 4.* Sot. *de tollendo Iuramentorum abuſu cap. 9. ad fin.* Cou. *in cap. quamuis pactum par. 1. §. 6. num. 7.* ergo iuramentum quatenus Deo reddendum eſt, ex ui ſua non impedit quominus ſpõſus ſtatim poſſit religionem ingredi: quod vero nec partis præiuditium ex eo patet quia nullum mulieri fit præiuditium ſi non adimpleatur illud, quod ſtatim reuocari debet, & quod ipſa nõ poſſet impedire, nec ſine peccato ſponſum à meliori bono, vel per momentum retardare, ergo nihil eſt quod impediat. Denique fornicatio, lepra, inimicitia & aliæ cauſæ ſuperuenientes diſſoluunt ſponſalia propter defectum intentionis *ex cap. quemadmodum, de iureiur.* ergo à fortiori religio. Ex quibus fundamentis ſponſalia iuramento confirmata per Religionem diſſolui tenent gloſſ. Innoc. Abb. *n. 4.* Præp. *n. 5. in præſenti*, Palud. *diſt. 28. q. 1. ad fi.* Riechard. *diſt. 29. art. 2. q. 4.* Menoch. *de arbitr. caſu 455. num. 10.* nouiſſimè Baſil. Pont. *de Sacramento Matrim. lib. 12. c. 5. à princip.* vbi *n. 2.* quærit an per ſolum ingreſſum, an vero profeſſio expectanda ſit. Quamuis eum, qui iuramẽto promiſit contrahere Matrimonium, teneri prius contrahere, & non poſſe ante contractum Matrimonium ad religionem tranſire, teneant Sot. Ledeſm. Nau. & alij, quos refert, & ſequitur Rebell. *de oblig. Iuſtit. lib. 4. de Matrim. q. 8. ſect. 6. concl. 2.* intelligentes per illa verba tex. tutius eſſe, non explicari conſilium, ſed neceſſitatem, quos tamen cum iuditio reprobant Sanch. citato loco, & Baſil. Pont. *d. lib. 2. c. 10. num. 11.*

Ibid. eod. *n. 2. in med.* ibi, videtur itaque, Caniſ. *in præſenti*, Baſil. Pont. *d. lib. 12. c. 10. nu. 12.*

Ibid. eod. *num. 2. in fine*. Vel potius tentari poteſt Summos Pont. tantum detuliſſe iuriſiurãdi religioni, vt ſæpe iubeant illud ſeruari in caſibus in quibus non obligat, ne alij occaſionem peierandi accipiant, neue ſcandalizentur exiſtimantes iuramentum violari. Vnde cum votum Religionis conſilij ſit, & non præcepti, recte conſtitutum fuit ad euitandum ſcandalum puſillorum, & propter reuerentiam Iuramenti, vt licet in hac ſpecie non impediret religionem de ſe, ſeruaretur tamen quatenus fieri poterat. Qua ratione tutius dicitur in eo tex. ſcilicet ne forte alij occaſionem accipiant peierandi, aut ſcandalizentur, ſicque verbum, tutius, præſupponit de ſe tutum eſſe ſtatim religionem ingredi, niſi ex prædictis cauſis perfecta charitas contrarium ſuaderet, quæ maxime in eo conſiſtit, vt opera conſilij differantur propter ſcandalum paſſiuum ignorantium iuxta *cap. 2. de noui operis nunciat.* reſoluit S. Thomas

2. 2. *quæſt.43. art. 3.* Albertin. *in libro de ſecreto à n.236.* Caſtro *lib.1. de iuſta hæreticorum punit. c.20.* tradunt noſtri *in cap. Deus, qui, de vita, & honeſt. cleric.* & ita hunc tex. in effectu intelligunt gloſ. hic, cuius opinionem recipiunt Panor. & Cuiac. etiam *in præſenti*, Richar. *in 4. diſtin. 29. art. 2. q. 4.* Sot. & Henriq. quos refert Baſil. Pont. *d. lib. 12. c. 10. nu. 9.* Nec oberit ſi quis dicat Summum Pont. potius debuiſſe declarare Iuramentum in ea ſpecie non obligare, prout fecit *in cap. ex parte, de clericis non reſid.* Reſpondetur enim ex ea declaratione nõ ceſſare occaſionem periurij, aut ſcandali in ignorantibus, atque ideo negligitur periculum credendi iuramentum in ea ſpecie obligare ad euitandam aliã maioris mali occaſionem, & bonum conſequendum conſeruandæ religionis iuramenti, vt cum videant homines Eccleſiam velle ſeruare iuramenta, quæ de ſe non obligant, intelligant quanta in veneratione haberi debeant; quod ſi quis dicat non debuiſſe illud fieri in hac ſpecie cum diſpendio boni ſpiritualis dum religio differtur, reſpondetur maiorem eſſe charitatem propria bona, & opera perfectionis differre propter ſcandalum puſillorum, & in eo plus mereri eum, qui proximi vtilitatem ſuis commodis antepoſuit, vt reſoluunt D. Thom. & alij vbi ſupra.

CAP. REQVISIVIT. XVII. *num. 2. in fine.* Sed adhuc ratio illa, quam in prçcitatis verbis reddit Pontifex videbatur inepta cum coactio, quæ fit auctoritate Legis, & Iudicis iuſta præſumatur, & libertatẽ non tollat ex multis, quę congerunt Sanch. de *Matrim. lib. 4. diſp. 13. à num. 3.* & nouiſſime Baſil. Pont. eod. *tract. lib. 4. cap. 19. à num. 7.* Nec ſatiſfacit recepta doctrina Butrij in præſenti dicentis eam coactionem libertatem tollere, quæ fit à cauſa extrinſeca, quæ vero ab intrinſeca, ſcilicet ab ipſo conſenſu contrahẽtium, libertatem non tollere, ſicut etiam quando quis in periculo mortis conſtitutus votum emiſit, *cap. litteraturam, de voto*, ac proinde cum coactio in hoc tex. proueniat ab obligatione mulieris, & à Iudice non tollit libertatem,

Ego tamen verũ credo in hoc propoſito curandũ non eſſe verum coactio proueniat ab extrinſeca, vel intrinſeca cauſa, ſed tantum vtrum fiat ex cauſa iuſta cum debita moderatione, nam ſi ſic fiat, auget potius libertatem, quàm minuit, dummodo id impellat, quod ſub peccato mort. quis facere tenetur, quando enim iuſte metus infertur non extorquetur conſenſus iniuſte, nec per iniuriam, & is, qui cogitur, non eſt rationabiliter inuitus, quandoquidem iure cogitur, & ille in non parendo recedit à Iure, & æquitate, vt optime conſiderat Baſil. Pont. *loco cit.* vbi ad plura infert. Sin autem cogendi cauſa iuſta non ſit vel ſi in eo metu inferendo etiãſi iuſtam originem habuerit, aliquid ſit contra bonos mores, aut non adhibeatur cum debita moderatione coactio libertatem tollit, vt optime probat Baſil. Pont. *loco citato*, vbi infert ad plura notabilia. Et ideo cum ſuppoſita mulieris contumacia nimia coactio inuitas faceret nuptias, & eſſet occaſio maioris mali, planè erat iniuſta, ſicut quodlibet præceptum legis, aut Iudicis, quod cum probabili periculo maioris mali minus cogit euitare, & hac de cauſa recte Pontifex ait, quia libera debeant eſſe Matrimonia.

Vnde ex dictis infertur ſponſos teneri præciſe nubere, vbi ad id cauſa iuſta cogi poſſunt, nec ſatiſfacere ſoluendo intereſſe, nam cum promiſſio per leges approbata obliget ad præſtandũ id, quod promiſſum eſt, & in ſponſalibus nuptiæ ſint promiſſæ, non vero id, quod intereſt, ſequitur quod nuptiæ ſunt præcisè in obligatione; accedit quod ex *cap. ex litteris, & ex cap. ſicut, hoc tit.* aperte colligitur hanc obligationem eſſe præciſam ad contrahendũ: ita Præp. *num. 7. in d. cap. ex litteris*, Abb. *in cap. 1. num. 7.* & Felin. *nu. 8. hoc tit.* Corraſ. *lib. 2. miſcelan. cap. 3. in fine.* Angel. *verbo ſponſalia num. 21.* Porrò ſi ſponſalia iuramento confirmentur inter omnes conuenit præciſe obligare, eſt enim recepta concluſio, quod omnis promiſſio faciendi ſi iuramento vallata ſit, obligat præciſe, vt probat *gloſ. verbo neceſſe habeas in l. ſi pecuniam ff. de condict. ob cauſam*, quã ibidem receptã aſſerit Iaſ. *n. 33.* Alex. *n. 27* Duaren. *in fine ad l. ſtipulationes non diuidantur ff. de verbor. obligat.* Abb. *in cap. veniens num. 7. de iureiur.* Rip. *in cap. 1. num. 59. de iudic.* Præp. *vbi ſup.* Con. *in cap. quamuis pactum par. 1. §. 4. nu. 6.* Aym. *conſ. 12 num. 2.* Menoch. *de arbit. caſu 336. num. 31.* & hoc probant auctoritate *cap. vlt. ne Prælati vices ſuas*, & quia Iuramentum in forma ſpecifica ſeruandum eſt *cap. ad noſtram, de iureiur. &* ibid. Abb. *num. 2.* idem Abb. in *cap. per tuas, num. 13. de arbit.* non ſeruatur autem in forma ſpecifica ſi loco facti promiſſi æquiualens pecunia ſoluatur; quamuis huiuſmodi Doctorum fundamentum Iuris principijs conſentaneum non ſit, vt alibi oſtendam, ſponſalia tamen præciſam habere obligationem cum eiſdem libenter fateor.

CAP. IN PRÆSENTIA. XIX. *num. 2. prope fin.* ibi, *dub. 46.* nouiſſime Baſil. Pont. *in ſuo tract. de Sacramento Matrimonij lib. 7. cap. 53.*

Ibid. *num. 4. in fine.* idem repetit ipſemet Baſil. Pont. *d. tract. de Sacramento Matrimonij lib. 7. cap. 53. num. 5. & num. 6.* colligit ſecundum Matrimonium non poſſe valide contrahi cum dubio de morte prioris viri, nam donec certus ſit nuncius inhabilis eſt: vnde etiam exiſtimat textũ *in c. dominus, de ſecundis nupt.* correctum eſſe per tex. in præſenti, quatenus in illo tex. colligitur valere Matrimonium initum cum dubio de morte viri.

Ibid. *num. 6. in fine.* Vnde Baſil. Pont. *d. lib. 7. cap. 53. num. 7.* reſoluit quod ſi fortaſſe credens allato nuncio ſecundum inierit Matrimonium, ac poſtea maritum viuere reſciuerit, planum eſt nec poſſe petere, nec reddere debitum ſecundò, ſed ſeparari debere, ad prioremq. reuerti. At ſi dubitet probabiliter, ac pendeat animo an vir eius viuat, exigere quidem non poteſt; nam in exigendo animum à dubitatione probabili non auertit, & dubitatio, quæ viro non debet obeſſe, ipſi noceret: reddere autem poteſt, quia in reddendo valet dubitationem excludere ex eo dictamine ne noceat, aut lædat ius ſecundi viri.

CAP. SICVT. XXII. *num. 2. in princip.* ibi, vt per, Baſil. Pont. *in tract. de Sacramento Matrimonij lib. 12. cap. 13.*

Ibid.

Digitized by Google

Ibid.*num.4.* ibi,*verſ.7.* Baſil. Pont.*d.lib.12.c.16. à princ.*

CAP. TVAE FRATERNITATI. XXV. poſt *n.2.* Et ita vt ea, quæ breuiter dicta ſunt, diſtincte, & copioſius explicentur, dicendum puto quod vel agitur de matrimonio contrahendo, vel de eo iudicando per Eccleſiam, priori caſu matrimoniũ fit mutuo conſenſu contrahentium inter eos quouis modo expreſſo ſiue verbis, ſiue ſignis, quæ ipſi etiam ſoli intelligant, etenim quatenus contractus conuentionem requirit, quatenus Sacramentum ſignum ſenſibile, in hoc autem caſu vt matrimonium re vera fit non requiritur vt conſenſus exprimatur per verba, aut ſigna, quæ alij intelligant, aut per quæ Eccleſia iudicet conſenſum inter eos, ſed ſatis eſt vt ipſis contrahentibus de conſenſu conſtet in terminis Iuris communis ante Concil. Trid. & hoc eſt quod vult *tex. in præſenti*, dum ait matrimonium in veritate contrahi per mutuum conſenſum hoc inter ipſos contrahentes quouis modo declarato, licet inde Eccleſia iudicare non poſsit, vt ſi inter ſe ſtatuerent tunc contrahere, cum alter alteri manum oſtenderit, certè eſſet inter eos verum matrimonium, non tamen altero negãte poſſet Eccleſia ex illo ſigno matrimonium iudicare, & hoc caſu procedũt argumenta omnia tàm à Theologis, quàm à noſtris adducta, quibus nituntur probare verba non eſſe neceſſaria ad matrimonium ſcilicet faciendum. Poſteriori vero caſu quàndo agitur de iudicando matrimonio per Eccleſiam diſtinguendum eſt inter mutos, & eos, qui loqui poſſunt, muti enim matrimonium ſignis contrahunt, & ſufficienter declarant, itaut ab Eccleſia iudicetur *d. c. cum apud, hoc tit.* inter illos autem, qui loqui poſſunt non aliter Eccleſia verum matrimonium iudicauit quàm ſi mutuum conſenſum verbis conſuetis expreſſerint, vel alijs id communiter ſignificantibus, & hoc eſt quod inquit tex. *in præſenti*, dum ait, verba eſſe ad Eccleſiam neceſſaria, ſcilicet vt Eccleſia iudicet matrimonium eſſe contractum, quod etiam colligitur ex *cap. pen. hoc tit. &* ex *cap. licet, de ſponſa duorum*. Quorſum enim toties Iura repeterent verba eſſe neceſſaria ſi alia ſigna ſufficerent ad iudicandum, dubitare aliquis poſſet, ſed communiter tradunt DD. hoc fieri propter vehementem ſuſpitionem quod non conſentiunt illi, qui cum poſſint verbis paucisſimis ſuam voluntatem explicare, ea adhibere noluerunt, vt conſiderãt Speculat. *coniug. p. 1. art. 3.* Sot. *in 4. diſt. 27. q. 1. art. 3. verſ. ex huiuſmodi.*

Intellige verba hæc accipienda eſſe non ſolum illa, quæ actuali voce proferuntur, ſed etiam quæ per litteras, vel nuncios explicantur, quoniam in materia fauorabili, prout eſt matrimonium *ex c. vlt. de re iudic.* verba accipiuntur etiam per ſcripta, vel per nuncios dicta quaſi per inſtrumenta, vt reſoluunt communiter DD. *in l. 1. in princ. ff. de verb. oblig.* vbi Alciat. *num. 20.* & Pariſ. *num. 21.* In aliquibus tamen caſibus Eccleſia matrimonium ſine verbis non iudicat directe quaſi ex certis probationibus, ſed ex cauſa præſumit ex coniecturis vt in *cap. is, qui fidem, inf. hoc tit.* ex hoc caſu audiendi ſunt DD. diſtinguẽtes inter matrimonium verum, & præſumptum, quos refert Præp. *in præſenti n. 3. in princip.* ſic etiam videtur docuiſſe Cathec. *tit. de matrimon. verſ. ex his.* Oportet autem vt verba talia ſint, quæ ſecundum communem loquendi vſum ſignificent conſenſum de præſenti. Eccleſia enim ex communi vſu verba accipit, vt probat tex. in *d. c. pen. & in d. c. licet*, facit doctrina Bart. *in l. Labeo n. 5. ff. de ſupell. leg.* quam exornat Soccin. iun. *conſ. 19. lib. 2.* Cou. *lib. 3. vari. c. 5. num. 1.* Menoch. *de arbitr. caſu 489.* Vnde nec verba de futuro iuramento confirmata ſufficiunt, vt otioſe videntur diſputare Theologi *in 4. diſt. 28. q. 1.* Neque verba, volo te habere, vel habebo in vxorem, vel non habebo aliam niſi te, matrimonium per ſe probant, vt late poſt multos ſcribit Menoch. *de arbitr. caſu 496. n. 19.* Procedunt autem prædicta omnia Iure communi, quo inſpecto matrimonium contrahebatur mutuo conſenſu inter coniuges tantum ſignificato. Hodie vero tàm ad faciendum matrimonium, quàm ad iudicandum per Eccleſiam oportebit vt conſenſus coram Parocho, & duobus, aut tribus teſtibus exprimatur, itaut intelligatur ab omnibus iuxta decretum Concil. Trid. *ſeſſ. 24. de reform. matrim. c. 1.* ibi, qui intellecto ipſorum conſenſu, & rurſus dum Parochum, ac teſtes ad validitatem matrimonij requirit neceſſario præſupponit ita eſſe exprimendum conſenſum, vt ipſi intelligant, & iudicent. Vnde verba ab his, qui loqui poſſunt in communi vſu, & ſigna in mutis ſecundum communem eorum ſignificationem accipientur.

CAP. GEMMA. XXIX. poſt *n. 5.* Quæſtio difficilis eſt, vtrum ſponſi, qui fidem datam non ſeruant, vel ob nimiam contumaciam iuxta *cap. requiſiuit ſup. hoc tit.* aut quia alij nupſit, ad pecuniam, vel intereſſe conueniri poſſit? & quid etiam in foro conſcientiæ debeatur? Hanc quæſt. tetigi *in collect. ad cap. tuam n. 4. de ordine cognit.* vbi eam ſequutus ſui ſententiam, quæ dictat hoc caſu nulla damna, & intereſſe peti poſſe cum Abb. & Fr. Baſilio Pontio, quos ibi citaui, nunc vero vt illius ſolutio clarior appareat à primordijs rem petendo, inueni *gloſ. verbo matrimonia ad fin. in l. Titia 134. ff. de verb. oblig.* quæ affirmat ſponſum ad intereſſe poſſe agere, quam incaute teſtatur communiter receptam Coſta in *l. cũ tale §. ſi arbitratu limit. 5. ad finem*, & idem videtur velle alia *gloſ. in l. 2. ff. hoc tit.* Dyn. & Salic. *n. 5. in l. 1. C. eodem*, ſi actione de dolo, vel in factum actum ſit, quorum fundamenta ſunt ſequentia. Primũ eſt quod in ſtipulationibus facti poſt moram agitur ad intereſſe Corraſ. *lib. 2. miſcel. cap. 3.* Dyn. *in reg. mora, de regulis Iuris lib. 6.* Xuar. *ad l. poſt rem iudicatam limit. 4. ad l. Regni n. 9.* ſponſalia vero ſtipulationem facti continent *ex d. l. 2.* ergo ex ipſis agi poterit ad intereſſe. Secundũ arrhæ peti poſſunt *l. vlt. C. hoc tit.* ergo & intereſſe. Tertiũ pœnæ legales à matrimonijs non prohibentur *l. ſi ita ſtipulatio facta 19. ff. de verb. oblig.* intereſſe autem eſt pœna legalis vt docet Bart. *ad l. cum ſtipulatus num. 4. ff. eod.* ergo debebitur. Sed hæc ſententia defendi non poteſt, & melius contrarium probat *gloſſ. verbo ſororem in l. ſi ſtipuler ff. de verbor. ſignific.* vbi Alexan. *numer. 7.* teſtatur communem ſententiam, eandem probat Bart.

num. 3. Iaſ. 17. *in d. l. Titia* Abb. hic *in fine*, & Præp. *num.* 11. ſentit Palat. *in repet. cap. per veſtras, de donat. inter virum* §. 68. *à num.* 4. Coſta *vbi ſupra*, qui omnes eo tantum nituntur fundamento, quod pœnalis ſtipulatio in ſponſalibus, & matrimonio prohibetur, quia libertatem infringit *d. l. Titia*, & *tex. in præſenti*, Intereſſe autem eandem habet rationẽ, quia non minus quàm pœna cõuentionalis libertatẽ minuit metus ipſius præſtandi, & aliqñ plus eſſe poterit in eo, quàm in pœna, ergo peti non poterit.

Ego vero communẽ ſententiam in eo ſequendam iudico, quod exiſtimem ex ſponſalibus non poſſe agi ad pecuniã, hoc eſt ad æſtimationem facti promiſſi, aut circa rem, fundamentum vero Doctorum ex *d. l. Titia*, & ex *tex. in præſenti* penitus improbo; etenim illa Iura ad noſtram ſpeciem trahi non poſſunt, tum quia intereſſe non habet rationem pœnæ, non etiam quia licet habeat, prædicta Iura non improbant omnem pœnam, ſed illam tantum, quæ abſolute ponitur ne quis à ſponſalibus, ſeu matrimonio recedat etiam ex cauſa iuſta, quando per leges permittitur. Vnde non habent locum quando pœna opponitur ne quis recedat ſine cauſa, idque manifeſta ratio demonſtrat in prædictis legibus expreſſa de libertate matrimonij, quæ ſanè tunc infringitur cum quis metu pœnæ inuitus cogitur, aut matrimonium contrahere, aut in eo permanere caſu, quo per leges non tenebatur, ſed iuſte, & libere poterat recedere. Inſuper eundem intellectum probat *d. l. ſi ita ſtipulatio*, vbi ſtipulatio ne quis diuertat à matrimonio ſine cauſa improbatur, non quia libertatem minuit, ſed quia inquit tex. contẽti eſſe debemus pœnis legibus comprehenſis, quin imo addit in fine, quod ſi ſtipulatio non exeedat pœnam legalem valebit, atque ita probat ille tex. duo prius quòd cùm *d. l. Titia*, & *tex. in præſenti* prohibeant ſtipulationem, quæ minuit libertatem, illam certe prohibent, quæ vetat etiam ex cauſa recedere; poſterius quod ſtipulatio pœnalis, per quam quis adſtringitur ne recedat à matrimonio ſine cauſa, valet quando non excedit pœnas legis, & ſic prædicta Iura tantum habent locum in ſtipulatione indiſtincta, & abſoluta, quod etiam aperte probat *d. l. vlt. in fine C. hoc tit.* vbi valet ſtipulatio ne quis à ſponſalibus ſine cauſa recedat. Atque ideo vera ratio, ob quam intereſſe intrinſecum, vel circa rem peti non poteſt, eſt quia in hac promiſſione non reperitur in ipſo facto promiſſo aliquid, quod æſtimationem recipiat, quia id, quod principaliter promittitur eſt matrimonialis coniunctio, quæ æſtimationem non patitur. Dos vero, nec eius æſtimatio peti poteſt, primò quia non eſt principaliter in promiſſione nubendi, ſecundo quia non habet cauſam lucratiuam, ſed onerosum *l. vlt. §. ſi à ſocero ff. quæ in fraude cred.* & datur pro oneribus matrimonij *l. pro oneribus C. de Iure dotium*, & frequenter non ſufficit *cap. ſalubriter, de vſuris*.

Rurſus etiam à communi ſententia recedendum puto in eo quòd aliquando intereſſe extrinſecum ſaltem damni emergentis ex ſponſalibus peti poſſe cenſeo, vt ſi magnis ſumptibus nuptiæ præparatæ ſint, vel veſtes, aut aliam ſupellectilem ſponſus emat, aliàs non facturus, vel ſi in obtinenda diſpenſatione alicuius impedimenti expenſas fecerit, quo caſu, qui ſine cauſa receſſerit, ad intereſſe conueniri poterit, nec actione de dolo, aut in factum, vt poſt alios contendit Salicet. *in l. 1. C. de ſponſalib.* Abb. & Præpoſ. *vbi ſupra*, ſed etiam ex ipſa promiſſione, & contractu, tenetur enim vnuſquiſque reſarcire damnum, quod culpa ſua datũ eſt *l. 1. ff. ad leg. Rhodiã, c. vlt. de iniur. Exodi* 21. dedit autẽ culpa ſua damnũ ſpõſa, quæ ſine iuſta cauſa fidẽ fregit in prædictis caſibus, ergo tenebitur. Præterea quoties intereſſe intrinſecũ non reperitur in promiſſione extrinſecũ peti põt *l. nimis ff. ſi certũ petatur, l. 3. §. ſi per venditorẽ ff. de action. empti*; hic autem non reperitur intereſſe intrinſecum, vt dictum eſt, ergo extrinſecum damni emergentis recte petitur. Item ſi peti non poſſet, aut repugnaret rationi, aut legi, ſed conuenit rationi ex dictis, legi non repugnat, quia leges à DD. adductæ agunt de pœnis diuerſo caſu appoſitis, ergo nihil impedit quominus ex ſponſalibus ad prædictum intereſſe agatur, & perconſequens non erit locus actioni de dolo, vel in factum, quæ cum in ſubſidium dentur, vbi omnes aliæ deficiunt iuxta *l. 1. in princip. & in §. ſi quis ff. de dolo*, & hic reperiatur actio ordinaria ex ſponſalibus prædictæ non competent. Doctores enim ex eo decepti ſunt, quod crediderint omnem actionem ex ſtipulatione ad pœnam, vel ad intereſſe in hac materia prohiberi, quod ſuperius improbauimus. Denique illud etiam contra DD. aſſero pœnam conuentionalem hodie in ſponſalibus apponi poſſe ne quis ſine iuſta cauſa recedat, quod vltra ſupradicta ex eo conuincitur, quia illa tantum ſtipulatio prohibetur, quæ à matrimonio ſine cauſa prohibet recedere ſi excedit pœnas legis *d. l. ſi ita ſtipulatio*, ſed vbi quis à ſponſalibus iniuſte recedit arrhis non datis, à lege pœnam non habet, ergo in ea ſpecie conuentionalis rectè ſuſtinebitur, quod manifeſte probat *d. l. vlt. in fine C. hoc tit.* & faciunt quæ Abb. Præpoſit. & Palat. *dictis locis*. Quæ omnia locum habent etiam in foro Cõſcientiæ in quo intereſſe damni emergentis ſemper debetur, lucri vero ceſſantis ſi certũ ſit iuxta communem ſententiam *in cap. 1. & in cap. conqueſtus, de vſur.* Syluest. *verbo vſura* 1. *q.* 19. Sot. *de Iuſtit. lib.* 6. *q.* 1. *art.* 3. Nau. *in man. cap.* 17. *num.* 211.

CAP. IS, QVI FIDEM. XXX. *n. 2. in princip.* ibi, vt per, D. Thom. in 4. *diſt.* 28. *q. vnic. art.* 4. Ricchard. *ibid. art. 1. q.* 3. Sot. *diſt.* 27. *q.* 1. *art.* 4. Ledeſm. 2. 4. *q.* 48. *art.* 2. Syluest. *verbo matrimonium* 2. *q.* 15.

Ibid. poſt eund. *n.* 2. Quæ quidem principalis concluſio ex hoc tex. deſumpta probatur ſic. Matrimonium vel ex verbis, vel ex facto, aut alijs ſignis iudicari poteſt in foro exteriori, cũ Eccleſia de occultis non iudicet, ſed externas probationes, & coniecturas ſequatur, D. Th. *d. q. vnic. ar.* 2. at qui nullum videtur factũ aut melior coniectura cõſenſus, quã ſi poſt ſpõſalia ſponte ſe immiſceãt, quia niſi ſponſos in eo facto maritalem animum habuiſſe exiſtimemus, oportet delictum graue contra diuinũ præceptum præſumere, & iniuriam ſponſę illatam; iubent enim diuinæ, & humanæ leges dubia in meliorem partem interpretari, & delicti ſuſpitionem euitari quoad fieri poteſt, Matth. *cap.* 7. nolite iudicare,

gloſſ.

gloſſ. in Paul. ad Roman. 14. circa illa verba, qui non manducat manducantem non iudicet, D. Thom. 2. 2. *q. 60. art. 4.* & ibi Caiet. in hac re legendus, *l. merito, ff. pro ſocio*, docet Bart. receptus *in l. non ſolum, 9. ſed vt probari, ff. de noui oper. nunciat.* Alciat. *de præſumpt. reg. 3. præſ.* 1. Hippol. *ad l.* 1. *num. 68. C. de ſiccar.* Soccin. iun. *conſ. 76. num. 66. lib.* 1. Aym. *conſ. 151. num.* 18. Roland. *conſ. 11. num. 30. lib. 2.* Ergo, &c. Confirmatur hæc Iuris præſumptio ex eo, quia cum nubendi promiſſio præceſſit non inepte videtur Eccleſia iudicare animo adimplendi promiſſionem copulam fuiſſe ſubſequutam; confirmatur etiam optimo ſimili à ſpirituali matrimonio in quo votum ſolemne, & legitima profeſſio iudicatur ſi aliquis ſe actibus profeſſorum immiſceat iuxta *c. vidua, & cap. vlt. de Regular.* ergo cum ſponſi immiſcent ſe actibus matrimonialibus, recte videntur matrimonium contraxiſſe.

Sed tamen aduerſus hanc interpretationē, & præſumendi cauſam inſurgunt nonnulli inter quos eſt Maior, & alij, quos refert Sot. citato loco negantes matrimonium potuiſſe ab Eccleſia iudicari ad euitandam delicti præſumptionem, mouenturq; primo ex eo quòd actus mali, ſeu prohibiti licet aliquo caſu defendi poſſint, in malam partem interpretandi ſunt, vt probat tex *in l. 1. C. de ſiccar. & in cap. 1. de præſumpt.* Felin. *in cap. cum delicti num. 2. de accuſat.* Abb. *in cap. 1. num. 7. de cleric. non reſid.* Deci. *in cap. in præſentia à num. 14. de probat.* at qui accedere ad ſponſam malum eſt, & prohibitum, quoniam etſi animo maritali fiat, contrahitur matrimonium clandeſtinum, quod peccatum mortale eſt contra Eccleſiæ prohibitionem, de qua *in tit. de clandeſt. deſponſat.* & ſynodalibus conſtitutionibus incurritur excommunicatio, item peccatum ſcandali dum accedit ad eam, quæ ſua eſſe non creditur, ergo fruſtra Eccleſia ad excludendam delicti ſuſpitionem matrimonium iudicat. Deinde contra hanc interpretationem, & præſumendi cauſam à DD. excogitatam eſt *cap. vlt. hoc tit.* vbi conatus ad copulam non facit vt ex ſponſalibus matrimonium iudicetur, cum tamen eadem excludendi delicti ratio in eo caſu detur.

His tamen non obſtantibus retinenda eſt communis ſententia, & aſſerendum Eccleſiam dum matrimonium contractum iudicat delicti præſumptionem euitare, tum quia S. Thom. & omnes Theologi in propoſito aſſerunt non peccare ſponſos, qui animo maritali ſe immiſcuerunt, tum quia actus ille dubius in iudicio Eccleſię poſitus in meliorem partem debuit aſſumi. Fatemur tamen illam præſumendi cauſam fortaſſe non fuiſſe ſolam, ſed etiam eam quòd cum præceſſerit promiſſio non per iniuriam, ſed animo adimplendi id feciſſe exiſtimantur. Argumenta vero in contrarium adducta facile refutantur, ſi ad prioris ſolutionem dicatur copulam inter ſponſos animo maritali poſſe conſiderari, aut per ſe, aut ſecundum leges, aut per accidens ex aliqua circumſtantia, & humana prohibitione. Priori modo nullius culpa eſt accedere ad ſponſam, & ſic accipienda eſt præſumptio illorum Iurium, & doctrina D. Thomæ; Actus enim per ſe conſiderantur, & iudicantur à lege, non vero ex circumſtantijs, & accidentibus, niſi lex id declaret. Vnde licet fateantur dari in ea copula peccatum aliquod, aut rationē ſcandali, aut humanæ prohibitionis, non inde aliquid ſequitur contra principalem huius tex. concluſionem. Rurſus in confeſſo eſt quod quemadmodum in dubio non licet peccatum præſumere, ſic etiam ſi neceſſario præſumendum ſit, minus credere oportet, hoc enim, & proximi dilectio poſtulat, & fatentur DD. præcitati, & colligitur ex *l. ſi Præſes 32. ff. de pœnis*, & probat ex alijs Soccin. *in l. cum quæritur in fine, ff. de rebus dub.* Aym. *conſ. 6. num. 69.* Roland. *d. conſ.* 11. *num.* 37. at qui dum lex præſumit copulam animo maritali maius delictum effugit contra legem diuinā, & minus ſuſpicatur contra legem humanam, ergo licet admittamus aliquam in eo caſu culpam eſſe præſumendam, non propterea argumentum conuincit. Tandem vt omnem culpæ ſuſpitionem ab eo actu remoueamus, & defendamus ſententiam D. Thomæ aſſerentis ſimpliciter non peccare ſponſos, qui animo maritali ſe immiſcent, dicendum eſt prohibitionem Eccleſiæ de qua *in cap. cum inhibitio, de clandeſt. deſponſ.* tantum habere locum in his, qui ita contrahunt clam, vt non ſtatuant ſolemnitates Eccleſiæ obſeruare, cum vero conſenſum adhibent de præſenti, vt ſtatim conſtituant in Eccleſia Matrimonium obſeruare, non offendunt prohibitionem illam, quòd & ipſa ratio ſuadet, vt probat *cap. 2. eod. tit. de clandeſt. deſponſ.* ibi, ſi perſonæ contrahentium hoc volunt publicare, accipienda ſunt, & comprobanda tanquam ſi à principio in conſpectu Eccleſiæ contracta eſſent. Vnde fit vt ſponſi, qui animo maritali ſe immiſcuerunt, vt poſtea ſeruatis ſolemnitatibus matrimonium celebrarent, nullam penitus culpam committant, iuxta ſententiam Diui Thomæ *vbi ſupra*.

Poſterius vero argumentum *ex cap. vlt. inf. hoc tit.* maiorem videtur habere difficultatem; ſed reſponderi poteſt conſequentiam parum valere, in his enim, quæ extenſionem non patiuntur, prout ſunt præſumptiones legum, licet eadem ratio diuerſo caſu vigeat, non licet extenſionem facere, prout in terminis reſoluunt Abb. *in d. c. vlt. num. 3.* Ruin. *conſil. 112. col. pen. lib. 2.* Roland. *conſil. 32. n. 22. lib. 1.* Si autem quærat aliquis quare lex ad euitandam delicti ſuſpitionem non iudicauit matrimonium ex conatu in *d. cap. vlt.* facilè reſpondetur multò maiorem dari cauſam iudicandi matrimonium ex copula, quàm ex conatu, tum propter grauiorem culpam, & iniuriam ſponſæ, tum etiam quia fortaſſe ex diſſenſu alterius conatus effectum non habuit. Itē dicendum eſt Eccleſiam ex conatu nec iudicare matrimonium, nec delictum præſumere, non prius quia non putauit eſſe illam ſufficientem coniecturā, non poſterius quia de eo non agit, atque ideo inepte DD. aiunt in conatu præſumi delictum; poteſt enim fieri vt nec detur delictum, quia maritali animo conatus factus fuit, nec iudicetur matrimonium, quia id Eccleſia non ſtatuit, cum tamen re vera potuerit eſſe matrimonium. Etenim illa propoſitio quod dubia in meliorem partem accipienda ſunt, negatiue ſumpta vera eſt, & in præcepto, vt ſcilicet non liceat priuato iuditio malum de proximo iudicare ex quocumque actu ipſius, quia non pertinet ad pri-

priuatos de actibus aliorum iudicare. Affirmatiue vero ſumpta, quod ſcilicet debemus bonum poſitiuè iudicare, nec ſemper vera eſt, nec in præcepto, ſed tunc cum neceſſeriò alterum iudicandum eſt, prout contingit in iuditio publico, ſi fieri poteſt bonum iudicetur, ſi id vel coniecturæ, vel probationes patiantur, quod ſi magis delictum ſuadeant id iudicare oportet, etenim publicum iuditium neceſſitatem habet iudicandi, & externas probationes ſequitur, priuatū vero nec iudicare poteſt, nec probationibus adſtringitur. Iuxta quæ reſoluendum eſt quòd Eccleſia ex copula matrimonium iudicat, quia apta viſa fuit probatio conſenſus, & non ſolū delicti ſuſpitionem euitat, ſed bonum poſitiue credit in prædictis Iuribus, ex conatu vero non iudicat matrimonium, nec bonum credit poſitiue, nec etiam malum iudicat, nec debuit iudicare, quia fortaſſe in conatu peccatum non fuit, & iuxta hanc reſolutionem refutatur argumentum, & explicanda eſt *reg. 2. de reg. Iuris, d. l. merito*, & omnia quæ DD. circa illam ſcribunt.

Ex quibus omnibus primò infertur non videri veram Doctorum ſententiam, dum aiunt eum, qui poſt ſponſalia copula conſummata Matrimonium cum alia contraxit, in foro Conſcientię teneri cum ſecunda permanere, ſi animo fornicario ad priorem ſponſam acceſſit, quam ſentētiam ante omnes probauit Vincent. *hic*, Butr. & Abb. *nu. 4.* Præpoſ. *nu. 3.* qui falsò contrarium imponit Butrio, Cou. *de ſponſal. par. 1. cap. 4. §. 1. num. 9.* Soccin. *conſ. 28. num. 7. lib. 1.* Et ex Theologis D. Thom. *quodl. 7. art. 5.* Dur. *in 4. diſt. 28. q. 1.* & ibidem Palud. *art. 2.* Sot. *diſt. 27. q. 2. art. 4. dub. 2.* aſſerens tam à noſtris, quàm à Theologis probari, Sylueſt. *verbo Matrimonium 2. q. 15.* Ledeſm. *2. 4. q. 48. art. 2. in fine*, nec contrariū voluit Hoſtien. quamuis à nonnullis perperam intelligatur. Mouentur Doctores primùm eo fundamento. Eccleſia in hoc tex. non irritat directe, & diſpoſitiuè matrimonium contractum poſt ſponſalia copula cōnſummata, ſed per conſequentiam irritum iudicat, ex eo enim quod prius ab Eccleſia præſumitur, & contrarium non admittitur, infert Summus Pont. non cenſeri verum poſterius Matrimonium: atque ideo quemadmodum prius ex præſumptione validum iudicatur, ſic poſterius ex præſumptione irritum cenſetur, vt colligitur ex verbis huius tex. Sed in foro Conſcientiæ veritas, & nō præſumptio locum habet. Ergo ſi vere prius in Cōſcientia non fuit Matrimonium, poſterius in ea valebit. Præterea non eſt fortius Matrimonium illud quod ab Eccleſia ex copula præſumitur, quàm qđ verbis de præſenti palam contrahitur; ſed ſi matrimonium de præſenti verbis tantum ſine conſenſu contractum ſit, poſterius in Conſcientia contractū valebit, vt omnes fatentur. Ergo ſic erit in noſtro corolario iudicandum. Inſuper ſi aliquid impediret ſecundum Matrimonium in Cōſcientia valere, aut eſſet prius, aut Eccleſiæ conſtitutio, vt patet, ſed prius non impedit, quia in Conſcientia Matrimonium non fuit, Conſtitutio Eccleſię id non facit, quæ in foro exteriori tantum iudicat ex præſumptione, ergo nihil eſt quod impediat. Tandem hoc videtur probare *cap. tua nos, hoc tit.*

Verum ex dictis planè colligitur cōtrariam ſententiam veriorem eſſe, diximus enim Eccleſiam in hoc tex. ex optimis coniecturis matrimonium iudicare, & contrariam probationem prohibere, ſed ex hoc ſequitur poſterius Matrimonium etiam in foro Conſcientiæ non valere, ergo conſequentia bona eſt: maior patet ex dictis: minor vero ſic probatur, leges difficultatem, & graue peccati periculum hominibus inijcere non ſolent, à quo ſe liberare non poſſint, vt in ſimili probat *cap. litteras, verſ. porro, de reſtit. ſpoliat.* Inijceret autē quaſi perplexam difficultatem Eccleſia ſi dum Matrimonium iudicat ex copula, & contrarium probari vetat, poſterius aliquo pacto valere pateretur etiam in foro interiori, quia ad priorem coniugem redire cogeret, quæ coniux non eſſet in Conſcientia, & à poſteriori recedere, quæ verè eſſet coniux, nec vllum relinquebatur mediū, quo hæc difficultas euitari potuiſſet, quod planè abſurdum eſt, & de lege Eccleſiaſtica minimè credendum. Inſuper ſi matrimonium poſtea contractum non fuiſſet irritum, vel eſſet quia in ea lege deficit poteſtas, aut voluntas legiſlatoris, prius non eſt dicendum, poſterius ex ratione proximè adducta conuincitur, ergo, &c. Tertiò ante hunc tex. iam ab Eccleſia conſtitutum erat vt ex ſponſalibus ſubſequuta copula Matrimonium præſumeretur *cap. veniens il 2. hoc tit. cap. 2. c. per tuas, de condit. appoſ.* & contraria probatio interdicta: Gregor. autem IX. in *hoc tex.* antiquam Eccleſiæ conſtitutionem declarauit, inferens ex ea non valere Matrimonium, quod poſt illud præſumptum fuiſſet contractum, & hoc ſolum fecit, vt cōſtat ex tex. in quo ſequitur quod ſic cōſequentiam, & declarationem ad forum exterius tantum fecit, rem iam explicatam, & perſpicuam iterum tractauit, quod abſurdum eſt, ergo fateri oportet nouiſſimum Pontificem, qui nunquam res ante conſtitutas, & perſpicuas ſuis legibus refricauit, dubium aliquod decreuiſſe, & perconſequens ad vtrumque forum conſequentiam illam deduxiſſe. Tandē colligitur noſtra ſententia manifeſte ex hoc tex. ibi, nec verum, nec aliquid, & ibi, de facto, &c. & hoc videtur ſentire Anchar. *hic num. 5.* dum ait conſtitutionem, quam Hoſt. optabat, hic contineri. Argumenta vero contraria parum vrgent, ad primū enim reſpondetur, quod ſcilicet dum tex. diſponit non valere poſterius Matrimonium, conſequentia illa ad forum interius ex antecedentibus recte deducitur ob prædictas rationes. Ad ſecundum, & tertium negamus minorem. Ad *d. c. tua nos, hoc tit.* dicendum ſponſalia ibi ante contracta non valuiſſe, & hoc conſtabat tam ex nominis mutatione, quàm ex alijs, atque ideo ex copula non iudicatur matrimonium, noſtrum vero corolarium procedit quando ſponſalia valuerunt. Vnde conſequitur inepte Couar. *d. num. 9.* & alios contra Hoſt. aſſerere Eccleſiam non potuiſſe ſtatuere, vt Matrimonium poſtea contractum in foro interiori irritum eſſet, quaſi tunc ſine conſenſu Matrimonium faceret. Etenim Eccleſia & potuit citra dubium, & fecit, nec tunc prius Matrimonium præſumptum ſine conſenſu facit; ſed præſumit per conſenſum fuiſſe factum: ſecundum vero indiſtincte irritat, quia in re

de poteſtate non licet dubitare, poteſt enim Eccleſia ex iuſta cauſa, materia aut, cauſa efficiente, aliquos ad Matrimonium inhabiles reddere.

Secundo infertur adeo vehementem eſſe hanc Eccleſiæ præſumptionem, vt nulla in contrarium admittatur probatio etiam per confeſſioné partis; diximus matrimonium ex prædictis coniecturis præſumi, & probationes in contrarium prohiberi, ſed confeſſio probatio rectè dicitur, vt probat *cap. in præſentia, de renunciat. Clem. conſtitutionem, de elect.* ibi, probationem tamen factam ſuper ijs per confeſſionem, *l. 1. in fine, ff. de interloquut. action.* Bart. *in l. triticum, ff. de verb. oblig.* Iaſ. *in l. cum te, n. 11. C. de transactionibus*, & contra communem defendit Aretin. & Dec. *ad rub. de probation. nu. 9.* Marant. *de ordine iudic. p. 6. actu 5.* Ergo probatio per confeſſionem contra Matrimonium admitti non poteſt. Secundo quotieſcunque negotium eius naturæ eſt, vt à partium conſenſu nihil pendeat, tunc confeſſio non admittitur, quia fieret fraus legi dum id, quod per conſenſum efficere non poſſunt; ſimulata confeſſione faterentur, & obtinerent contra *l. non dubium, C. de legibus*, obſeruant poſt alios Felin. *in c. quanto num. 3. de præſumpt.* Alciat. *de præſumpt. par. 2. nu. 8.* omnes *in præsenti*. Sed Matrimonium ſemel contractum à partibus diſſolui non poteſt ergo contra illud confeſſio non admittetur. Præterea ſi confeſſio valeret fieri poſſet, vt ſi re vera in eo Matrimonio ab Eccleſia præſumpto conſenſus adfuit, quo caſu verũ eſt in vtroq; foro poſtea partes in Matrimoniũ cõſpirãtes per cõfeſſioné dãnabiliter recederẽt. Si vero nõ admittitur cõfeſſio hoc ſolũ mali ſequitur, vt ſi re vera non conſenſerunt, cogantur, tamen permanere, quod malum adhibito conſenſu quocunque tempore poſſunt effugere, ſed prius grauiſſimũ continet periculum, poſterius vero nullum, ergo merito confeſſio admitti non debet. Tandem hanc ſententiam aperte probat *cap. ſuper eo, de eo, qui cognouit conſanguineã vxoris*, quibus argumẽtis hoc corollarium probant Butr. & Abb *n. 5. hic*, Zabarel. *num. 2.* Præpoſ. *num. 7.* Felin. & Alciat. *vbi ſupra*, communis ex Cou. *dicto loco nu. 3.* Menoch. *de arbitr. caſu 103. num. 8.* quia in re immerito Cou. communem rationem condemnat, quæ apertè colligitur ex d. *cap. ſuper eo*, & nulla alia excogitari poteſt. Nec obſtat recepta doctrina *gloſſ. in l. in contractibus, verbo nullo modo, C. de non numer. pecun. gloſ. in auth. de æqualitate dotis, §. aliud. verbo priuilegium*, quæ habet contra præſumptionem Iuris, & de Iure admitti confeſſionem, reſoluunt Iaſ. & Dec. *nu. 5. in d. l. cum te, 7.* Soccin. Iun. *conſ. 17. nu. 12.* Pariſ. *conſ. 112. num. 42. lib. 1.* Menoch. qui plures refert, *remed. 1. recuper. num. 219.* eſt enim hoc argumentum, & communis traditio intelligenda, quando negotium, de quo agitur, tale eſt, vt partiũ cõſẽſu diſſolui, aut mutari poſſit, prout Doctores prædictis locis intelligunt. Nec etiam obſtat ſententia gloſſæ receptæ *in c. atteſtationes, de deſponſat. impub.* dum ait contra Matrimonium admitti confeſſionem, ex cuius auctoritate Butr. Abb. & Præp. *nu. 8. in d. c. ſuper eo*, reſoluunt in eo tex. admittendam eſſe confeſſionem ſi vtraque pars matrimonio vellit ſtare, aut alterius ſi pro matrimonio agat, & ceſſat colluſio, idem affirmat Cou. *vbi ſup. nu. 4.* Menoch. *d. caſu 103. num. 9.* etenim hæc ſententia periculoſa eſt, cum euenire poſſit vt partes inter ſe de diſſoluendo Matrimonio agant, & vt eorum confeſſio probet impedimentum, ſimulant ſe velle Matrimonio ſtare, atque ideo ſola confeſſio in hac ſpecie non admitteretur, niſi alijs coniecturis iuuaretur, ex quibus omnis fraudis ſuſpitio ceſſaret. Deinde contra Cou. aduertendum eſt quod doctrina illius *gloſ.* & communis *in dicto cap. ſuper eo* tantum procedit, quando agitur de diſſoluendo matrimonio propter impedimentum per partes irremiſſibile, prout eſt conſanguinitas, vel affinitas, atque ideo nunquam admitti debent, quando contra matrimonium allegatur tantùm defectus conſenſus, prout eſt in hoc corollario, quia tunc cum partes adhibito conſenſu poſſint verum facere Matrimonium, melius eſt vt nullo pacto audiantur, quàm cum periculo ab eo Matrimonio recedant. Ex quibus cauendum eſt à Sot. *in 4. diſtinct. 27. artic. 4. quæſt. 2. & quæſt. 3.* dum ait admittendum eſſe probationem in hoc tex. eius, qui oſtendit ſigna diſſenſus tempore copulæ, loquitur enim contra manifeſta verba huius tex. Illud autem citra controuerſiam eſt quod omnis indirecta probatio, per quam concluditur ſponſalia non valuiſſe, vel fuiſſe ante copulam diſſoluta, admitti debet, iuxta tex. *in cap. tua nos, hoc tit.* & communem vbi ſupra, quæ omnia admittenda ſunt, & intelligenda in matrimonio de præſenti in facie Eccleſiæ contracto, & iuxta formam Concilij Tridentini, itaut ſi quis velit probare tempore contracti Matrimonij non conſenſiſſe, nunquam admittatur directe; ſi autem velit probare propter aliud impedimentum matrimonium non valuiſſe, admitti poterit.

Tertio infertur quòd etiamſi ambo ſponſi tempore copulæ proteſtentur ſe non intendere matrimonium contrahere, nihilominus obligantur ad matrimonium: Ratio eſt quia proteſtatio, ſeu factum partis contra legem non valet, *cap. ſollicitudinem, de appellat. cap. cum inferior, de maiorit.* Sed hæc proteſtatio eſt contra legem volentem concurrentibus ſponſalijs, & copula, cenſeri Matrimonium, ergo proteſtatio ad rem non facit, ita *gloſ. verbo præſumendum in cap. per tuas, de condit. oppoſ.* nimis ad hoc celebrata per Aretin. *l. Titia, §. 1. num. 11. ff. ſoluto matr.* & communiter recepta ſecundum Præpoſ *in cap. veniens, il 2. num. 4. de ſponſalib.* Abb. Felin. & Rip. *num. 95. in cap. cum M, de conſtitut.* vbi latè Baptiſta *in repet. num. 23.* refert plures alios DD. Cou. *de ſponſalib. par. 1. c. 4. §. 1. num. 18.* quicquid nouiſſimè dicat Baſil. Pont. *de Sacramento Matrimonij. lib. 2. c. 12. num. 4.* Nec obſta huic communi ſententiæ difficile argumentum, cui prædicti DD. ſatisfacere debuiſſent, nempe præſumptio eſt coniectura ſumpta ex ſignis veriſimilibus, vt per Alciat. *in initio tractatus de præſumptionib.* poſt DD. *in rubrica eod. tit.* ſed in præſenti ſpecie non eſt vlla coniectura probabilis conſenſus in matrimonium, quoniam conſtat ex ſponſorum apertiſſima proteſtatione de diſſenſu ergo non eſt locus præſumptioni legis conſentis

ſentis

ſentis eſſe matrimonium, in claris enim,& perſpicuti non habent locum coniecturæ. Sed reſponderi oportet tex. *in præſenti* non præſumpſiſſe, ſed motum illis coniecturis tanquam cauſa impulſioa ſtatuiſſe cenſeri matrimonium, atque ideo etiamſi de diſſeoſu conſtet in caſu particulari, & ita cauſa impulſiua ceſſet, non ceſſat diſpoſitio iuxta deciſionem tex.& *gloſ.in cap. etſi Chriſtus ad fin.de iureiur.* & DD. *in cap.cum ceſſante,de appellat.* quo circa multo rectius loquuntur DD.qui affirmaot dicta ſponſalia fieri matrimonium non per præſumptionem, ſed per ſtatutum Iuris,vt aduertit Luſit. Philip. *de fiction. p.* 2. & ſatis hoc indicat hic tex.ibi, licet præſumptum matrimonium videatur, quaſi dicat,aliquid amplius eſt.

Ad Lib. IV. Tit. II. de Deſponſatione impuberum.

CAP. TVA NOS. I. *n.2.in fine*, tenentes per hunc tex. poſſe patrem deſponſare inſantem,qui cum ad legitimam ætatem peruenerit, teneatur obſeruare, quod pater promiſit.Obſtat tamen ptimò quia ſponſalia ſine promiſſione & conſenſu eorum, qui obligantur contrahi non poſſunt *l. ſponſalia* 11.*hoc tit. tex.in præſenti*,ſed in infante non datur conſenſus,qui neſcit conſentire, ergo à patre obligari non poteſt. Secundo obſtat quia non habet pater maiorem poteſtatem ad obligandom filium,quàm ipſe filius habeat, filius autem in ea ætate non contrahit,ergo nec pater pro eo. Tertiò obſtat *hic tex.* dum in principio ait nõ poſſe patrẽ obligare filium maiorẽ ſeptennio,niſi is conſentiat,ſed eandem poteſtatem habet in eo, quàm in infante,ergo inſantem, qui non conſentit,non obligabit. Quartò obſtat maxime tex. apertus *in cap. vnico,hoc tit. lib. 6.* vbi ſponſalia contracta per parentes pro filijs inſantibus nõ valent, niſi poſtqoam perueniant ad ætatem legitimam approbauerint. Quintò obſtat contra illa verba tex. omnino debet hoc adimplere, quod etiam is,qui poſt ſeptennium contraxit, non tenetur omnino, ſed poteſt ſi voluerit,pœnitere,*c.de illis il* 2. *inf. hoc tex.* ergo & infans,quem pater obligauit,poterit recedere.

Ibid. *n.6. in princip.*ibi,litteram, & ideo defendi non poteſt, quia de honeſtate tam adultus,quàm inſans tenentur, niſi iuſtam habeant contradicendi cauſam,quod *tex.in præſenti* negat in princ. Deinde ex verbis ſubſequentibus colligitur in hoc tex. neceſſitatem filio imponi,quia illa dictio, omnino, præciſa eſt, & ideo merito reprobat nouiſſime Baſilius Pont. *in tract.de Sacramento Matrimon. lib.* 12. *c.* 9. *num.*10. vbi etiam reijcit intellectum Caniſij *in præſenti* interpretantis filio impuberi hanc neceſsitatem imponi vt pubes factus teneatur patris factum approbare, niſi iuſtam habeat reclamandi cauſam, et tandem videtur remanere quod ex hoc tex. ſolum conoincitur neceſsitas olim impoſita filijs non contrahendi Matrimonium ſine parentum conſenſu.

Ibid.poſt *n.* 6. Sed re nunc maiore diſcuſsa hic intellectus multis argumentis refellitur, primò quia ſupponit filium abſque conſenſu ſuo dictis, aut factis expreſso obligari ex patris promiſſione, & ſponſalia illa ſtatim valere,quod eſt falſum, & contra tex.*in cap. vnico* 30. *q.* 2. *& in d. cap. vnico,hoc tit.lib.* 6. Secũdo quia ex eo ſequeretur quod etiam pro adulto non conſentiente pater poſset promittere,qoi pariter eſt in poteſtate patris,quod apertè negat tex. *in præſenti.* Vnde pro vero intellectu dicendum puto quod ad ſponſalia neceſsariò requiritur conſenſus eorum, qui obligantur, vt dictum eſt,qui tamen vel expreſsus,vel facto aliquo ſignificatus ſufficiet;atque ideo contracta ab infante,vel à patre pro eo,nullius eſse momenti, quia conſentire neſcit *ex d.cap.vnico*,& ex *cap.litteras,cum ſeq. hoc tit.* & ſponſalia contracta à patre pro filio adulto non conſentiente, & pro inſante in eo conueniũt quod vtraqoe non valent,& in eo differunt,quod illa nunquam valent, eiuſque voluntas expectatur, quia diſsentire poteſt,& conſentire,hæc verò vſque ad ſeptennium non valent,poſtea vero approbatione conualeſcunt, & negligitur ante ſeptennium infantis conſenſus, quia præſtare non poteſt, vt ex hoc tex.colligitur, iuxta quæ pater poteſt tradere infantem, non vt ex ea promiſſione, & facto patris obligetur, ſed vt cum peruenerit ad annos diſcretionis approbando factum patris ex ſuo conſenſu maneat obligatus, habetq; paterna promiſſio illam intrinſecam conditionem,ſi infans maior factus traditionem patris approbaoerit. Videbitur autem approbaſse non ex eo ſolum quod ſciens taceat, vt in adultis probat *l. ſed ea* 12. *ff. hoc tit.* ſed cohabitando cum ſponſa, aut accipiendo, & dando munera, vt expreſſit *d. c. vnic. in princ.* gloſ. Abb. & Præp. *in d. cap. litteras*, Inſtit. Canonica *ſub hoc tit. de deſponſat.impuberum,ad finem.*

His ſuppoſitis intellige in hoc tex. infantem traditum à patre non obligari ante ſeptennium, quia ſponſalia non valuerunt,ſed poſt completum ſeptẽnium cohabitando cum ſponſa,contractus à principio nullus approbatione eius conoaleſcit,& tunc magis ex conſenſu ſuo, quàm ex pacto patris obligatur,quod autem *tex. in fine* ait teneri filium omnino adimplere cum ad perfectam ætatem peruenerit,intellige eo modo, quo cæteri impuberes, vt ſi cum primum ſeptimum annum impleuerit reclamet,obligatio euaneſcat, ſin autem taceat præciſe teneatur, & hoc pacto ceſsant omnes difficultates, & ita tex. in prædictis verbis dupliciter intelligi poteſt, aut poſt perfectam ætatem ad ſponſalia ante 14. annom, quo caſo reclamare non poteſt, aut poſt perfectam ætatem ad Matrimonium, quo tempore ſi ſtatim non reclamet amplius pœnitere non poteſt,& præciſè tenebitur,vt probat tex. *in d. cap. de illis*; Nec adhuc obſtat tex. *in d. cap. vnic.* quia agit de ſponſalibus ante ſeptennium, & in eo ſtatu iudicat non valere, *tex.* aotem *in præſenti* conſiderat ſponſalia filij à patre traditi poſt ſeptennium, quo caſu confirmantur facto filij,licet antea non valuerint.

Ad

Ad Lib. IV. Tit. III. de Clandeſtina deſponſat.

IN rub. in fine ibi, *quaſt.* 30. Sanctarel. *vari. reſolut. q.* 20. nouiſſimè Baſil. Pont. *de Sacramento Matrimonij, lib.* 5. *de conſenſu clandeſtino*.

CAP. CVM INHIBITIO. III. *nu.* 7. *in fine*, Sanctarel. *vari. reſolut. quaeſt.* 20. *num.* 14. vbi plures refert DD.

Ibid. *num.* 10. *in fine*, & nullo pacto ignorantem excuſat *Clem.* 1. *§. non rigorem, de iudic.* Honded. *conſil.* 87. *num.* 41. *lib.* 1. Seraphin. *de priuileg, Iuramenti, priuil.* 4. *à num.* 102. Maſcard. *de probation. concl.* 869. *num.* 31. Cardin. Tuſch. *lit.* I, *concl.* 21. *num*. 3. Baptiſta Coſta *de facti ſcientia, & ignor. inſpect.* 81. *nu.* 9. *cum ſeqq.* Farin. *fragment. crimin. par.* 2. *lit.* I, *num.* 167.

Ibid. *num.* 15. *in med.* ibi, *num.* 162. nouiſſimè Baſil. Pont. *de Sacramento Matrimonij, lib.* 5. *c.* 37. *num.* 12. in hæc verba· Quare illa triennalis ſuſpenſio, de qua modo dicebamus, non eſt correcta per Tridentinum. Sermo enim eſt in diuerſis caſibus; ille intelligitur tantum quando adeſt Matrimonio clandeſtino parochus ex defectu denunciationis; hæc autem quando adeſt Matrimonio nullo & inualido ſine ſufficienti numero teſtium. Vnde Parochus non proprius, vel Regularis aſſiſtens Matrimonio clandeſtino, præmiſſis tamen denunciationibus, ſine licentia parochi, aut ſine teſtibus non punitur pœna Concilij Lateranen. de qua in hoc tex. quæ tantum impoſita eſt aſſiſtenti Matrimonio clandaſtino ob defectum denunciationis, ſed punitur pœna Tridentini, eſt enim Matrimonium nunc ſine Parocho proprio, & teſtibus, etiamſi præceſſerint denunciationes, omnino nullum, Hæc Baſil. Pont. *loco citato*.

Ibid. *num.* 16. *in fine*, quod quidem totum probat Baſil. Pont. *d. cap.* 37. *nu.* 11.

Ad Lib. IV. Tit. V. De Conditionibus appoſitis.

CAP. CVM SIT. II. poſt *n.* 2. Vel forſan melius verus huius tex. ſenſus duobus propoſitis principijs conſtabit. Prius ſit nullam ſimoniam, vel eius ſpeciem dari poſſe, niſi vbi onerosus contractus celebratur, vel non gratuita ſpiritualium datio, aut receptio fit, ſaltem ſecundum figuram conuentionis, gratioſa autem, & liberalis donatio nullo iure poteſt improbari: patet hoc ex diffinitione ſimoniæ à noſtris & Theologis tradita, dum aiunt eſſe ſtudioſam voluntatem emendi, &c. & nomine emptionis omnem contractum oneroſum intelligunt, vt colligitur ex omnibus auctoritatibus à Gratiano congeſtis 1. *q.* 1. per totam, & apertius *ex cap. ſuper eo, ad fin. de tranſact.* quo loco gratis, & amicabiliter componere in ſpiritualibus culpa non eſt. Poſterius eſt donationem libertatis, vel alterius rei ſub modo, ſeu conditione factam, vel ob cauſam in duplici eſſe differentia; aliquando enim modus, cauſa, & conditio in fauorem donatoris, aut tertij adijciuntur, aliquando ipſius donatarij recipientis vtilitatem continēt, prout contingit cum alicui pecunia datur, vt domum ſibi ædificet, & prædium ſuum melius faciat. Priori caſu conditio, aut modus, vel cauſa efficiunt, vt donatio illa iam non ſit propria & liberalis, ſed magis oneroſi contractus naturam accipiat, vt docet Paul. *in l.* 1. *nu.* 2. *ff. de donation.* Roger. *in l. Modeſtinus, num.* 32. *ff. eodem*, Tiraq. qui alios refert, *in l. ſi vnquam, verbo donatione, num.* 145. Poſteriori caſu conditio, modus, & cauſa non efficiunt quominus omnino gratuita, & liberalis donatio fiat, vt colligitur ex *d. l.* 1. & præcitati DD. verum affirmāt. His ſuppoſitis dicendum eſt tex. *in præſenti, & in cap. eo libentius, de ſeruis non ordin.* donationem libertatis ſub modo ſpirituali ſine vitio carere, quia ex omni parte erat liberalis, nam & libertas data, & Religionis, ordinis ve conditio ſolius recipientis fauorem continebat principaliter, atque ideo merito Romani Pontifices rem quaſi perſpicuam ſtatuerunt, quinimo dicendum non ſolum libertatem, ſed pecuniam ſub eo modo rectè dari, idque quotidie fit dum virginibus legata, aut donationes fiunt ſub conditione Religionis, & aliquibus bona relinquuntur ſi clerici fiant, quod in terminis probat Bald. *in auth. cui relictum, C. de indicta viduit. tol.* & ibi Paul. & Iaſ. *num.* 4 Coſta *in l. cum tale, §. ſi arbitratu, limit.* 3. *ff. de condit. & demonſtr.* quo pacto etiam intelliges hæretico, & infideli rectè dari, vt conuertatur. Nec his obſtat argumentum ex *cap. quam pio* 1. *q.* 2. reſpondetur enim in eo tex. conditionem, vel pactum non gratuitum fuiſſe, qua is, qui temporalia dabat, ſpiritualia recipiebat, ſic etiam factum eſt *in cap. tua nos, de ſimonia*.

CAP. VERVM IV. poſt *nu.* 10. In ead. gloſ. ibi (*Alij dicunt, &c.*) Vult gloſſa veriorem eſſe eorum ſententiam, qui conſtituunt rem Eccleſiæ donatam cum conditione ne alienetur non poſſe etiam in caſu alias permiſſo alienari, quamtumcunque neceſſitas vrgens, ac ſubinde euidens vtilitas occurrat, & frequentius recipitur ex Alex. *in l. filiusfam. §. diui num.* 1. *ff. de legatis.* 1. pro qua maxime vrget tex. *in auth. de alienat. & emphyt. §. ſanctiſſimas*, & ibi gloſ. notabilis *collat.* 9. vrget etiam tex. per locum à ſpeciali *in l. legatum, ff. de adminiſtr. rerum ad ciu.* facit etiam quia verba teſtatoris in relicto facto Eccleſiæ cum prohibitione de non alienando aliquid debent operari iuxta *l. ſi quando* 109. *ff. de legatis* 1.

Verum contrariam ſententiam, ſcilicet quod ſaltem in ſubſidium, hoc eſt ſi non ſint aliæ res, quas alienando poſſit ſatisfieri neceſſitati Eccleſiæ, tunc poterit res relicta Eccleſiæ cum prohibitione de nō alienando, alienari, obſeruat poſt alios Ruin. *d. §. diui col.* 4. dicit receptam Cæpol. *in l.* 2. *num.* 28. *& ſeq. C. de vſucap. tranſf.* quam ſequuti ſunt antiquiores, vt refert *gloſ. in Clem.* 1. *de rebus Eccleſ.* & recentiores, quos congerit Redoan. *de rebus Eccleſiæ non alien. q.* 19. *à nu.* 10. *cum ſeqq.* Ex quibus ſaltem illud colligitur magis ſcilicet adſtringere alienationis prohibitionem inductam ab homine, quam inductam à lege.

Ego tamē in hac cōtrouerſia dicēdū puto quod ſiue prohibitio alienationis fiat à lege, ſiue ab homine in dubio legitimus adminiſtrator ſubſiſtente euidenti vtilitate rem poteſt alienare, obſeruat in ſpecie Aretin.

ſentis eſſe matrimonium, in claris enim,& perſpicuti non habent locum coniecturæ. Sed reſponderi oportet tex. *in præſenti* non præſumpſiſſe, ſed motum illis coniecturis tanquam cauſa impulſiua ſtatuiſſe cenſeri matrimonium, atque ideo etiamſi de diſſenſu conſtet in caſu particulari, & ita cauſa impulſiua ceſſet, non ceſſat diſpoſitio iuxta deciſionem tex.& *gloſ. in cap. etſi Chriſtus ad fin. de iureiur.* & DD. *in cap. cum ceſſante, de appellat.* quo circa multo rectius loquuntur DD. qui affirmant dicta ſponſalia fieri matrimonium non per præſumptionem, ſed per ſtatutum Iuris, vt aduertit Loſit. Philip. *de fiction. p.* 2. & ſatis hoc indicat hic tex. ibi, licet præſumptum matrimonium videatur, quaſi dicat, aliquid amplius eſt.

Ad Lib. IV. Tit. II. de Deſponſatione impuberum.

CAP. TVA NOS. I. *n. 2. in fine*, tenentes per hunc tex. poſſe patrem deſponſare infantem, qui cum ad legitimam ætatem peruenerit, teneatur obſeruare, quod pater promiſit. Obſtat tamen primò quia ſponſalia ſine promiſſione & conſenſu eorum, qui obligantur contrahi non poſſunt *l. ſponſalia* 11. *hoc tit. tex. in præſenti*, ſed in infante non datur conſenſus, qui neſcit conſentire, ergo à patre obligari non poteſt. Secundo obſtat quia non habet pater maiorem poteſtatem ad obligandum filium, quàm ipſe filius habeat, filius autem in ea ætate non contrahit, ergo nec pater pro eo. Tertiò obſtat *hic tex.* dum in principio ait nõ poſſe patrẽ obligare filium maiorẽ ſeptennio, niſi is conſentiat, ſed eandem poteſtatem habet in eo, quàm in infante, ergo infantem, qui non conſentit, non obligabit. Quartò obſtat maxime tex. apertus *in cap. vnico, hoc tit. lib. 6.* vbi ſponſalia contracta per parentes pro filijs infantibus nõ valent, niſi poſtquam peruenіant ad ætatem legitimam approbauerint. Quintò obſtat contra illa verba tex. omnino debet hoc adimplere, quod etiam is, qui poſt ſeptennium contraxit, non tenetur omnino, ſed poteſt ſi voluerit, pœnitere, *c. de illis il 2. inf. hoc tex.* ergo & infans, quem pater obligauit, poterit recedere.

Ibid. *n. 6. in princip.* ibi, litteram, & ideo defendi non poteſt, quia de honeſtate tam adultus, quàm infans tenentur, niſi iuſtam habeant contradicendi cauſam, quod *tex. in præſenti* negat in princ. Deinde ex verbis ſubſequentibus colligitur in hoc tex. neceſſitatem filio imponi, quia illa dictio, omnino, præciſa eſt, & ideo merito reprobat nouiſſime Baſilius Ponc. *in tract. de Sacramento Matrimon. lib.* 12. *c. 9. num.* 10. vbi etiam reijcit intellectum Caniſij *in præſenti* interpretantis filio impuberi hanc neceſsitatem imponi vt pubes factus teneatur patris factum approbare, niſi iuſtam habeat reclamandi cauſam, et tandem videtur remanere quod ex hoc tex. ſolum conuincitur neceſsitas olim impoſita filijs non contrahendi Matrimonium ſine parentum conſenſu.

Ibid. poſt *n. 6.* Sed re nunc mature diſcuſsa hic intellectus multis argumentis refellitur, primò quia ſupponit filium abſque conſenſu ſuo dictis, aut factis expreſso obligari ex patris promiſſione, & ſponſalia illa ſtatim valere, quod eſt falſum, & contra tex. *in cap. vnico 30. q. 2. & in d. cap. vnico, hoc tit. lib. 6.* Secũdo quia ex eo ſequeretur quod etiam pro adulto non conſentiente pater poſset promittere, qui pariter eſt in poteſtate patris, quod apertè negat tex. *in præſenti.* Vnde pro vero intellectu dicendum puto quod ad ſponſalia neceſſariò requiritur conſenſus eorum, qui obligantur, vt dictum eſt, qui tamen vel expreſsus, vel facto aliquo ſignificatus ſufficiet; atque ideo contracta ab infante, vel à patre pro eo, nullius eſse momenti, quia conſentire neſcit *ex d. cap. vnico*, & ex *cap. litteras, cum ſeq. hoc tit.* & ſponſalia contracta à patre pro filio adulto non conſentiente, & pro infante in eo conueniũt quod vtraque non valent, & in eo differunt, quod illa nunquam valent, eiuſque voluntas expectatur, quia diſsentire poteſt, & conſentire, hæc verò vſque ad ſeptennium non valent, poſtea vero approbatione conualeſcunt, & negligitur ante ſeptennium infantis conſenſus, quia præſtare non poteſt, vt ex hoc tex. colligitur, iuxta quæ pater poteſt tradere infantem, non vt ex ea promiſſione, & facto patris obligetur, ſed vt cum peruenerit ad annos diſcretionis approbando factum patris ex ſuo conſenſu maneat obligatus, habetq; paterna promiſſio illam intrinſecam conditionem, ſi infans maior factus traditionem patris approbauerit. Videbitur autem approbaſse non ex eo ſolum quod ſciens taceat, vt in adultis probat *l. ſed ea* 12. *ff. hoc tit.* ſed cohabitando cum ſponſa, aut accipiendo, & dando munera, vt expreſſit *d. c. vnic. in princ.* gloſ. Abb. & Præp. *in d. cap. litteras*, Inſtit. Canonica *ſub hoc tit. de deſponſat. impuberum, ad finem.*

His ſuppoſitis intellige in hoc tex. infantem traditum à patre non obligari ante ſeptennium, quia ſponſalia non valuerunt, ſed poſt completum ſeptẽnium cohabitando cum ſponſa, contractus à principio nullus approbatione eius conualeſcit, & tunc magis ex conſenſu ſuo, quàm ex pacto patris obligatur, quod autem *tex. in fine* ait teneri filium omnino adimplere cum ad perfectam ætatem peruenerit, intellige eo modo, quo cæteri impuberes, vt ſi cum primum ſeptimum annum impleuerit reclamet, obligatio euaneſcat, ſin autem taceat præciſe teneatur, & hoc pacto ceſsant omnes difficultates, & ita tex. in prædictis verbis dupliciter intelligi poteſt, aut poſt perfectam ætatem ad ſponſalia ante 14. annum, quo caſu reclamare non poteſt, aut poſt perfectam ætatem ad Matrimonium, quo tempore ſi ſtatim non reclamet amplius pœnitere non poteſt, & præciſè tenebitur, vt probat tex. *in d. cap. de illis*; Nec adhuc obſtat tex. *in d. cap. vnic.* quia agit de ſponſalibus ante ſeptennium, & in eo ſtatu iudicat non valere, *tex.* autem *in præſenti* conſiderat ſponſalia filij à patre traditi poſt ſeptennium, quo caſu confirmantur facto filij, licet antea non valuerint.

Ad Lib. IV. Tit. III. de Clandeſtina deſponſat.

IN rub. in fine ibi, *quæſt. 30.* Sanctarel. *vari. reſolut. q. 20.* nouiſſimè Baſil. Pont. *de Sacramento Matrimonij, lib. 5. de conſenſu clandeſtino.*

CAP. CVM INHIBITIO. III. *nu. 7. in fine*, Sanctarel. *vari. reſolut. quæſt. 20. num. 14.* vbi plures refert DD.

Ibid. *num. 10. in fine*, & nullo pacto ignorantem excuſat *Clem. 1. §. non rigorem, de iudic.* Honded. *conſil. 87. num. 41. lib. 1.* Seraphin. *de priuileg, Iuramenti, priuil. 4. à num. 102.* Maſcard. *de probation. concl. 869. num. 31.* Cardin. Tuſch. *lit. I, concl. 21. num. 3.* Baptiſta Coſta *de facti ſcientia, & ignor. inſpect. 81. nu. 9. cum ſeqq.* Farin. *fragment. crimin. par. 2. lit. I, num. 167.*

Ibid. *num. 15. in med.* ibi, *num. 162.* nouiſſimè Baſil. Pont. *de Sacramento Matrimonij, lib. 5. c. 37. num. 12.* in hæc verba: Quare illa triennalis ſuſpenſio, de qua modo dicebamus, non eſt correcta per Tridentinum. Sermo enim eſt in diuerſis caſibus; ille intelligitur tantum quando adeſt Matrimonio clandeſtino parochus ex defectu denunciationis; hæc autem quando adeſt Matrimonio nullo & inualido ſine ſufficienti numero teſtium. Vnde Parochus non proprius, vel Regularis aſſiſtens Matrimonio clandeſtino, præmiſſis tamen denunciationibus, ſine licentia parochi, aut ſine teſtibus non punitur pœna Concilij Lateranen. de qua in hoc tex. quæ tantum impoſita eſt aſſiſtenti Matrimonio clandaſtino ob defectum denunciationis, ſed punitur pœna Tridentini, eſt enim Matrimonium nunc ſine Parocho proprio, & teſtibus, etiamſi præceſſerint denunciationes, omnino nullum, Hæc Baſil. Pont. *loco citato.*

Ibid. *num. 16. in fine*, quod quidem totum probat Baſil. Pont. *d. cap. 37. nu. 11.*

Ad Lib. IV. Tit. V. De Conditionibus appoſitis.

CAP. CVM SIT. II. poſt *n.* 2. Vel forſan melius verus huius tex. ſenſus duobus propoſitis principijs conſtabit. Prius ſit nullam ſimoniam, vel eius ſpeciem dari poſſe, niſi vbi oneroſus contractus celebratur, vel non gratuita ſpiritualium datio, aut receptio ſit, ſaltem ſecundum figuram conuentionis, gratioſa autem, & liberalis donatio nullo iure poteſt improbari: patet hoc ex diffinitione ſimoniæ à noſtris & Theologis tradita, dum aiunt eſſe ſtudioſam voluntatem emendi, &c. & nomine emptionis omnem contractum oneroſum intelligunt, vt colligitur ex omnibus auctoritatibus à Gratiano congeſtis 1. *q.* 1. per totam, & apertius *ex cap. ſuper eo, ad fin. de tranſact.* quo loco gratis, & amicabiliter componere in ſpiritualibus culpa non eſt. Poſterius eſt donationem libertatis, vel alterius rei ſub modo, ſeu conditione factam, vel ob cauſam in duplici eſſe differentia; aliquando enim modus, cauſa, & conditio in fauorem donatoris, aut tertij adijciuntur, aliquando ipſius donatarij recipientis vtilitatem continet, prout contingit cum alicui pecunia datur, vt domum ſibi ædificet, & prædium ſuum melius faciat. Priori caſu conditio, aut modus, vel cauſa efficiunt, vt donatio illa iam non ſit propria & liberalis, ſed magis oneroſi contractus naturam accipiat, vt docet Paul. *in l. 1. nu. 2. ff. de donation.* Roger. *in l. Modeſtinus, num. 32. ff. eodem*, Tiraq. qui alios refert, *in l. ſi vnquam, verbo donatione, num. 145.* Poſteriori caſu conditio, modus, & cauſa non efficiunt quominus omnino gratuita, & liberalis donatio fiat, vt colligitur ex *d. l.* 1. & præcitati DD. verum affirmãt. His ſuppoſitis dicendum eſt tex. *in præſenti, & in cap. eo libentius, de ſeruis non ordin.* donationem libertatis ſub modo ſpirituali ſine vitio carere, quia ex omni parte erat liberalis, nam & libertas data, & Religionis, ordinis ve conditio ſolius recipientis fauorem continebat principaliter, atque ideo merito Romani Pontifices rem quaſi perſpicuam ſtatuerunt, quinimo dicendum non ſolum libertatem, ſed pecuniam ſub eo modo rectè dari, idque quotidie fit dum virginibus legata, aut donationes fiunt ſub conditione Religionis, & aliquibus bona relinquuntur ſi clerici fiant, quod in terminis probat Bald. *in auth. cui relictum, C. de indicta viduit. tol.* & ibi Paul. & Iaſ. *num. 4* Coſta *in l. cum tale, §. ſi arbitratu, limit. 3. ff. de condit. & demonſtr.* quo pacto etiam intelliges hæretico, & infideli rectè dari, vt conuertatur. Nec his obſtat argumentum ex *cap. quam pio 1. q. 2.* reſpondetur enim in eo tex. conditionem, vel pactum non gratuitum fuiſſe, qua is, qui temporalia dabat, ſpiritualia recipiebat, ſic etiam factum eſt *in cap. tua nos, de ſimonia.*

CAP. VERVM IV. poſt *nu.* 10. In ead. gloſ. ibi (*Alij dicunt, &c.*) Vult gloſſa veriorem eſſe eorum ſententiam, qui conſtituunt rem Eccleſiæ donatam cum conditione ne alienetur non poſſe etiam in caſu aliàs permiſſo alienari, quamtumcunque neceſſitas vrgens, ac ſubinde euidens vtilitas occurrat, & frequentius recipitur ex Alex. *in l. filiusfam. §. diui num. 1. ff. de legatis.* 1. pro qua maxime vrget tex. *in auth. de alienat. & emphyt. §. ſanctiſſimas*, & ibi gloſ. notabilis *collat. 9.* vrget etiam tex. per locum à ſpeciali *in l. legatum, ff. de adminiſtr. rerum ad ciu.* facit etiam quia verba teſtatoris in relicto facto Eccleſiæ cum prohibitione de non alienando aliquid debent operari iuxta *l. ſi quando 109. ff. de legatis* 1.

Verum contrariam ſententiam, ſcilicet quod ſaltem in ſubſidium, hoc eſt ſi non ſint aliæ res, quas alienando poſſit ſatisfieri neceſſitati Eccleſiæ, tunc poterit res relicta Eccleſiæ cum prohibitione de nõ alienando, alienari, obſeruat poſt alios Ruin, *d. §. diui col. 4.* dicit receptam Cæpol. *in l. 2. num. 28. & ſeq. C. de vſucap. tranſf.* quam ſequuti ſunt antiquiores, vt refert *gloſ. in Clem. 1. de rebus Eccleſ.* & recentiores, quos congerit Redoan. *de rebus Eccleſiæ non alien. q. 19. à nu. 10. cum ſeqq.* Ex quibus ſaltem illud colligitur magis ſcilicet adſtringere alienationis prohibitionem inductam ab homine, quam inductam à lege.

Ego tamẽ in hac cõtrouerſia dicẽdũ puto quod ſiue prohibitio alienationis fiat à lege, ſiue ab homine in dubio legitimus adminiſtrator ſubſiſtente euidenti vtilitate rem poteſt alienare, obſeruat in ſpecie

Aretin.

Aretin. *conſil. 25. num. 5.* Claud. *d. §. diui col. 3.* Bald. *in auth. res, quæ num. 23. C. communia de leg.* Redoan. *vbi ſupra*; etenim cum alienatio in hac ſpecie prohibita non cenſeatur, ſed potius ex mente prohibentis permiſſa, neque defectus intentionis poſſit conſiderari, ratione cuius ſpeciale mandatum requiritur, iuxta tex. *in l. procurator, ff. de procurat. l. tranſactionis, C. de tranſact. gloſ.* recepta *verbo mandato in cap. qui ad agendam, de procurat. lib. 6.* rectè fit, vt ſi aliàs ritè celebretur, hoc eſt obſeruatis ſolemnitatibus Iure requiſitis, valida ſit, iuuat reg. *cap. peruenit in 2. de furtiur. & in cap. ſcriptura, de voto.* Inſuper reg. gloſſæ receptæ *in l. tale pactum, §. fin. ff. de pactis*, ſcilicet, id quod diſponens veriſimiliter diſponeret ſi de eo cogitaſſet, debet pro diſpoſito haberi, quam in id expendit Molin. *de primog. lib. 4. cap. 4. num. 6.* Nec obſtat reg. tex. *in d. §. ſanctiſſimas*, reſpondetur enim in primis tex. illũ agere de alienatione neceſſaria ex cauſa pietatis, redemptionis ſcilicet captiuorum, quæ neceſſitas non dicitur prouenire ex pacto, ſeu debito prohibentis, qualis requiritur vt alienatio permittatur iuxta tex. *in d. §. diui, & in l. cum fidei, ff. de fideicom. libert.* obſeruat poſt alios Alex. vbi ſupra, proſequitur longo diſcurſu Molin. *d. lib. 4. c. 6. nu.* 1. Vel aliter dici poſſet prohibitionem alienationis inductam à teſtatore concurrente cum prohibitione legis illud operari ne extantibus alijs bonis ex quibus Eccleſiæ indigentiæ ſuccurri poſſit, alienatio fiat, iuxta receptam ſententiam, de qua per Ruin. *vbi ſup.* Nec etiam obſtabit reg. tex. *in l. 1.* iuncta *l. legata, ff. de admin. rerum ad ciu. & Clem. quia contingit, de relig. domib.* fatemur namque bona deſtinata in aliquos vſus, in alios conuerti non poſſe, niſi ex Summi Põt. aut ſecularis Principis licentia iuxta illa Iura, non tamen inde ſequitur, vt alienari non poſſint, vt alia vtiliora ſubrogentur in eoſdem vſus, ſiquidem alienatio eo caſu non fit contra voluntatem diſponentis, ſed potius ex tacita eiuſdem mente iuxta prædicta.

CAP. SI CONDITIONES VII. *nu. 2. in fine*, latè Baſil. Pont. *in ſuo nouiſſimo tract. de Sacramento Matrimonij, lib. 3. cap. 5. cum ſeqq. & cap. 7.* de conditione, ſi nupſerit, an turpis ſit, *& cap. 8. nu. 3. & 4.* de conditione ſi mecum concubueris, & *nu. 6.* de conditione ſi virginem te inuenero, *& nu. 8.* de conditione ſi decem dederis.

Ibid. *num. 4. in fine*, & latè *in ſuo nouiſſimo tract. de Sacram. Matrimon. lib. 1. c. 19.*

Ibid. *num. 11. in princip.* ibi. *num. 156.* Baſil. Pont. *d. lib. 3. cap. 3. num. 3.* & præcipue *cap. 4. à princip.* Rebell. *de obligat. Iuſtitia, vbi de Matrim. lib. 2. q. 10. ſect. 4. à num. 25.* qui varias huius cap. interpretationes aſſignant.

Ibid. *n. 2.* in fine, Gabri. Vaſques *de reſtit. c. 7 dub. 10.* Leſſi. *de Iuſtit. lib. 2. c. 18. dub. 15.* Vel forſan tentari poteſt cum Rebello *d. loco num. 27.* & Baſil. Pont. *d. lib. 3. c. 4. num. 9.* in hoc tex. nomine conditionis impoſſibilis, vel turpis intelligi à Pontifice eas conditiones adhibitas in rationem pacti, vel modi, & præſumere non appoſitas eſſe, vt conditiones, ſed modos, & pacta, quæ in futurum oriantur. Cum enim ſi duo contrahant Matrimonium ſub conditione impoſſibili, vel turpi per verbum de præſenti nullo alio addito, ex quo de eorum mente iudicari poſſit, merito dubitari queat an voluerint contrahere ſub conditione proprie dicta, & ſuſpendente conſenſum vſque ad euentum conditionis, an vero ſub modo, itaut velint contractum Matrimonij ſtatim validum eſſe per conſenſum abſolutum de præſenti, cum obligatione tamen præſtandi in poſterum rem ipſam, quæ ſub conditione continetur: merito Pontifex præſumit, cum videat conſenſum exprimi per verba de præſenti, adhibitas conditiones illas, vt modos & pacta, & non vt proprie conditiones. Eſt autem optima ratio præſumptionis ex eo deſumpta, vt optime aſſignant Greg. de Valent. *diſp. 10. geneli, q. 3. puncto 5. verſ. ſed vera*, quia cum aliqua perſona contrahit non ſolet id ipſum in vanum, & otioſe facere, ſed vt expectationi, & deſiderio perſonæ ſatisfaciat; non autem ſatisfaceret niſi ſaltem vellet conſenſum illum eſſe de præſenti quamuis cum obligatione exinde orta adimplendi, quod in conditione expreſſum eſt. Atque ita admiſſo per Pont. conſenſu de præſenti, quem præſumit, repellit obligationem inde ortam adimplendi aliquid impoſſibile, vel turpe, & vult haberi pro non adiectis.

Ibid. *num. 13. in fine*, vide tradita, & addita *ad cap. inſinuante 7. qui clerici, vel vouentes.*

Ibid. *num. 15. in fine*, Sanch. *de Matrim. lib. 7. diſp. 72. num. 2.* Gutier. *eod. tract. cap. 104.* late, & eleganter Baſil. Pont poſt ſimilem *tract. in appendice de Matrimonio Catholici cum hæretico*, Cornel. à Lapide *2. Corinth. 6. in fine*, Aegid. de Coninck *tom. 2. de Sacram. diſp. 31. dub. 3. concl. 3.* Reginald. *in praxi fori pœnit. tom. 2. lib. 31. num. 169.* Filliuc. *tom. 1. tract. 10. de Sacram. Matrim. par. 2. cap. 6. q. 2. num. 229.* ex quibus verior eſt ſententia illa, quæ habet Matrimonium Catholici cum hæretico non eſſe irritum, ſed iam ex multis temporibus valere in Eccleſia ſemel contractum: quamuis contrarium ſenſeant *gloſ. in præſenti*, Hoſt. *in cap. 1. de coniugio ſeruorum num. 1.* vbi Anch. etiam *num. 1.* Currer. *de haret. num. 157.* Simanch, *de Cathol. c. 40. & 46.* Rojas *ſing. 228. num. vnico.*

Ad Lib. IV. Tit. VI. Qui Clerici, vel vouentes, &c.

CAP. CONSVLVIT. IV. *n. 2. in fin.* & ad illud quòd, qui poſt votum ſimplex caſtitatis ante obtentam diſpenſationem Summi Pont. Matrimonium contrahit animo illud conſumandi, peccet mortaliter, docet nouiſſimè Barthol. à S. Fauſto *in theſauro Religioſorum, lib. 1. q. 317. & q. 318.* contra Scot. Caiet. Angel. & Tabien. reſoluit eum, qui poſt ſimplex votum caſtitatis etiam animo non conſumandi contrahit Matrimonium, peccare mortaliter.

Vtrũ autẽ qui poſt ſimplex caſtitatis votũ Matrimoniũ peccãdo cõtraxit illud prima vice conſumãdo, peccatum denuo committat? quæſtio eſt difficilis, in qua talem mortaliter delinquere dum prima vice Matrimonium conſumat ſiue petendo, ſiue reddendo docent S. Thom. *in 4. diſt. 38. q. 1. art. 2. q. 2. ad 3. & 2. 2. quaſt. 189. art. 8. ad 3.* Scot. *in 4. diſt. 38 q. vnic.*

vnit.ad fin. Caiet. *verbo Matrimonium concluſ. 1.* Azor.*inſtit.moral.p.1.lib.11.cap.21.q.2.*Cou. *in c. quamuis pactum p.1.§.6.nu.*8.Nau.*in man. cap.12. nu.*80.*& cap.22.n.73.* quos,& alios refert Barthol. à S.Fauſto *d.lib.1.q.319.*quicquid diſtinguant Sot. *in 4.diſt.38.q.2.art.1.*Henriq. *in ſum. lib.* 12. *de Matrim..cap.2. num.*8. Philiarch. *de officio Sacerd. tom.1.p.2.lib.3.cap.19.*Veg.*in ſum.tom.2. cap.129. caſu 118.*

CAP. RVRSVS. VI. *num.2. poſt princip.* ibi,*q.1.*Caiet. 2.2.*q.88.art.7.* Vaſq. t.2.*q.96.art.4. diſp.165.c.7.num.73.*Barthol.à S.Fauſto *in theſauro Relig.lib.1.q.11.*

CAP. INSINVANTE. VII. *num.*2.ſtatim *in princip.*ibi,vt domi ſuæ maneat,vt per Nau. *tom.2.de Regul. num.16.* Emman. Sa *verbo religio n.6.*Azor.*inſtit.moral.p.1.lib.12.c.5.q.2.* Barthol.à S.Fauſto *in theſauro Relig. lib.5. q.246.* vbi hoc limitat niſi religionem profiteretur eum pacto vt in propria domo maneat independenter à ſuperioris voluntate, quia tunc nulla erit profeſſio eum huiuſmodi pactum ſit contra obedientiæ votum, ac ſubinde contra Religionis ſubſtantiam pugnet.

Ibid eod.*n* 2.paulopoſt *princip.*ibi, diſtrahendis, Sed mirum eſt quòd Pontifex hic profeſſionem Religionis validam iudicauerit cum bonorum retentione etiam ad effectum dirimendi Matrimonium poſtea contractum contra tex.*in cap. vnic. de voto lib.6.* & contra reſoluta ad *cap. 2. de teſtam.* & quæ nouiſſime tradit Bonacina *de clauſura,et pœnis eam violantibus impoſitis q.2.puncto 10. diffic.2.§.1.n.4.* circa omnimodam repugnãtiam monachatus cum proprij retentione. Quare Zabarel.*num.5.propoſ.2. & 3.*cum communi hic poſt Innoc. *in c. porrectum n.1.de Regular.*arbitrantur propterea hic valuiſſe Religionis profeſsionem quia immediate ſubſequuta eſt habitus ſuſceptio cum lapſu biennij, per quæ inducitur religionis profeſsio, ſaltem tacita, ſeu virtualis,arg.*cap.vidua 4.c.ad Apoſtolicam 16.* ibi, habitum recepit, *de Regularib. Clem. vlt.eod. tit.*Cõſtat autem nobilem mulierem, de qua hic, in Ordinis habitu per biennium perſeueraſſe,vt patet in littera, & ideo tacite fuiſſe profeſſam,ac ſubinde ſaltem tacite voluiſſe abdicare bonorum proprietatem, quod erat antecedens omnino neceſſarium ad validitatem profeſsionis ex reg. *cap. præterea 5. ad fin.de officio deleg.*cum alijs. Ergo, &c. Verum communis placere non poteſt, quia multò fortior probatio voluntatis eſt illa, quæ fit per expreſſum vouentis conſenſum, quàm quæ per tacitum, qui reſultat ex habitus ſuſceptione, etiam cum temporis perſeuerantia,*gloſ.vlt.in d.cap.vidua,gloſ. verbo ſignatos in c. tuarum 11.de priuileg.gloſſ. verbo fallens in l.qui in aliena §. vlt. ff. de acquir.hæred.* cum his,quæ Cou.*de ſponſ.p.1.cap.4.§.1.nu.5.verſ. hinc,*igitur cum mulier hæc tempore,quo habitum ſuſcepit,votum emiſit, expreſſe fuerit proteſtata ſe non aliter velle profiteri quàm adiecto tenore, vt in domo propria cum omni ſubſtantia ſua remaneret; ſit conſequens ſuſceptionem habitus, & perſeuerantiam in illo, ex quibus tacita inducitur voluntas, non poſſe plus operari, quàm expreſſam eiuſdem vouentis,& proteſtantis, fatemur quidem ſuſceptionem habitus cum perſeuerantia tanti temporis metum illatum penitus profugaſſe,vt tex.habet,negamus tamen tacitum illum conſenſum præualere potuiſſe contra expreſſum de manendo in domo cum omni ſubſtantia. Eodem modo reiecta diſtinctione Innoc.*hic n.5.ad fin.verſ.vel dic, & in d.c.porrectum num.* 3. reiectoq. intellectu, quem præſtitit *gloſſ.hic verbo vt in domo*, cõſonantius dici poteſt profeſsionem hic valuiſſe ex eo, quia mãſio extra clauſtrum cum omni ſubſtantia fuit de licentia ſuperioris remouibili ad ipſius nutum, quo caſu nihil proprium retineri dicitur, & profeſsionem ſub huiuſmodi conditione factam validam eſſe vltra citatos in Collectaneis ad hunc tex. nouiſsimi tenent Barthol.à S. Fauſto *in theſauro Religioſorum lib.8.q.33.* Bonacin. *d.nu.4.verſ.ſecundo infertur,* aduertens iſtam conditionem non repugnare ſubſtantiæ voti paupertatis, cum paupertatis votum actuali retentione vſus alicuius rei dependenter à voluntate ſuperioris nõ violetur; additq; hoc pacto explicandum eſſe in dubio, dum quis in profeſsione reſeruat ſibi aliqua bona; cum enim in dubio nullus præſumatur delinquere,credendus eſt voluiſſe modo licito promittere, & profeſsionem validam emittere.

Ibid.*n.4.in fine.* nouiſsime Bonacin. *de clauſura, & pœnis eam violantibus impoſitis q. 2. puncto 9. diffic.2.§.3.n.6.*vbi citat metipſum *in Collect. ad c. 16.nu.5.& 8.de Regular.*Barthol.à S.Fauſto *in theſauro Religioſorum lib.5.q.176.*

Ad Lib. IV. Tit. VII. De eo,qui duxit in Matrimonium, &c.

IN rub.*in fine,*ibi,puncto 6.nouiſsime Baſil.Pon. *de Sacramento Matrimon.lib.7.cap.45.*

CAP. PROPOSITVM. I. poſt *n. 1.* Probat hic tex.quod is, qui viuente prima vxore cum alia contraxit huius rei inſcientia, & cũ ea permãſit,mortua prima cogendus eſt cũ ſecũda vitã agere, mulieri vero datur ad diſcedendũ facultas. Verum hic tex.difficilis apud DD. reputatur, & difficultas ex duobus potiſsimum perpenditur, primò dum iudicat matrimonium inter eos,inter quos legitimus conſenſus nõ fuit. Secundò dum cogit virũ in hoc coniugio permanere quaſi matrimonio alligatum,mulieri vero quaſi libere diuertendi licentiã facit,atque ideo videtur in eo tex. Põtifex matrimoniũ ſine conſenſu iudicare. Accedit quod paria ſunt in Iure noſtro aliquid non fieri,vel fieri minus legitime *l.quoties 6.ff.qui ſatiſdare cog.l.elegãter 24.§.qui reprobos ff.de pignor.act.* Mantu. *lib.1. dial.claſſ.18.c.17.*Tiraq.*de retractu lig.§.8.gloſ.7.à n.3.* Si autem nullus præceſsiſſet conſenſus ex ſola cohabitatione Matrimoniũ iudicari non potuiſſet *c.illud,de præſumpt.* Ergo ex antecedenti conſenſu inutili per cohabitationem non bene iudicatur Matrimonium in hoc tex. Tandem in contrarium videtur tex.*in c.pen.*ibi, de nouo, *hoc tit.*

Doctores igitur circa explicationem huius tex. mirum in modum ſe inuoluunt,nam *gloſ.in præſenti,et in d.c.pen.verbo nouo,*requirit nouũ cõſenſum, atque ideo inquit quod ſi antequam de nouo conſentirent vir alteri nuberet,Matrimonium valeret, ſequuntur communiter DD. vt teſtatur Abb. *hic*

*n.4.*Bald. Nouel.*de dote p.11.§.hactenus n.18.*Pariſ. *conſ.52.in princ.lib.4.* & pro hac ſentẽtia facit *reg. non firmatur,de reg.iur.lib.6.*& quæ ibi gloſ.& DD. tradũt, Deci.& Cagnol.*in l.quod ab initio ff de reg. iur.*eandẽ ſententiam confirmat *gloſ.* recepta *in l. etſi contra,verbo depoſitum C.de nuptijs*, & ibi Bald. *n 2.*Sed hæc cõmunis ſententia aperte confunditur ex hoc tex. vbi tantũ requiritur vt ſublato impedimento in eadem cohabitatione maneant.Rurſus in contrariũ eſt auctoritas *gloſ.* cõmuniter receptæ *in cap. non debet,verbo de catero , de conſang.* dum ait quod ſi duo in gradu prohibito contrahant , & ſublato impedimento per legem, vel diſpenſationẽ in Matrimonio maneant abſque alio nouo conſenſu Matrimonium iudicatur, ſequuntur multi,quos refert Cou. *de ſponſ.p.2.c.4.in princ.n.5.*

Quare reiecta concordia Pariſ. & Cou. dictis locis,quæ manifeſte repugnat mẽti,& verbis DD.vbi ſupra, qui nouũ conſenſum requirunt,præmittenda ſunt duo.Prius eſt conſenſum ſemel expreſſum quãuis propter aliquod impedimentũ non poſſit effectũ ſortiri,naturaliter tamen & vere conſenſum expreſſum eſſe , cũ ſit aſſenſus voluntatis circa rẽ intellectã,conſenſus aũt hic ſemel expreſſus quamuis effectu ſuo careat per accidens , manere tamen credi tur donec vel expreſsẽ, vel virtualiter actu contrario reuocetur iuxta reg.tex.*in l.3. & l.cum, qui ff. de probat.c.maiores §.2. de Baptiſ.*tradit Alciat. *de præſ.reg.2. præſ.16.* Et verum eſt quamuis longum temporis ſpatiũ elapſum ſit , vt ſcribit Iaſ.*in l.ſancimus n. 6. C. de teſtam.* & in matrimonio reſoluit Ruin.*conſ.151.lib.5.* Tiraq. *l.9.connub.n.133.*quod abſque dubio procedit quando facto aliquo voluntatis perſeuerantia oſtenditur.

Hoc ſuppoſito dicendum eſt quod ſiue agatur de Matrimonio, ſiue de quocunq; alio contractu celebrando,qui certam verborũ formam non requirat, ſed naturali conſenſu perficiatur,ſi ſemel conſenſus ſit expreſſus, & propter impedimentum Iuris non poſſit effectũ ſortiri , vt actus ſtatim valeat ſublato impedimento ex vi prædicti conſenſus,qui perſeuerat,actus perficitur, patet hoc ex dictis manifeſte , & ex eo probatur quoniam verum eſt dicere in eo actu reperiri conſenſum, qui per actũ nullum rectè ſignificatur,vt probat tex.& ibi Bart.notat *in l.vlt. ff de rebus eorum,*Menoch.*de arbitr. caſu 161.n.70.* Item ſublato impedimento nihil obſtat quominus conſenſus olim expreſſus, eo modo manẽs effectum ſortiatur,ergo,&c.Probatur etiam hoc auctoritate Iuriſc.*in l. obſeruare 4 ff.de off.Proconſ.in fin.& in l.ſi quis 27.ff.de ritu nupt.l.quæſitum ff.de ſponſal.* iuxta quæ dicendũ eſt in hoc tex.cũ ſimilibus perfici Matrimoniũ ex conſenſu olim expreſſo inualide, cohabitatione tamẽ continuato,non vt à principio conſenſus præſtiti,ſed vt ex nũc quaſi tẽpore remoti impedimenti exprimeretur . Neq. audiendi ſunt DD. exiſtimantes cohabitationẽ nouũ facere conſenſum per ſe ſufficientẽ ad Matrimoniũ faciendũ , quoniã ſi nullus præceſſiſſet conſenſus expreſſus tẽpore inhabili cohabitatio nõ ſufficeret , ergo ex vi prioris cõſenſus,qui manere præſumitur,hoc fit, & ita in ſpecie probat tex. *in cap.ad id quod, de ſponſalib. & in cap. duo, de deſponſ. impub. & in cap. vlt.de coniug. ſeru.* oportet autem vt ſciant coniuges impedimentũ eſſe ſublatum,quia ignorantia effectum conſenſus impedit , & ita in effectu reſoluit Innoc.receptus *in præſenti,gloſ.in d.c.non debet*, & alij DD.proxime citati.Ad tex.vero *in d.c.pen.*quatenus videtur requirere nouũ conſenſum ℞. in eo tex.non fuiſſe dubitationem vtrum ex antecedenti conſenſu cohabitatione cõtinuato perficeretur Matrimoniũ,ſed vtrũ inter illos potuerit eſſe coniugiũ non obſtante impedimento adulterij? & huic quæſt. reſpondet Pont.impedimentũ non obſtare,quia poſſunt de nouo matrimonialiter conſentire . Vel dici poteſt nouũ conſenſum appellari ibi ſcientiam impedimenti ſublati cũ perſeuerantia prioris,quia nonũ ex tunc matrimonium facit , ideo autem fit facultas mulieri ad recedendum in hoc tex. quia antequã ſciret impedimentum ſublatũ conſenſus non ſufficiebat,vt cum primũ ſciuit,potuit recedere, & cõſenſum reuocare, maritus aũt in pœnam non poteſt, vterq; tamen ſi per diẽ cohabitauerit impedimẽto ſublato ſciẽter Matrimonio alligatus manet.

CAP. EX LITTERARVM. IV. *n.2.in fine*, & *in nouiſſimo tract.de Sacram.Matrim.lib.7.c.45.n.3.*

CAP. CVM HABERET. V. *n.4.in fin.* latè Sanctarel.*var reſol.lib.1.q.30. à princ.*& præcipue *n.8.* vbi citat Palat.*in repet.r.per veſtras, de donat. inter vir.et vx.not.3.§.23.n.22.* Menoch.*de præſum. lib.1.præſ 36.n.13.*Pontan.*de alim.c.1.à n.9.*Molin. *de Iuſt tract.2.diſp.168 verſ.Iure tamen,*Leſſi.*eod. tract lib.2.cap.19.dub.6.n.67.*

Ibid.*n.7:*ibi,vt per,Cou.*d.§.6.n.13.*Palat.*d.§.23. n.12.*Lar.*d.§.idẽ reſcrip.n.35.*Sanctar.*d.lib.1.q.33.*

Ibid.*n.8.*ibi,*pag.98.*Gom.*l.9.Tauri n.38.* Molin. *d diſp.168.verſ.non ſolum,*Azor.*p.2.lib.2.c.12.q.6.* Sanctarell.*d.lib.1.q 31.n.11.*

Ibid.*n.9 in fin.*Alcan.Clem.*de patria poteſtat.c.5. n.44.* Lancelot. Gall *ad conſuetud.Alexand. verbo vxori q 4.n.32.*Sanctarel.*d.q 31.n.32.*

Ibid *n.10.in princ.*ibi,vt per, Cou. *d.§.6.nu.11.* Gabr.*conſ.25.n.4.& 5.*Molin. *de primog.lib.2.c.15. n.45.*alt.Molin.*d.diſp.168.verſ.in dotem,*Sanctarel. *d. q. 31. n. 14.*

Ibid.*n.12.in fin.*Paleoth.*de nothis, & ſpurijs cap. 47.in fin.& c.49.in fin.* vbi ait illi tantum neceſſaria eſſe adminiſtranda , Rot. Bonon. *deciſ. 22. n. 6.* Aym.*conſ.219.n.8.vol.2.*

CAP. SIGNIFICASTI. VI. poſt *n.2.* In tex. ibi (*ſi petierit*) Collige ex tex.excommunicatũ, vel ſimili cenſura ligatũ abſoluendũ non eſſe niſi abſolutionẽ humiliter petierit,vt per *gloſ.vl.*& Abb.*n.20.* ac alios communiter *in c. ab excomm. de reſcr.* late Vgolin.de *cenſur.tab.1.c.19.§.3.*Soar.*eod.tract.diſp. 7.ſect. 10.* licet enim ad abſolutionis iuſtitiam hoc pertineat,ſi tamen,qui abſolutionem non petit, vel etiã inuitus abſoluatur, abſolutionẽ mero iure validam eſſe reſoluunt ipſe Abb.& alij communiter.vt per Vgolin.*d.c.19.§.2.*Iacob de Graſ.*in aureis deciſ. p.1.lib.4. cap. 19. num. 5.* Tolet. *in inſtr. Sacerd. lib.1.c.14.n.4.* Ratio aũt facilis eſt,quemadmodum enim quis excõmunicatur inuitus,ita abſolutio ipſius excõmunicationis non pendet ex voluntate illius,qui abſoluitur,ſed ex poteſtate abſoluẽtis,ſicut etiã cernitur in oĩbus alijs actibus iuriſdictionis cõtentioſę,quæ in in inuitũ redditur *l.inter ſtipul.§.1. ff. de verbor. oblig.* Vnde pendet ratio quare abſo-

lutio

Digitized by Google

lutio pœnitentialis non valet niſi reddatur volenti & petenti, quia ſcilicet ad iuriſdictionem pertinet voluntariam vltra alias rationes, qund contritionẽ, & pœnitentis diſpoſitionem exigat, notat Nau. de *Indulgent. notab. 10. n. 7.* Quamuis autem præcitati late controuertant an caſu aliquo licitè excommunicato inuito præſtari poſſit abſolutio, vt per prædictos præcipuè Vgol. *§. 2. n. 3.* videri põt, placet diſtinguere vel enim excõmunicatus adhuc in ſua perdurat contumacia, & regulariter vera videtur Calderini ſententia negatiua ſi adiungas limitationem D. Thomæ, quem Abb. refert, & ſequuntur alij citatis locis, ſcilicet ſi Iudex viderit magis expedire ſaluti illius ſpiritnali, in cuius medicinam protulit excommunicationem, vt ea, quamnis excomunicatus non petat, relaxetur, licet enim per viam regulæ cenſurarum naturæ, & inſtitutioni repugnet, vt cenſura ad correctionem ſubditi prolata durante contumacia relaxetur, cum tamen finis ipſius ſit medicinalis, maxime eidem fini videtur contraueniri vt tali caſu, quamuis effectus ſequutus non ſit, præſtetur abſolutio non petenti.

Ad Lib. IV. Tit. IX. de Coniugio ſeruorum.

IN rub. *in fine*, ibi, dub. 2. nouiſſime Baſil. Pont. *de Sacramento Matrimonij lib. 7. c. 42. cũ ſeqq.*

CAP. DIGNVM EST. I. *n. 3. prope fin.* ibi, colligitur, & nouiſſime *de Sacramento Matrimonij lib. 7. cap. 42. n. 5.*

CAP. PROPOSVIT. II. poſt *n. 2.* Quo autẽ Iure ſeruitus ignorata dirimat Matrimonium diſſenſio eſt. Nonnulli cenſent Iure naturali id fieri, alij vero cum D. Thoma cenſent Iure tantum eccleſiaſtico, quod valde tamen conſonum ſit Iuri naturali, in fauorem ſcilicet libertatis, & etiam quia ſtatus ſeruitutis impediat multum coniugalis debiti obligationem. Ego tamen cum Baſilio Pontio *de Sacramento Matrimonij. lib. 7. c. 43. n. 2.* exiſtimo diſtinctione vtendum. Si enim error ſeruitutis ſit antecedens, & in eum feratur conſenſus, nubatque quia liberum exiſtimauit, certum eſt Iure naturali etiam dirimi Matrimonium. At vero cum error ſeruitutis non dat cauſam contractui, neque animus expreſſe quidquam de ea conditione cogitat; in quo caſu Iure naturali valeret Matrimonium, cum ſit error circa qualitatem, nullum eſt Iure tan tum Eccleſiaſtico, vt poſterioris ſententiæ Doctores affirmant. Hæc Baſil. Pont. *loco citato*, vbi *n. 3.* dicit Matrimonium tenere ſi adſit vel ſcientia ſeruientis, vel ſaltem opinio, aut probabile dubium, vel affectata ignorantia, quæ in hoc caſu ſcientiæ æquiparatur.

Ibid. *n. 4. prope med.* ibi, coniugia poſſit, idem repetit ſupradictus Baſilius Pont. *in ſuo nouiſſimo tract. de Sacramento Matrimonij lib. 7. c. 43. n. 6.*

Ibid. *n. 5. in fine, & in nouiſſimo tract. de Sacramento Matrimonij lib. 7. cap. 43. n. 5.*

Ad Lib. IV. Tit. XV. de Frigidis, & maleſ.

IN rub. *in fine* ibi, *à princip.* nouiſſimè Baſil. Pont. *de Sacramento Matrim. lib. 7. c. 58.*

CAP. ACCEPISTI. I. *n. 8. in fine.* Sed hæc reſolutio difficultatem patitur, in eoque verſatur quòd in hoc impedimento ſæpè cõſtitutum eſt poſt annum & poſt tres, aut octo matrimonium dirimi poſſe iuxta *cap. vlt. hoc tit.* quinimo coguntur coniuges per triennium cohabitare, & facultatem reclamandi vſque ad triennium concedit Imp. *in auth. ſed hodie C. de repud.* Quare *gloſ. in præſenti verbo tacuit* inquit hunc tex. non habere Iuris auctoritatem, quia non eſt alicuius Pontificis, aut approbati Auctoris, vt conſtat ex ſuperſcriptione, ſed cõmuniter reprobatur gloſ. quia cum iam redactum ſit in volumine Decretal. ex approbatione Gregor. IX. auctoritatem legis accepit *l. 1. §. cumque C. de veteri Iure enucl.* Vnde aliter difficultatem ſoluit Innoc. aliter Hoſt. & DD. antiqui, Butr. vero Card. & Anch. vix aperiunt quid ſentiant, octo interpretationes refert Præpoſ. *in præſenti.* Sed videntur mihi DD. in eo frequentiùs cõuenire, vt mulier etiam poſt duos menſes quocunq; tempore, tex. vero in præſenti procedat quando mulier poterat ſtatim impedimentum probare, quia tunc reclamare debet intra duos menſes. Verum interpretatio hæc, & omnes aliæ, quæ à DD. afferuntur, & recenſentur nouiſſime à Baſilio Pontio *in tract. de Sacramento Matrimonij lib. 7. cap. 66. n. 10.* verbis tex. parum conueniunt, & ratione minimè nituntur.

Quare dicendum eſt difficultatem huiuſmodi ex forma tex. eſſe apertiſſimam, colligitur enim ex toto hoc titulo quale debeat eſſe huius impedimenti iudicium, & ait hic tex. quod ſi vterq; impotentiam iureiurando affirmant, etiãſi antea nullus reclamauerit ſemper audientur, vt colligitur ex hoc tex. in princ. ibi, per annum, iunctis illis verbis, ibi, ſi illa, quæ vxor tua eſſe dicitur, eadem affirmet, quaſi velit vtriuſque coniugis affirmationẽ eſſe neceſſariam vt poſt annũ audiantur. Sin aũt alter accuſet impedimentũ, alter vero neget, ſi is, qui diuortium petit propter impotentiã alterius, non reclamauerit intra duos menſes, non erit poſtea audiendus altero negante, quoniam lex vehementer præſumit contra eum, qui tacuit, aut nolit amplius audiri, eſtq; hæc præſumptio Iuris & de Iure vt DD. appellãt. Sapienter enim lex conſtituit, vt potius in hoc conſortio impediti maneant, quã contra vehementem præſũptionẽ incertas probationes admittere, quales in hac materia eſſe ſolent cum grauiſſimo periculo, & hoc eſt quod probat hic tex. & confirmatur ex eodẽ tex. *in princip.* ibi, & nũc primum dixiſti, &c. vbi innuit quod ſi mulier eo caſu negaret mariti impotẽtiã, non eſſet ille audiendus, qui tanto tẽpore tacuit. Facta aũt proteſtatione ab eo, qui petit diuortium intra breue tempus, tunc ſi ſtatim poteſt legitimè impedimentum probari expectabitur triennium de quo *in cap. laudabilem cum ſeqq. inf. hoc tit.* itaque cũ vterq; impedimentũ affirmãt, etſi non reclamẽt quocunq; tempore audiuntur, ſi vero alter negat, niſi is, qui affirmat intra duos menſes reclamet, non auditur propter præſumptionem Iuris, quæ ex illis duobus colligitur, ſcilicet ex taciturnitate affirmãtis, & negatione alterius, cõfirmatur hic intellectus *ex d. c. laudab.* ibi, ambo fatẽtur, & *ex d. c. vlt in fin.* ibi, ipſis cũ ſeptima manu, &c. quibus probatur eſſe

neceſſariũ vt vterq; impedimentũ iuret vt poſt trienniũ audiantur. Nec ad hæc Iura diſplicet cõcordia, quam nunc tradit Baſil. Pont. *d. tract. de Sacramento Matrimonij lib. 7. cap. 66. n.* 11. vbi in hæc verba. Verum ego exiſtimo in primis tex. iſtum non loqui de cauſis euidenter probantibus impotentiam. Idque manifeſte deducitur. Nam cum adſunt ea ſigna ſiue ab initio proclamet, ſiue non, auditur, neque enim tunc licet vllo pacto cohabitatio, vti diximus. Loquitur ergo tex. in eo caſu quando ſigna ſunt veriſimilia tantum, vultque vt ſi proclamauerit mulier ſiue virgo, ſiue corrupta, intra duos menſes à die intentatæ copulæ computandos, etiamſi vir renuat, & aliàs ſint ſufficientes probationes ad rectum iudicium ſeparentur non expectato triennio. Nam etiam *in dicto cap. laudabilem hoc tit.* decernitur vt ſi aut ea probari, aut deprehendi impotentia poſſit, non expectatur triennium, quod in defectum aliarum probationum decernitur à Iure. Quare ex hac parte non pugnant hi textus. At ſi fœmina non proclamat, niſi poſt annum, aut dimidium, & vir affirmet ſe eſſe potentem, & illam cognouiſſe, ſiue ea corrupta, ſiue virgo ad eius poteſtatem deuenerit, ſiue etiam ſe virginem oſtentare velit, non audiendam. Quid ergo tunc fieri debet? id ſane non explicatur *in hoc tex.* At explicatum eſt *in d. c. laudabilem*, vt decernatur ſcilicet experientiæ triennium muliere negante, & viro aſſerente, vt inde ſufficiens deſumatur probatio. Præſumit enim ius in hoc tex. malitiam vxoris, quæ eo tempore tacuit, atque ideo meritò ab eo tempore decernendum à iudice experimento triennij tempus. Niſi forte poſtea vtrobique conſentientes, & ſufficientibus alijs adhibitis probationibus iuxta dicta, ſeparationem poſtulent, tunc enim non erit neceſſarium triennium expectare, ſed ſtandum deciſioni *d. cap. laudabilem*, quæ de eo caſu agit. In pœnam itaque taciturnitatis potior habetur ratio iuramenti viri, & ab eo tempore decernitur triennium, ſicut conſtitutum poſtea per *d. cap. laudabilem.* Hæc Baſil. Pont.

CAP. LAVDABILEM. V. Et breuiter ex prædictorum mente dicendum eſt, quòd ſi ſtatim impedimentũ per probationes concludentes, prout eſt aſpectus, poſſit probari, non oportebit expectare triennium, & ita procedit tex. *in d. c. 1. in princ.* & colligitur ex illis verbis, ibi, per verum iudicium; ſi autem impotentia non poſſit ſtatim probari, quia talis eſt, quæ non põt per aſpectum oſtendi, tunc expectanda eſt triennalis cohabitatio, & alia adhibẽda ſunt, de quibus in hoc tex. Pro quo intellectu facit quia impotentia perpetua ex ſententia Abb. *hic n. 5.* tribus modis probari põt, qui ad duos reducuntur, ſcilicet Iuris, & concludentibus probationibus, & coniecturis, ſeu prȩſumptionibus. Concludẽs probatio eſt, quæ per aſpectũ deprehenditur, coniecturalis vero, ſeu præſumptiua eſt, quȩ ex vſu, ſeu cohabitatione adiunctis alijs indicijs colligitur, priori caſu matrimonium ſtatim ſeparari debet iuxta *d. c. 1. in princ.* poſteriori vero expectabitur triennium, quia illa expectatio triennalis potiſſima pars eſt illius probationis præſumptiuæ, & ita procedit tex. *in præſenti*, quod plane colligitur ex illius verbis ibi, ſi frigiditas prius probari non põt, ſcilicet per verum iudiciũ, de quo agit tex. *in d. cap.* 1. tunc cohabitabunt per triennium, & vtriuſq; iuramento cũ ſeptima propinquorum manu impotentia perpetua iudicabitur, & hoc caſu procedit *cap. vlt. inf. hoc tit.* ibi, per continuum triennium, ſcilicet quando talis eſt impotentia, quæ prius probari non poteſt, vt communiter DD. declarant.

CAP. FRATERNITATIS. VI. *n. 4. in fine.* Sed obſtat quod in contractibus, & quibuſuis obligationibus inſpicitur tẽpus, in quo obligatio contrahitur, itaut ſi tunc, impedimentũ exiſtat quamuis præcipuũ non ſit, & poſſit remoueri, actus non valet, *l. ſi ſtipuler 35. in fine princ. ff. de verbor. ſignif. l. continuus 137. §. cum quis, ad fin. ff. eod. tit.* ergo ſi tẽpore contracti Matrimonij impedimentum extat, non ſubſiſtet obligatio, quia eo tempore erat impoſſibilis. Accedit quod idem iudicandum eſt de hoc impedimento impotentiæ, quòd de cæteris iudicabitur, ſed cætera impedimẽta quamuis perpetua non ſint, & poſſint remoueri, ſi tamen extant tẽpore contracti matrimonij, ipſum vitiant, vt patet in impedimẽto furoris, qui dilucida habet interualla, in impedimento metus, erroris, & conſanguinitatis, ſeu cognatione legali. Igitur pari ratione non valebit matrimonium ſi detur impedimentum impotentiæ tempore contractus. Sed pro hac difficultate ſoluenda reſoluendum eſt quòd ſi temporale impedimentum proueniat ex aliquo accidenti, prout eſt morbus, aut maleficiũ, non vitiabit Matrimonium, & ita procedit tex. *in præſenti*, & ea, quæ DD. ſcribunt circa impedimentum temporale. Sin autem temporale impedimentum proueniat ex defectu naturæ, ſeu defectu naturalis potentiæ, prout contingit in impuberibus, tunc Matrimonium non valebit. Ratio diſcriminis eſt quia priori caſu verum eſt dicere dari in contrahẽtibus potentiam naturalem, licet actum pro aliquo tempore non poſſint præſtare, & impedimentũ hoc non vitiat quia impedit actus, ſed quia tollit potentiã, vt colligitur ex hoc tex. ibi, cognoſcibilis erat, ideſt potentia, non actu. Poſteriori vero caſu nõ datur naturalis potentia, quia natura in ea ætate non præſtat ſufficientiam, atque ideo vitiatur matrimonium propter impedimentum naturæ, & hoc caſu procedunt argumenta in contrarium adducta.

In tex. ibi [*Quamuis, &c.*] Notatur ad hoc quod ſi is, qui propter impotentiam ſeparatus fuit, alteri nubat, cogẽdus eſt ad primum matrimonium redire, idem probat *tex. in cap. requiſiſti, in fine 33. q. 1. c. laudabilem, in fine ſup. hoc tit.* Ratio eſt quia impedimentum huiuſmodi tũc vitiat cum perpetuum eſt iuxta ſupra reſoluta, quando autem is, qui impotens iudicatus fuit ad ſecundas nuptias, habilis reperitur, iam conſtat impedimentum perpetuum non fuiſſe, ac perconſequens matrimoniũ valuiſſe, ergo non obſtãte ſententia diuortij cogendus erit ad primum Matrimoniũ redire, vt habetur in hoc tex. quod ibidem DD. omnes obſeruant, docent S. Thom. *in 4. diſt. 34. quæſt. vnic. artic.* 2. Palat. & Sot. *eod. artic.* Richard. *art. 3. q. 2.* Scot. *ead. diſt. col.* 5. Bonauent. ibid. *in princ. num. 6. & quæſt. 1. ad fin.* S. Antonin. *p. 3. tit. 1. cap. 12. §. 1.* Angel. *in ſum.*

ſum.verbo matrimonium 3.imped.16.nouiſſime Baſil.Pont. in tract. de Sacramento Matrimonij lib.7. cap.61.à num.4.& melius cap.64.nu.2. Sed in contrarium obſtat tex.in cap. ſi per ſortiarias 33. q. 1. cui reſpondent gloſſ.vlt.ibi, Innoc. in præſenti illud non habere auctoritatem, affirmantes indiſtincte eſſe reſoluendum retinendum eſſe prius Matrimonium,ſi is, qui propter impotétiam fuit ſeparatus, reperitur habilis ad ſecundum, & eſſe ſine diſtinctione ſeruandum quod ait tex. in præſenti. Sed nō placet. Quare communis concordia eſt,quod ſi impedimentum erat generale reſpectu omnium,prout eſt frigiditas, ſeu arctatio, is, qui reperitur habilis ad ſecúdum matrimonium, reſtituitur primo, quia eo ipſo apparet impedimentum quoad ſecundum perpetuum non fuiſſe, & hoc modo procedit tex.in præſenti, vt colligitur ex illis verbis, cognoſcibilis erat,ſin autem impedimentum non fuerit generale reſpectu omnium,ſed vnius, prout regulariter eſt maleficium, vel aliud,de quo per Abb. hic num. 20. tunc etiamſi is, qui iudicatus eſt impotens ad primum matrimoniū, reperiatur habilis ad ſecundū, non reſtituitur primo, quia ex eo non conſtat non fuiſſe impedimentum perpetuum reſpectu primi,& in hoc caſu procedit tex.in d. cap. ſi per ſortiarias, quam concordiam in effectu probant Abb. & communis vbi ſupra, pro qua optimè expendit idem Abb. hunc tex. in præcitatis verbis. Vnde fit vt ſi quis, vel propter maleficium, vel propter diſparitatem, aut aliquid ſimile reperiatur perpetuo impotés reſpectu vnius, itaut ſi cum illa maneret nunquam matrimonium conſumaret, non valebit matrimonium,quamuis poſtea illa per ſecundum matrimonium fiat habilis ad primum, quo pacto intelligenda ſunt verba tex. in d. cap. ſi per ſortiarias,in fine, quæ gloſſ.& ibid.DD.non perceperunt, vel etiā poſſunt rectè explicari ſi illud verbum, eis,non referatur ad priores coniuges, ſed ad ipſoſmet, qui propter maleficium fuerunt ſeparati, quod vero ſimilius videtur, & omnem difficultatem tollitur.

Ad Lib. IV. Tit. XVII. Qui filij ſint legitimi.

CAP. CVM INTER. II. num.2.ibi, n.3. & 7.Baſil.Pont.de Sacramen. Matrimonij lib. 11.cap.8.num.1.cum ſeqq.

Ibid.n.9.ibi, 1099.num.1.Sanctarel.vari.reſolut. q.20. num.4.

CAP. TANTA. VI. num.2.ibi,docent,in præſenti Butr.num.2. & 4. Zabarel. num.2. Anch. num.10.& Abb. num.4.& 10.Villadieg.de irregular.cap.16.verſ.iam aduertendum,Cuch.lib.2.inſti. maior.tit.11.nu.129.& 140.Ioan.Garc.de nobilit. gloſſ.21.Morquech.de bonorum diuiſ.lib.4.cap.6.n. 17 late Sanctarel. var.reſolut.q.22. & 42.

Ibid.num.3.in fine.Sanctarel.d.q.22. nu.7.

Ibid. num. 4 in fine Baſil. Pont. de Sacramento Matrim.lib.11.cap.1. §.3.à nu.18.

Ibid.num.7.in fine.Sanctarel.d.q.22.n.10. Baſil. Pont.d.cap.1.§.2.num.15.

Ibid.num.8.in fine,nouiſsime Sanctarel. vbi ſup. q.25.num.3.vbi etiam reſpondet ad tex in l.nuper C.de naturalib.liber. dum habet per matrimonium ſubſequens prolem naturalem effici legitimā quando Matrimonium celebratur ſpe ſobolis, nam Matrimonium contractum in articulo mortis eſt etiā celebratum ſpe ſobolis, cum fuerit celebratum ad ſuſcipiendam prolem legitimam ratione Matrimonij,quæ ex coitu fornicario erat ſuſcepta, vide Baſil. Pont.d.lib.11.cap.1.§.1.

Ibid.n.9.ibi, cum ſeqq.Greg.Lop.l.1.gloſſ.magna tit.13.part.4.Anton.Gabr.tom.3.lib.6 de legitimat. concl.1.n.30.& 54.Boer.deciſ.159.n.20.Ozaſc. Pedam.deciſ.96.n.3.& 5.Menoch.de præſumpt. lib.4. præſ.81.n.29 & lib.5.præſ.5.n.16. Burſat. conſ.40. nu.70.vol.1.Molin.de Iuſtit.tract.2.diſp.172. verſ. poſita validitate,Ruin.conſ.78.vol.3.Coſta in cap.ſi pater,verbo ſi abſque liberis,n.35.de teſtamen.lib.6. Sanctarel.vbi ſup q.26.num 1.

Ibid.num.12.in fine.Baſil.Pont.d.c.1. §.2. nu.16.

Ibid.num.14.in princ.ibi,& 10.Molin.de Iuſtit. tract.2.diſp.372.num.6.Baſil.Pont.d.lib.11. cap.11. à num. 1.

Ibid.num.16.in fine,poſt Cou.Say.Molin.& alios Baſil.Pont.d.lib.11.cap.1.§.3. num.21. & etiam ipſos inuitos filios fieri legitimos cenſent Sarmi. & Azor.quos refert,& ſequitur Baſil.Pon.d.§.3.n.22.

Ibid.num.17.in fine,ibi,num.3 .Sanctarel.vbi ſupra q.42.nu.20.Baſil.Pont.d. lib. 11.c.11. num.7.

Ibid.num.24. in fine, ibi,num.4.dixi de officio & poteſt. Epiſc.p.2.alleg.1.num.33. & me citato Sanctarel.d.q.42.n.18.Baſil.Pont.d.lib.11.c.11. n. 5.

Ibid.num.25.in fine,me citato d.alleg.1. n.35.in fine Sanctarel.d.q.42.num.19.

Ibid.num.33.prope fin.ibi, num.5. Sanctarel. vbi ſup.q.22.num.4.Baſil.Pont.d.lib.11.c.2. nu.5.

Ibid.nu.34.in fine.Majol.de irregular. lib.1. c.4. num.15.Sayr.de cenſuris lib.6.cap.10.num.18. Sanctarel.d q.22.num.5.

Ibid.num.35.ibi,nu.93.Leſſi.de Iuſtit.lib.2.c.19. dub.6.n.57.poſt Alex. & Maior. idem tenet Sanctarel.vbi ſupra q.21.num.1. vbi reprobat Anch.Abb. Fr.Emman,& Veg.contrarium tenentes,Baſil.Pon. d.lib.11.c.2.num.6.

CAP. PERVENIT. XI. poſt nu. 1. Notatur ad hoc quod filius natus ex parētibus,qui in facie Eccleſiæ Matrimonium contraxerunt,poſtea vero declaratur Matrimonium fuiſſe nullum, cum tamen ignoretur an bona,vel mala ſide parentes cōtraxerint Matrimonium,eſt reputandus legitimus,& habilis ad recipiendos Ordines,& ad officia Eccleſiaſtica,& ſæcularia,vt per Soar.tom.5.de cenſur.diſp. 50.ſect.4.nu.10.Sanctarel.var.reſol q.20. nu.6.

CAP. PER VENERABILEM. XIII. n.7.in fi. & plene Sanctarel.vari.reſolut.q 43.

Ibid.poſt nu. 29. Siciliæ Rex nihil prorſus habet facere cum imperio, Iacob. de Franchis in vſibus feudorum tit.ſper.feudor.n.3.& 4.Mar.Frech.de ſub feudis lib.1.de origine Baronum n.35. Pet.de Greg. de conceſſ.feudi.p.1.q.2.n. 4.Pereg.conſ.4.n.6.vol.1.

Ibid.num.44.in fine,Verum licet Papa ſolos Patriarchas,Archiepiſcopos, & Epiſcopos cōſueuerit fratrum nomine,alios vero filios appellare, vt dicit gloſ.verbo filij in procem.harum Decretal.tū hic

illud verbum, fratres, ſtatim qualificat ex termino differenti, videlicet, qui nobis Iure Leuitico in executione Sacerdotalis officij coadiutores exiſtunt, atque ita præſignat aſſiſtentiam, ſeu aſſidentiam illam in iudicando ex Iure Leuitico introductam, cuius munus nullatenus ad Epiſcopos ſimplices, ſed ad Epiſcopos Cardinales, & cæteros eiuſdem Collegij ſpectat; atque ita hunc tex. expendit hic *Hoſt. ſub n.27.* Io. Andr. & Abb. vterq; *n.19.* & alij paſſim, quos citat Iacobat. *de Concil. lib.1. art.12. charta 43.* Et quamuis cum Papa ſcribit Cardinali non Epiſcopo eum vocet filium, cum eo tamen ſenſu vt ſit filius primogenitus, nihilominus quando refert verba ad ordinem, cœtumque ipſum, ſemper eos vocat fratres, vt bene declarat Hoſt. *in cap. ad liberandum num. 3. de Iudæis,* & eſt *tex. in c. fundamenta §. decet, de elect. lib. 6.*

Ad Lib. IV. Tit. XVIII. Qui Matrimonium accuſare poſſunt, &c.

CAP. CVM IN TVA. VI. *num.2. in fine.* Cũ abſens præſumitur ignorare etiam ea, quæ publicè nota ſunt, Roland. *conſ.9. n.44. lib.3.* Honded. *conſ.55. num.49. & 50. lib.1.* Cardin. Tuſch. *lit. I. concl.18. num.8. & concl.22. num.6. & lit. S. concl.64. num.8.* Farin. *fragment. crimin. p.2. lit. I. num. 101.* vbi *num. 102.* cum Card. Tuſcho declarat dũmodo abſentia ſit longa, & remota, & talis vt id, de quo quæritur, veriſimiliter ad notitiam abſentis peruenire non potuerit, alias ſecus. Vnde ignorantiam craſſam, & ſupinam non excuſare per hũc tex. tenent Coſta *de facti ſcientia, & ignorant. inſp. 81. num.16.* & alij, quos refert Farin. *d. lit. I. num. 165.*

Ibid. *num.3. in fine,* ibi, *num.16.* Sebaſt. Medic. *de caſu fortuito p.1. q.... num.17. verſ. tertio infirmus,* Gabr. *commun. tit. de præſumpt. concl. 6. num. 32.* Card. Tuſch. *lit. C. concl.741. num.18.* Ioan. Baptiſta Coſta *de facti ſcientia, & ignor. inſp. 73. à num. 7.* Farin. *d. lit. I. num.196.*

Ibid. *num.4. in fine.* Vide addita ad *cap.1. à n.4. ſup. de poſtulat. Prælat.*

Ibid. *num.5. in fine.* Et cum ſit quid in animo cõſiſtens iuramento probatur, Menoch. *de arbitrar. caſu 186. à num.2.* Maſcard. *de probation. concl.638. num.1. & 2. & concl.881.* Seraphin. *de priuileg. Iuramenti priuil. 4.* Mancin. *de iureiur. effectu 103. num.1.* Card. Tuſch. *lit. I. concl.24. num.1.* Baptiſta Coſta *de facti ſcientia, & ignor. inſpect. 84. num. 2.* Farin. *d. lit. I. num. 236. cum ſeqq.*

Ad Lib. IV. Tit. XIX. de Diuortijs.

CAP. PORRO. III. *num.6. in fine.* Poteſt etiam Iudex ex officio inquirere ſuper conſanguinitate coniugis ne inter eos iniuſtæ contrahantur nuptiæ, vt per Soccin. *reg. 197. fallent. 16.* Farin. *fragment. crimin. p.2. lit. I. num.354.*

CAP. QVANTO. VII. *poſt num.5.* In tex. ibi (*non tamen eſt ratum, inter fideles autem verũ, & ratum exiſtit matrimonium.*) Ergo Matrimonium fidelium eſt ratum eo quòd fidelium eſt ob ſuſceptum Sacramentum Fidei, ita Magiſt. *in 4. diſt. 39. cap. fin. in vltimis fere verbis,* Palud. *eadem diſt. q.1. concl.3.* Richard. *art.1. q. 2.* Guillelm. Rubion *q.1. art.3.* Ioan. Mai. *q. vnic.* Thom. de Argentina *q.1. art.1.* Deca Hiſpalen. *diſt. 26. q.1. art.4. in ſolut. ad 5. dub. contra primam concl.* Durand. *diſt. 26. q.3. num.14.* S. Antonin. *p. 3. tit. 1. cap.6.* quos refert nouiſſimè Baſil. Pont. *de Sacramento Matrim. lib. 1. cap. 15. à princip.* vbi *num 5.* in hæc verba. Quare quòd nonnulli Doctores aſſerunt Matrimonium effici ratum qua Sacramentum eſt, ſi velint idem eſſe Matrimonium ratum, & eſſe Sacramẽtum ſumpta proprie voce Sacramenti, valde falſum eſt. Nam Matrimonium infidelium cum ad Fidem tranſeunt fit ratum, vt docent Ambroſ. (ſcilicet *1. ad Corinth. 7.*) & Innoc. (ſcilicet in præſenti) & tamen non eſt, nec poteſt eſſe Sacramentum. At ſi nomine Sacramenti intelligant vinculum matrimonij, quod ratione huius arcanæ ſignificationis dici ſolet Sacramentum, vt dictum eſt, rectè interpretari poſſunt, vt idem ſit, ac ſi dicerent fieri ratum ſuſceptione Baptiſmi, cum in ea ſuſceptione conueniat Matrimonij vinculo ea ratio Sacramenti, ſcilicet ſignificatio coniunctionis Chriſti cum Eccleſia, vt dictum eſt. Cum autem dicunt eſſe indiſſolubile quia ratum, & ratum quia indiſſolubile rectè dicunt, loquuntur autem de inſolubilitate extrinſeca vt dictum eſt, quæ illi accedit ex ſuſceptione Baptiſmi, quatenus ceſſat iam caſus ille, in quo poterat diſſolui in baptizati fauorem.

Ibid. *n.4. in fine,* idem repetit ipſemet Baſil. Pont. *in ſuo nouiſſimo tract. de Sacramento Matrimonij lib.7. c.48. num. 27.* aduertens *n.28.* quod quamuis matrimonium teneat etiamſi vnus ex coniugibus labatur in hæreſim, attamen cohabitatio illicita eſt, vnde ſeparatur thorus, & domicilium, niſi conſuetudine, quando periculum abeſt, huiuſmodi prohibitio abrogetur; quo fit vt apud Gallos, Germanoſque ſine vllo peccato Catholici Matrimonia cum hæreticis contrahant, & cum eiſdem cohabitent.

CAP. GAVDEMVS. VIII. *n.20.* nouiſſime Baſil. Pont. in *ſuo tract. de Sacramento Matrimonij lib.7. c.48. à num.16. & num.17.* aſſerit probabiliorem eorum opinionem, quæ docet Matrimonium non diſſolui ipſo iure ac infidelis diſcedit, vel pertrahit in peccatum, vel non vult ſine iniuria Creatoris cohabitare, ſed cum tranſit fidelis ad ſecundas nuptias, & in hanc ſuam ſententiam citat S. Thom. Palud. Maior. Turrec. Armil. Sylueſt. Nau. Sot. & Valent. & *n. 18.* reprobat ſententiam huius gloſſæ dicentis licet Matrimonium ſit ſolutum, tamen reſtitui Iure poſtliminij in fauorem Fidei, ex eo fundamento quia Matrimonium dici non poteſt poſtliminio redire cum eius eſſentia ex conſenſu pendeat contrahentium, & quoniam cum infidelis ſui coniugis conuerſi pariter ſequitur religionem ſine nouo cõſenſu in priori permanet Matrimonio, neceſſariò dicendum eſt illud non fuiſſe peremptũ.

Ibid. *n. 10. in fine,* Baſil. Pont. *in ſuo nouiſſimo tract. de Matrimonij Sacramento lib.7. cap.49.*

Ibid. *n.15. in fine,* nouiſſime Baſil. Pont. *d. cap.49. num. 4.*

Ibid. *n.17. in fine,* Baſil. Pont. *d. lib 7. cap.50. n.1.*

Rebell.

Rrbell.*de obligat. Iuſtitiæ lib.2.q.15 ſect.1.in fine*. Azori. *inſtit.moral.p.1.lib.6.c.1.q.3. circa fin.* Maldon.*ad Mathæ. 19.n.8.q.2.*

Ibid. *num.5 in fine*, quod poſt alios bene explicat Sot.*in 4.diſt.26.q.vnic. art.3. & diſt.29.q.1. art.1.* Specul. coniug.*p. 5. art.35.* nouiſſime Baſil. Pont.*de Sacramento Matrimony lib. 1. c. 6. n. 6.* & communis Theologorum interpretatio iuxta quam declarandum eſt *c.vlt.de tranſact. c.vlt. de presbyt. non baptiz.* & conciliabitur *c.quanto,hoc tit.* cum tex.*in præſenti*, quia in hoc Sacramenti nomen ſumitur in genere, in illo vero ſumitur In ſpecie pro Sacramenro nouæ legis, & ſic etiam DD. qui videntur ſibi aduerſari ad concordiam reducuntur.

Vtrum autem Matrimonium ab infidelibus contractum ſi poſtea ad Fidem conuertantur per Baptiſmum verum ſit Sacramentum nouæ legis? quæſtio eſt dubia, inqua Ioan.Ecchi.*homil.73. de Matrim.*Palud.*in 4.diſt.26.q.4.* S. Antonin.*p.3.tit. 14. c.9.§.3.ad med.*affirmant verum eſſe nouæ legis Sacramentum, dummodò tamen poſt Baptiſmum priſtinũ Matrimonium in infidelitate contractum nouo conſenſu confirmetur, quaſi nouus ille conſenſus tempore habili expreſſus Sacramentum faciat, ſicque apud vtroſque Indos obſeruatum. Specul.vero coniugatorum *p.2. art. 36.* affirmat Sacramentum eſſe, ſed nouum cõſenſum poſt Baptiſmũ negat eſſe neceſſariũ, nam cum idem matrimoniũ maneat, quod per Baptiſmũ non diſſoluitur ex *tex.in præſenti,et in c.ſi infideles 28.q.1.* ſequitur quod nouus cõſenſus nõ facit nouum Matrimoniũ, nec præſtat nouam formã, & materiã, & perconſequẽs neceſſarius non eſt vt efficiatur Sacramentum; vnde concludit quod licet laudabilis ſit conſuetudo Eccleſiæ, quæ iubet infideles poſt Baptiſmum priſtina Matrimonia nouo conſenſu confirmare, neceſſarium tamen non eſt. Durand. vero *d. diſt. 29. q. 3.* validiſſimo argumento cõtendit Matrimonium infidelium nec ante, nec poſt Baptiſmum eſſe Sacramentum, ait enim in omni Sacramento factum eſſe neceſſarium, quia conſiſtit in opere operato, ſed in iſto Matrimonio factum ante Baptiſmum non facit Sacramentum, factum vero poſt Baptiſmum nun facit Matrimonium, quia cum per baptiſmum ſolutum non ſit de nouo fieri non poteſt, Baptiſmum vero per ſe non poteſt Matrimonium Sacramentum facere, licet ad illud neceſſarius ſit, ergo Matrimonium Sacramentum non eſt, quæ ſententia probabilis eſt, & facile defendi poteſt, benignius tamen erit cum pleriſque aſſerere Matrimonium infidelium poſt Baptiſmum ornatum conſequi Sacramenti, prælertim cum hoc mos Eccleſiæ probare videatur, & in fortioribus terminis reſoluit Viger. *de inſtit.Eccleſiaſtica c.16.§.7.verſ.9.*

CAP. DEVS, QVI. IX. *poſt n.* 2. Quatenus vero hic tex.concedit nouiter conuerſis vt vtãtur Matrimonio contracto cum relictis fratrum, difficilis reputatur à Doctoribus; Gloſ.enim, Abb. Præpoſ. & communis hic exiſtimant Matrimonium illud fuiſſe contractum ante Baptiſmum, & eundem intellectum probât Sot.*in 4.diſt.40.q.vnic. art.4. in fine.*Cou.de *ſponſalib.p.2.c.6.§.10.n.3.* Sed defendi non poteſt. Primò quia ſi ante conuerſionem contraheret nulla Pontificis conceſſione opus eſſet, Matrimonium enim contra leges Canonicas ab infidelibus contractum valet, & poſt baptiſmum dirimi non poteſt ex *cap.gaudemus, ſupra hoc tit.* Rurſus confunditur ex verbis tex. dum inquit quia diſpar eſt ritus de nouo ad Fidem conuerſorum, igitur conſuetudo nubendi relictis fratrum erat conuerſorum de nouo, & ſic fidelium, qui adhuc non erant ſatis inſtructi de ceſſatione legis veteris in his præceptis iudicialibus, quę ad religionem, & cęremonias non pertinebant, & arbitrantur poſt conuerſionem ſe poſſe relictis fratrum nubere. Deinde conuincitur ex illis verbis propter infirmitatem gentium; quę parum conueniunt his, qui ante conuerſionem contraxerant, & nulla indigebant venia. Vnde verus intellectus eſt Matrimonium hic fuiſſe poſt conuerſionem ab his, qui iam erant fideles, & legibus eccleſiaſticis ligabantur, & ideo neceſſaria illis fuit diſpenſatio, quod vero tex. ait, ſi tamen iuxta legem Moſaicam, &c. eo pertinet quia ſi nuberent relictis fratrum cum ſobole deſcendentium, quia id erat contra legem Moyſis, qua putabant ſe eo vti poſſe Matrimonium non erat bona fide, & iuſto errore factum, neque diſpenſationem merebatur. Nec obſtant huic interpretationi verba tex. ibi, ne tales ſibi de cætero poſtquam ad Fidem venerint, copulent, quoniam non vult Pontifex ſignificare neminem ex ea Eccleſia fuiſſe eatenus conuerſum, eſt enim illud falſum, & contra manifeſta tex. verba *in princ.* ibi, conuerſorum, ſed illud demum vult Pontifex quod qui vſque ad illud tempus poſt conuerſionem ſic contraxerant, vtantur Matrimonio per diſpenſationem, qui vero deinceps contraxerint poſt conuerſionem careant diſpenſatione illa, & ideo præcipit Epiſcopo, vt illis deinceps tale Matrimonium interdicat, quo pacto tex. hic veram continet diſpenſationem, & intelligitur à Pariſ. in effectu *conſ.68.n.251.lib 4.* quamuis ab eo recedat Cou. *vbi ſupra*, non percipiens vltima verba textus.

Ad Lib. IV. Tit. XX. de Donation. inter virum, &c.

CAP. DE PRVDENTIA. III. poſt *n.3.* Amplia locum habere huius tex. concluſionem non ſolum quando plenariè, ſed etiam quando ſummariè proceditur, quia etiam tunc Iudex Eccleſiaſticus de cauſa principali ſummariè cognoſcens ſuper temporali incidenter moto rectè pronuntiabit; cuius contrarium dicendum erit in laico, qui nec incidẽter in cauſis ſummarijs quoad eccleſiaſtica negotia ſe poteſt intromittere, vt poſt Io. Andr. reſoluit Deci.*in cap.2.n.24.de Iudic.*licet Rip.*ibid n.13.* Mrnoch.*remed.3.retin.n.336.*& Gutier.*lib.1.canonic.c.34.n. 46.* ſecure exiſtimet poſſe laicum Iudicem cognoſcere de cauſis eccleſiaſticis incidenter, vnde inferunt poſſe in cauſa poſſeſſoria, quæ ſummaria eſt, incidenter cognoſcere, quod tamen falſum puto ex his, quæ tradunt Dec.*vbi ſup.* Con.*practic.cap.33.n.1.* Valaſc. *conſ.93.n.9.*

CAP. ETSI NECESSE. IV. poſt *n. 2.* In tribus difficilis reputatur hic tex. Primò in eo

quòd

Digitized by Google

quod vir vxori dotem dediſſet, cum vxor viro dotem, vir autem donationem propter nuptias vxori conſtituat? Secundo quare pactum inter Regem Legionenſem, & filiam Regis Caſtellæ factum de dote lucranda, ſi eam aliqua occaſione relinqueret, non ſit obſeruandum? Tertiò quomodo dos, & donationes contrahentium inceſtas nuptias per eoſdem ſoluto Matrimonio repetãtur, non vero Fiſco adiudicentur?

Quod attinet ad primum *gloſ. 1. hic* oppreſſa difficultate exponit verbum, dotem, ideſt donationem propter nuptias, quam tamen expoſitionem DD. communiter reprobãt per alia tex. verba inferius poſita, & ideo nec dos, nec donatio propter nuptias, quæ ſatis enincunt dotis conſtitutionem, in propoſito interueniſſe. Quare reſoluendum eſt quod quãuis dos propriè dicatur, quam vxor dat viro ad Matrimonij onera ſupportanda, donatio vero propter nuptias appelletur, quam vir vxori facit, vt probat tex. *in cap. nuper, inf. hoc tit. l. 1. l. vlt. in §. ſancimus, C. de donat. ante nuptias*, quandoq; tamen vir vxori dotem poteſt aſſignare, vt probat tex. *in præſenti*, & in *d. cap. nuper*, tex. opt. *in cap. 1. de adulter.* & poſt Vincent. Abb. Præpoſ. & alios hic, explicat Xuar *in tit. de las arrhas num. 4.* & eſt recepta ſententia ex Valaſc. *conſ. 4. num. 3.* quæ planius procedunt ſecundum antiquam Caſtellæ conſuetudinem, vt præcitati DD. aduertunt, de qua Palat. *in repet. rub. huius tit. §. 24. num. 2.* Greg. *l. 1. gloſ. 4. tit. 11. part. 4.*

Quoad ſecundum vero dubium reiecta opinione Butrij hic *n. 5.* Abb. *n. 3.* & aliorum, qui exiſtimant pactum in propoſito non eſſe obſeruandum, quia diſſoluendi Matrimonij libertatem impediebat, tunc enim magis ob turpem, quàm ob nullam cauſam datum eſſet, reſoluendũ eſt pactum ſine dote non valere, dotem autem ſine Matrimonio non conſiſtere iuxta *l. auunculo, ff. de condict. ſine cauſa*. Vnde cum Matrimoniũ inter conſanguineos nullum ſit, cætera, quæ ex eo dependent nullius quoque ſunt momenti, & licet in contrahendo Matrimonio cum conſanguinea turpitudo verſetur, in dote tamen conſtituenda nulla turpitudo reperitur, vnde cum in quacunque materia cauſa proxima non remota ſit inſpicienda, cauſa autem proxima in propoſito ſit dos, quæ nullam ex ſe continet turpitudinem, merito Pontifex in propoſito decidit pactum de lucranda dote in fauorem filiæ Regis Caſtellæ celebratum magis ob nullam, quàm ob turpem interpoſitum, quem intellectum colligo ex doctrina Bart. *in l. vlt. num. 2. ff. de condict. ſine cauſa*, quam ſequitur Cou. *de ſponſalib. par. 2. c. 6. §. 8. num. 23.* & probatur apertè ex *d. l. auunculo*.

Quoad tertium dubium inquirendum à nobis eſt cum propter conſanguinitatis impedimentum inter Regem Legionis, & filiam Regis Caſtellæ inceptæ nuptiæ eſſent contractæ, quare dos per Regem ſoluto Matrimonio repetetur, non vero Fiſco adiudicetur iuxta reg. tex. *in l. cum hic ſtatus, §. vlt. ff. hoc tit. & in l. qui contra, iuncta auth. inceſtas, C. de inceſtis nupt.* quibus Iuribus probatur bona cõtrahentiũ inceſtas nuptias Fiſco eſſe applicanda; in quo tex. iſte difficilis admodum reputatur, varioſque patitur intellectus. Nam *gloſ. in præſenti* dicit quòd ſcilicet in ſpecie huius tex. ille, qui inceſtas nuptias cõtraxit, Rex erat Legionis, qui nullum in temporalibus ſuperiorem recognoſcit, iuxta reſoluta *in collect. ad cap. per venerabilem, num. 24. qui filij ſint leg.* ac perſequens neque fiſcum, quem intellectum communẽ dicit Alciat. *in l. his conſequenter, §. 1. num. 21. ff. familiæ hereiſ.* Boer. *deciſ. 264. num. 15.* Nouell. *de dote, par. 11. nu. 7.* ſequitur D. Barboſ. *in l. ſi ante, n. 28. ff. ſoluto matr.* Quidã vero inter ſponſalia de futuro, & Matrimonium de præſenti communiter diſtinguunt, vt ſcilicet contrahentes illicita ſponſalia etiam ſcienter non incidant in pœnas contrahentium inceſtas nuptias iuxta *gloſ. verbo contrahere in Clem. 1. de conſang.* ſed potius donata reuocent per condictionem ſine cauſa per tex. *in l. fin. ff. de condict. ſine cauſa*; contrahentes vero illicitum Matrimonium, ſiue conſumatum illud ſit ſiue nõ, incidant in prædictas pœnas, eorumque bona Fiſco adiudicentur. Alij putant Matrimonium in præſenti fuiſſe contractum ſub conditione ſi Papa diſpenſaret. Rip. tamen *in rub. num. 29. ff. ſoluto matrim.* alium ad hunc tex. aſſignat intellectum nempe ideo Regem Legionis donara in propoſito potuiſſe repetere, quia licet Fiſcus ea poſſet auferre in pœnam contrahentium inceſtas nuptias, mulier tamen de hoc Iure opponere non potuit cum nullus de iure Fiſci præter ipſum Fiſcum poſſet opponere, vt notat *gloſ. verbo non pertinere in d. l. his, qui conſequenter, §. 1.* vbi Alciat. *num. 21.* Cou. *d. cap. 6. §. 8. num. 23.*

Sed his, & alijs reiectis intellectibus inhærẽdo primo, quẽ ſupra ex gloſ. in præſenti præſtiti, aduertẽdũ duxi quod quamuis dos, donationes propter nuptias, & cætera, quæ ex contrahentium inceſtas nuptias liberalitate proceedunt à Fiſco tanquam ab indignis poſſint vendicari, vt probat tex. *in l. qui contra C. de inceſtis nupt. auth. inceſtas, eod. tit.* hic tamen non condictione ob turpem cauſam, ſed potius in pœnam eorum, qui inceſtas nuptias ſcienter contrahũt ſpecialiter fuit ſtatutum, vt patet *in d. l. qui contra*. ibi, vendicari ſancimus, & *in d. auth. inceſtas in princip.* ibi, inceſtas nuptias contrahentis pœna eſt bonorum confiſcatio; vnde quamuis caſtra à Rege Legionis filiæ Regis Caſtellæ magis ob nullam, quàm ob turpem cauſam data eſſent, vt hic tex. probat, & ita condictione ſine cauſa per Regem poſſunt auferri, quia tamen inceſtas nuptias ſcienter contraxit potuit Fiſcus, ſi ſuperiorem recognoſceret, prædicta bona in pœnam vẽdicare, ſed cum Rex legibus quoad vim coactiuã ſubditus nõ ſit in pœnã Iuris nõ incidit, ac per conſequens quod ſine cauſa dedit iure optimo condictione ſine cauſa potuit repetere, iuxta *l. vlt. ff. de condict. ſine. cauſa*.

CAP. NVPER. VI. *num. 3. in fine*. Quod tamẽ attinet ad commoditatem feudi, & emphpiteuſis poteſt vaſſallus abſque conſenſu domini illã quoad vixerit in dotem concedere; ratio eſt quia per talẽ conceſſionem vtile dominiũ non transfertur, nec ius aliquod in re conſtituitur, ſed obligatio ſola perſonalis ad fructus ex ea percipiendos, vnde talis conceſſio nec eſt alienatio, nec prohibita cenſetur, quare ad quodcunque tempus fiat morte vaſſali expirat, libereq; ad illum regreditur, ad quem ſi in dotem

dara

data non eſſet, erat tranſitura, ita poſt Tiraq. *de retractu tig. §. 1. gloſ. 7. n. 47.* explicãt eleganter Molin. *de primog. lib 1. c. 21. n. 24.* & alt. Molin. *de Iuſtit. tract. 2. diſp. 466. verſ. in tertio*.

CAP. PER VESTRAS. VII. *in princ.* ibi, mercatori, &c. Dubitãt DD. in prę̃sẽti quo pacto dos ſit deponẽda penes mercatorẽ, quod ſi periculoſa fuerit expoſita iam plene mulieri non ſuccurritur, ſi vero cum pacto, vt periculum ad mercatorem pertineat, iam tale lucrum turpe potius, quàm honeſtum dicendum eſt ex reg. *l. ſi non fuerint §. ſtricto ff. pro ſocio.* Quare communis opinio intelligit contractum aſſecurationis ſine cum eiſdem mercatoribus penes quos deponenda erat, ſiue cum alijs eſſe licitum, vt poſt Nau. *in man. cap. 17. nu. 255. & in cap. 1. n. 36. 14. q. 3.* reſoluit Fr. Ludou. Lopez *in inſtructorio negotiantium cap. 65.* Cou. *lib. 3. vari. cap. 2. num. 4.* Gam. *deciſ.* 253. *nu.* 1. de coq; Pontificem eſſe intelligendum, aliter honeſtum lucrum cum dotis ſecuritate dari non poſſe. Verum hic intellectus licet in ſe verus ſit, diuinatorius tamen videtur, multaque ſupplet, quæ ex littera huius tex. non colliguntur, nec hodie poterat practicari cũ poſt nouam Sixti V. Conſtitutionem ſuper aſſecurationibus editam, talis contractus cum eodem mercatore ſit prohibitus, & vſurarius præſumatur. Vnde omiſſo prædicto, & alijs intellectibus, de quibus per Cou. *d. c. 2. nu.* 1. Bero. *in cap. vlt. de vſuris nu. 49.* Fr. Ludou. *vbi ſup. verſ. ad primum*, planius intelligitur hic tex. vt ſcilicet Pontifex non dicatur dotem apud mercatorem ſaluam eſſe à damnis, & periculis fortuitis, cum enim ſolum intendat tex. dotem ſaluari à viro ad inopiam vergente, qui idoneam cautionẽ præſtare non poterat, & ad hunc effectum iubet eã apud mercatorem deponi, vt ex parte honeſti lucri matrimonij onera ſupportentur, erit igitur dos apud mercatorem eo modo, quo foret apud maritũ non inopem, ſed opulentum, & vt penes maritum diuitem dos à fortuitus caſibus libera non eſt, ſed eiſdẽ ſubiecta remanet, igitur ſimiliter penes mercatorem eſſe poteſt, & quamuis *tex. in præſenti* de ſolo lucro mentionem faciat, damnum neceſſariò proportionabiliter inducit ex reg. *l. cum duobus 52 §. damna ff. pro ſocio*, faciunt illa tex. verba, ibi, vt ex parte honeſti lucri, &c. honeſtum autem lucrum dici non poteſt, quod ab eo ſocio prætenditur, qui nullum damnum ſubit, iuxta *d. §. damna, cum ſimilibus*.

Ad Lib. IV. Tit. XXI. de Secundis nuptijs.

CAP. CVM SECVNDVM. V. *num. 5. in med.* ibi, *num. 39.* plures refert Doctores Farin. *frag. crimin. p. 2. lit. M. num. 398.*

Ibid. *nu. 4. in fine.* Vnde & quælibet lex lata à ſæculari Principe circa Matrimonium, etiamſi non reprobetur ab Eccleſia, nulla eſt, vt docent S. Tho. *in 4. diſt. 42. q. 1. art. 1. ad 4.* Sylueſt. *verbo Matrimonium 2. q. 1. & 2.* nouiſſime Baſil. Pont. *de Sacramento Matrimonij lib. 6. cap. 2. num. 1.* vbi *nu. 3.* contra Sanchez reſoluit nequaquam poſſe Principem ſæcularem fidelem aliquam legem ſtatuere ad ſubſtãtiam Matrimonij directe, vel indirecte pertinentẽ, quæ vim habeat, niſi ab Eccleſia tacite, vel expreſſe probetur, ex defectu poteſtatis, & *num.* 4. pariter reſoluit neque circa acceſſoria Matrimonij poſſe Principem ſæcularem ex defectu poteſtatis leges ferre, ſi eo acceſſorio impeditur principale, & *nu.* 5. dicit circa alia accidentalia Matrimonio, vel acceſſoria, quæ non pertinent ad eius ſubſtantiam, neque ex ſe impediunt principale, ſæculares Principes pro ſua poteſtate poſſe leges validas ſtatuere, cuiuſmodi ſunt leges circa dotem, & lucrum dotis, vel donationes inter virum, & vxorem, & ſponſalitiam largitatem, & ſimiliter leges, quæ pœnis conſtitutis adiuuant prohibitiones Eccleſiaſticas.

Ad Lib. V. Tit. I. De Accuſationibus, &c.

CAP. SI QVIS. II. *n. 2. in fine.* & ibi dictis addendum duxi Concilium prouinciale non poſſe formare proceſſum contra Epiſcopũ ad effectum tranſmittendi illum ad Papam, quia vult Concil. Trid. *ſeſſ. 24. de reform. cap. 5.* quod non ſolum diffinitio, ſed etiam cognitio ſit tantum Sanctiſſimi, poteſt tamen Metropolitanus cognoſcere cauſas ciuiles Epiſcoporum, in Concilio vero prouinciali tractari, & diffiniri poſſunt cauſæ criminales minores Epiſcoporum etiam non exiſtentibus inibi duodecim Epiſcopis à Concilio requiſitis, quia conſtat Concilia prouincialia ex minore numero Epiſcoporum vt plurimum conſiſtere; nec obſtat quòd in cognoſcendis cauſis Epiſcoporum requirantur duodecim Epiſcopi, quia illud procedit in cauſis maioribus. Ita Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarra lib. 1. tit. 18. l. 7. de Epiſcopis num.* 80. Vnde hæreſis cauſa in Epiſcopo reſeruatur Papę *cap. inquiſitores, de haret. lib. 6.* Conc. Triden. *d. cap. 5.* Peña *in direct. Inquiſit. p. 3. commento 77.* Fr. Emman. *quaſt. Regul. tom. 2. q. 81. verſ. aduertendum tamen*, etiamſi Epiſcopus ſit titularis Molin. *de Iuſtit. tract. 5. diſp. 28. num. 19.* Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Dominus meus D. Rodericus à Cunha *de Confeſſoribus ſolicitantibus mulieres in Confeſſione q. 12. num. 7. in princip.* à quo alia præclari laboris monumenta in dies expectamus, quorum cognitione, nominis, & gloriæ tantum conſequutus eſt, vt eruditionis, ingenij cãdidi, & à maioribus ſuſceptæ nobilitatis cauſa Epiſcopatus Portalegrenſis munus obierit, & poſtea ad Portugalen. Epiſcopatum translatus vigilãtiſſimi Paſtoris ſubſtinuerit officium, nunc vero Bracharẽſis Archiepiſcopus, Hiſpaniarumq. Primas magna omnium noſtrorum lætitia electus eſt, ille inquã *in d. ſuo tract. de Confeſſ. ſolicit. d. q. 12. nu. 6.* ex dictis infert Epi-

ſcopos

Digitized by Google

ſcopos hæreticos non poſſe ab Inquiſitoribus Fidei puniri, & eitat Villad. *de haretic. q.7. num.15.* Simanch. *de Cathol.cap.25.num.7.*Peña *d.p.3.commento 76.*Locat.*in opere iudic.verbo Epiſcopus,* Rojas *ſing.55.num.2.*& eius Scholiaſtes Fr. Seraphin. à Freitas addit Molin.*d.tract.5.diſp.28.num.19.* & Farin.*de hæreſi q.186.à num. 113.* & procedere in Epiſcopis conſecratis, non vero in electis niſi tamẽ ſint confirmati docet idem Illuſtriſs. Dñs meus *d.q.12.n.11.*faciunt quæ Molin. *d.tract.5.diſp.28.n.19.* Sanch. *de Matrimon.lib.8.diſp.2. num.11.*

Ad Lib. V. Tit. III. de Simonia, &c.

CAP. CVM IN ECCLESIÆ. IX. poſt *nu.* 3. In gloſ. [*Benedictionibus.2.*] ibi(*licet pro matrimonio aliquid dare vel recipere non eſt peccatũ*) Collige ex gloſ. pro Matrimonio poſſe pecuniam dari,idẽ affirmant *gloſ.1.in cap.honorantur 32.q.2.* Præp. *in cap. 3. de condit. appoſ.* ſed dubium facit quia conſtat pro conferendis Sacramentis non poſſe aliquid exigi, ſed Matrimonium eſt nouæ Legis Sacramentum gratiam conferens, vt de Fide definitum eſt in Conc.Trid.*ſeſſ.24. de reform. Matrim. can. 11.* vbi plures citaui DD. in Remiſſion. quibus adde Baſil. Pont. *in ſuo nouiſſimo tract. de Sacram.Matrimonij lib.1. cap.5. num. 5.* ergo pro eo pecunia peti non poteſt: augetur difficultas *ex l. 2. ff.de donat.inter virum*, vbi dicitur Matrimonia non debere eſſe venalia. Quare reſpondendum eſt in Matrimonio interuenire pecuniam non ratione contractus humani,vt vulgariter dici ſolet,contractus enim matrimonialis inter Chriſtianos non eſt ſeparabilis à Sacramento, & perconſequens velut quid annexum ſpiritualibus nõ eſt pecunia æſtimabile, ſed quia Matrimonium eſt etiam in officium naturæ ad mutuum obſequium,& cohabitationem, ad prolis ſuſceptionem, & educationem, atque ideo non conuenit, vt in hunc finem pecunia petatur ad hæc onera ſupportanda, quo modo rem explicat S.Thom.receptus *2.2.q.100.art.2.*

CAP. NEMO. XIV. poſt *num.*1. Difficilis eſt hic tex. dum videtur probare ſimoniacum eſſe, ſi clericus temporale aliquid accipiat, vt peccatũ alterius celet,aut non denuntiet, item ſi Prælatus, vt ſubditum non corrigat, quod ex hoc tex. notant *gloſ.hic verbo celet,* Hoſt.Abb.Zabarel.Felin.& reliqui fere omnes DD id ipſum affirmat S.Thom. 2.2. *q.*100.*art.3.ad 3.& in 4. diſt 25. q.5.* vbi Palud.& alij, Angel.*verbo ſimonia 3.nu.42.*Sylueſt.*eod verbo q 9.verſ.5.*S.Antonin *p.2.tit.1.cap.5.§.17.*Sot.*de Iuſtit.lib.9.q.6 art.2. verſ.ad 3. argum.* Difficultas oritur ex definitione ſimoniæ,ſecundum quam eius eſſentia in eo conſiſtit, vt aliquid temporale tanquam pretium ſpiritualium detur, aut recipiatur, vnde fit, vt neceſſariò ab altera parte pretium, ab altera aliquid ſpirituale,aut dari, aut promitti debeat, vt ſimonia iudicetur, at vero vbi aliquis pretium recipit,vt non denuntiet, ſeu vt non corrigat, plane nihil ſpirituale dat, aut promittit, ſed tantum omittit facere, omiſſio autem curæ cum nullum habeat actum poſitiuum ſimoniam facere non poteſt, quia nihil ibi exiſtit,aut fit ſpirituale. Sed omiſſo gloſſæ,Innoc.Hoſt.& aliorum in præſenti intellectu, dicendum mihi eſt ad exactam huius dubij explicationem, duobus modis poſſe contingere vt aliquis pretio peccatum alterius celet, ſeu non corrigat, aut per omiſſionem puram,cum ſcilicet non denuntiat, aut correctionẽ omittit abſq; vllo facto poſitiuo,vel per actum aliquem poſitiuũ, vt ſi parochus ſubditis perſuadeat, vel percipiat ne denuntient,cuius perſuaſionem actum ſpiritualem appellat D.Antonin. *d.§.17.* vel à Prælato, & eius miniſtris obtinet,vt denuntiati nomen, aut nõ ſcribant,aut de libris deleant, etenim cum Prælatus, aut Iudex, & clericus pretio ſubditum criminoſum à pœna abſoluit, crimen ipſum condonat, impunitatem concedit, aut præcipit ne aduerſus illum pro eo crimine procedatur, vel ad tempus, vel in perpetuum,his enim modis,& alijs ſimilibus ita à correctione abſiſtit,vt actum ſui muneris, aut iuriſdictionis Eccleſiaſticæ poſitiue gerat. His ſuppoſitis reſoluendum eſt, quod ſi priori modo per puram omiſſionem quis aut non denuntiet peccatum, aut non corrigat, quamuis ob id pretium recipiat,peccabit quidem grauiter, verumtamen ſimoniam non committit, & hoc caſu procedit ſententia Innoc.& antiquorum rationes, & argumenta contra communem adducta. Poſteriori vero modo ſi per actum aliquem poſitiuum id fiat ſimonia erit,quia vere ſpiritualia pretio æſtimantur, & hoc caſu locum habet tex.*in præſenti,* & *in d.§. qui autem,*& communis ſententia noſtrorum, & Theologorum, de qua ſupra.

CAP. EA, QVÆ. XVI. *n 2.in fine.* Probat etiam hic tex.iuncto *c.in tãtum 36.inf.hoc tit.*nullius conſuetudinis prætextu obtineri poſſe, vt pro Chriſmate, aut oleo conſecrato exhibendo pecunia aliqua recipiatur, nec ex eo conſuetudinem excuſari quod illa pecunia, cathedraticum, aut præſtatio Epiſcopalis,aut paſculum appelletur,vel alio quouis nomine, aut prætextu exigatur, idem probat tex. *in cap.non ſatis,ad fin.hoc tit.*vbi cõſuetudo quantumuis longæua quaſi iure diuino contraria improbatur ea ratione,quæ redditur *in cap.vlt. de conſuetud.* facit etiam *cap.ad noſtram, hoc tit.* Sed difficultatem facit, quod ea pecunia tanquam cathedraticum, aut onus Eccleſiæ impoſitum exigi poteſt *cap.vlt. vt Eccleſiaſtica benef.* Obſtat etiã quod Prælati videntur poſſe exigere expenſas,quas in oleo ex balſamo comparando, & alijs ad conſecrationem neceſſarijs faciunt in gratiam Eccleſiarum,& ratione expenſarum videntur has pecunias exigere. Accedit quod conſuetudo ſicut lex facit, vt illa temporalia,quæ à miniſtris ſpiritualium recipiuntur,non quaſi pretium,ſed quaſi ſtipendium, vel onus reale Eccleſiaſticis impoſitum, aut alia honeſta ratione recipi iudicentur, idque legis, aut conſuetudinis auctoritas, & Prælatorum expoſtulat,de quibus recte cenſendum eſt,quod in hac materia colligitur *in cap. ad Apoſtolicam, hoc tit.* ex D.Thom.2.2.*q.100.art.3.* iuuat *cap. mos antiquus, cum ſeqq.75.diſt.* & quæ de poteſtate conſuetudinis ad excuſandum à culpa,& pœna tradit *gloſ.& DD. in cap. cum venerabilis, de conſuetud.* Bart. *in l. ſi quis §.apud Labeonẽ ff.de ædili.edicto,* Abb.*cõſ.15. lib.1.*

lib. 1. Iaſ. *in l. 1. num. 62. C. de Summa Trinit.* Dec. *conſil.* 117. Cou. *de ſponſal. par. 2. c. 7. §. 3. num.* 5. Vrget tandem quod omnis diſpoſitio à conſuetudine interpretationem aſſumit *l. vt liberis, C. de collation.* & ibi Iaſ. *num. 7.* ab eaque actus omnis interpretatur *l. ſi de interpretatione, ff. de legib.* cum autem pecunia prædictis caſibus, vel tanquam cathedraticũ, vt tex. habet, vel tanquam cenſus, aut honeſtum aliquod tributum ad ſuſtentationem Prælatorum, vel pro expenſis licite recipiatur, auctoritas conſuetudinis efficiet, vt ſic, & non tanquam pretium receptum videatur. Quamobrem licet DD. prædictis locis difficultatem non ſatis expendant, reſoluendum eſt in hoc tex. *in d. c. in tantum, cum ſimilibus* conſuetudinem quaſi Iuri diuino contrariam quantumuis longæuam improbari, quia de prauo eius initio Romanis Pont. ſemper conſtitit, vt ſcilicet pro conſecratione potius, quàm pro materia adeo exigua pecuniam illam extorqueri cenſeatur, & ideo quod DD. docent non ſolum illicitum eſſe pecuniam exigere ratione conſecrationis, ſed ne pro licore ipſo olei peti poſſe, prout affirmant Ioan. Andr. Zabarel. Abb. Anan *num 1. in præſenti*, ita accipiendum eſt, vt velint docere DD. non ſolum pro Sacramento Confirmationis, aut Vnctionis conferendo, ſed nec pro ipſo oleo conſecrato pecuniam recipi poſſe, non quia materia ipſa nequeat per ſe vendi, vt dixit Sot. *de Iuſtit. lib. 9. q. 6. art. 1. verſ. per hæc*; ſed quia cum materia ſit adeo exigua, vt vix pretio aliquo valeat æſtimari, pecunia ratione conſecrationis exigi videtur.

CAP. MATTHÆVS. XXIII. *num. 6.* in princip. ibi, ſimoniacus, tum quia à maiori, & ſaniori parte electus proponitur, tum etiam quia contradictionis auctor magiſter diſcordiæ appellatur. In primis *gloſ. hic verbo paucis* intelligit contradicentem ius probabile habuiſſe ad electionem impugnandam, aut quia fuerat contemptus contra *cap. quod ſicut 28. & cap. coram 31. de elect.* vel aliquem patiebatur defectum electus ipſe, ex ijs, quæ habentur *in cap. cum in cunctis, eod. tit. de elect.* ſicque non redimebatur vexatio, ſed potius ius ſpirituale. Ab hoc tamen intellectu recedunt Abb. *num. 4.* Anan. *nu. 3.* quia, vt aiunt, textum reſtringit, oſtendit enim aptis verbis Pontifex in præſenti contradictionem fuiſſe iniuſtam.

Quapropter Innoc. hic intelligit in hoc tex. non fuiſſe licitum pecuniam dare, quia electus non dum fuerat confirmatus, nec poſſeſſionem adeptus beneficij, ſic docens licitum eſſe circa beneficium, aut aliud ius ſpirituale plene quæſitum, & poſſeſſum vexationem redimere, quia ſpirituale nihil acquiritur, & ſic procedat recepta reſolutio circa vexationem redimendam de qua ſupra; cum vero non dum plene quæſitum eſt, ſed de Iure quærendo agitur non eſſe licitum, quia tunc videtur Ius illud pecunia comparare; & in his terminis procedat tex. *in præſenti*, hanc Innocentij ſententiam probant Zabarel. Abb. & communis *in cap. dilectus il 1. hoc tit.* Sylueſt. *verbo ſimonia quæſt. 13.* Angel. *eod. verbo in 2. §. 13.* teſtatur communem Præp. *in ſum. 1. q 1. num. 30.* Sed hæc communis ſententia quamuis videatur conuenire hypotheſi huius tex. nullum habet Iuris fundamẽtum, etenim non ſemper licet circa Ius quæſitum vexationem redimere, ſi aliter impedimentum commode valeat remoueri. Nec item ad rem facit quod beneficium nondum plene ſit quæſitum, quoniam Canonicus electus eo modo ſuam poteſt electionem defendere, ſicut confirmatus, aut inſtitutus ipſum beneficium, atque ideo fruſtra diſtinguunt DD. inter beneficium plene acquiſitum, & non plene, cum vtroque caſu nihil aliud intendat redimens vexationẽ quàm iniuſtum impedimentum remouere, atque ideo ſimoniam non committit.

Ego igitur dicendum puto non ideo pecuniam illicite fuiſſe datam quod electus non dum fuerat confirmatus, vt male Innoc. & communis exiſtimat, nec etiam quia contradicentes iuſtam cauſam habebant, vt contra verba tex. gloſ. vult, ſed quia conſtabat tantum non eſſe aduerſarij potentiam, vt non potuiſſet electus commode ius ſuum apud Iudicem conſequi, & obiecta impedimenta remouere, quo pacto etiam procedit tex. *in cap. ad aures, inf. immediate ſeq. hoc tit.* poterat enim excommunicatus de quo ibi, ſuperiorem adire, vt *gloſ.* & DD. ibidem obſeruant, nam ex tribus, quæ inſimul concurrere debent ad vexationem iuſte redimendam in ſpiritualibus, vnum eſt, vt vexatio ab eo fiat, qui ratione officij, diuitiarum, aut aliunde adeo ſit potens, vt niſi eo modo à lite, aut moleſtia remoueatur, non poſſet redimens commode, aut ſine magno diſpendio ius ſuum pacifice poſſidere, conſequi, aut defendere, vel tantum ſit in mora periculum, vt magnum aliquod detrimentum immineat ſi iudicialis auctoritas expectetur, tradunt *gloſ. verbo abſolutionis, in d. cap. ad aures*, vbi Ioan. Andr. *& in d. c. dilectus* Abb. *num. 4.* Anan. *8.* & Felin. *3.* & receptum teſtatur parum ſibi conſtans Redoan. *in tract. huius tit. par. 3. c. 2. nu. 17.* Et etiam non inepte poteſt dici electum læſam habuiſſe conſcientiam, & ideo iubetur celeriter adminiſtrationem dimittere ne fortaſſe ſi ſcrupulum remouere non poſſit, maneat in peccato, ad quod etiam erroneam conſcientiam obligat *c. vlt. de præſcript.* & ideo Summus Pont. quod eſt tutius imperauit iuxta tex. *in cap. pen. de homicid.* Cui interpretationi conueniunt illa verba ibi, multum tibi conſulis, &c. ſicque non conſtabat de ſimonia, ſed dubitabatur. Cætera quæ ſequuntur *in collect. ad fin. huius num. 6.* delenda ſunt cum non faciant ad rem.

CAP. AD AVRES. XXIV. *num. 2 in fine* Intellige quando pretium, ſeu pecunia petitur pro abſolutione, ſi vero petatur loco pœnæ, veluti ſpreti mandati iuſte peti poteſt, probant Hoſt. *in ſum. ſub tit. de ſentent. excom. verſ. & qualiter col. 2.* S. Antonin. *par. 2. tit. 1. cap. 5. §. 16.* S. Thom. *in 4. diſt. 25. q. 3. art. 2. ad 6.* Felin. & Anan. *in fine*, in hoc tex. ſimili ratione nec concionator pro concione, eſt enim res quædam ſpiritualis illa explicatio ſcripturarum ad noſtram vtilitatem ſpiritualẽ, nec fieri poteſt niſi ab habente ſpirituale poteſtatẽ, *cap. ſicut in vno corpore, de hæretic.* & laicis prohibetur *in cap. 2. §. 1. eod. tit. de hæret. lib. 6. & in cap. noua, de Pœnit. & remiſ.* de qua re per Sot. *de Iuſtit. lib. 9. q. 6. art. 2.*

CAP. DILECTVS. XXVIII. poſt *n. 1.* Dũ ait hic

Digitized by Google

hic tex. eum, qui pecuniam recepit vt ab omni grauamine ceſſaret, poſtea circa beneficia litem mouens, ad reſtitutionem teneri ſi contra promiſſionẽ veniat, patitur non mediocrem difficultatem, videtur enim probare iuſtam eſſe tranſactionem à litigantibus de rebus ſpiritualibus factam, vt alter recepta pecunia liti cederet contra *cap. cum pridem, de pactis, & cap. niſi eſſent, de præbend.* & quæ in his Iuribus dixi, & addidi, vbi præcipuè *in d. cap. niſi eſſent*, probaui ita demum licitum eſſe pecuniam recipere ſi pro bono pacis à Iudice, vel ab arbitro mandatum ſit nulla partium cõuentione præcedẽte. Auget difficultatẽ *c. Matthæus 23. hoc tit.* vbi in caſu ſimili ea conuentio ſimoniaca iudicatur. Quapropter *gloſ. 1. & 2. in præſenti* putat pecuniam iuſte quidem fuiſſe datam, quia is, qui dedit vexationem iniuſte redimebat, quod etiam in ſpiritualibus licere non dubitat, vbi nullum ius vexanti competit, iniuſte tamen & cum labe ſimoniæ fuiſſe receptam, quia is, qui promiſit contra legem id facere tenebatur, & ideo reſtituere iubetur, hanc gloſſæ ſententiam probat Innoc. *in præſenti*, ſequitur, & & communem dicit Abb. hic, Anan. *nu. 9.* Zabarel. & Felin. *nu. 7.* Fab. *ad* l. *vlt. C. de tranſact.* & alijs relatis à Padil. *nu. 13.* Præpoſ. qui alios refert *in ſum. nu. 27. 1. q. 1.* Paul. Borg. *in tract. de irregul. tit. de ſimon. nu. 58.* Verum contra *gloſ.* & communem illud maximè obſtat, quod ſi in hoc tex. ad redimendam vexationem pecunia fuiſſet data, recipiens indiſtincte iuberetur reſtituere, etiamſi promiſſioni ſtaret, is enim, qui iuſte datum recepit iniuſte in vtroque foro reſtituere compellitur *l. 2. & 3. in §. quoties ff. de condict. ob turpem, cap. non ſane 14. q. 5.* Nau. *in man. c. 17. num.* 33. Sot. *de Iuſtit. lib. 4. q. 7. art. 1.* & relati à Cou. *in reg. peccatum p. 2. §. 3.* at vero Summus Pont. ita demum reſtituere iubet ſi contra promiſſionem factum probaretur, vt colligitur ex dictione, ſi, quæ efficit conditionale præceptũ *l. Titio ff. quando dies legati cedat*, cum alijs citatis per me *de diction. & clauſulis dict.* 313. conditio autem præceptum ad eum reſtringit caſum quod ſi non fuerit completa non obligabit iuxta reg. *l. hæc conditio, in princ. ff. de cont. empt. l. qui heredi §. Plautius ff. de condition. & demonſtr.* DD. in *Clem. 1. de præb.* Menoch. *conſ. 134. nu. 7. & nu.* 29. igitur fieri non poteſt vt iuxta ſententiam *gloſ.* tex. hic declaretur. Nec huic argumento ſatisfacit gloſ. & DD. vbi ſupra, dum aiunt ſupplendum eſſe verbum, maxime, vt idem ſit in caſu contrario, eſt enim abſurdum, plane illa verba legibus addere, vel detrahere non licet, quæ ſenſum mutant, nec fas eſt credere legiſlatores adeo fuiſſe fatuos vt verba contraria ſuæ intentioni expreſſerint, noſque miſerum refugium arbitramur, vt vulgarem editionem tot ſæculis receptam, quam quis non intelligit, corrigat.

Hoſt. igitur hoc argumento motus ait credendũ eſſe in eo tex. auctoritatem ſuperioris interueniſſe, atque ideo ab vtraque parte compoſitionem fuiſſe iuſtam, & tunc demum reſtituendam pecuniam cũ conditio non fuit obſeruata, vt tex. habet, quem intellectum alij quoque probant *in præſenti*, & affirmant vtrumque defendi poſſe: diſplicet tamen Ananiæ ea tantum ratione quia huic titulo non conuenit. Nobis vero alijs argumentis non probatur, primò quia verbis tex. non conuenit, ex quibus aperte conſtat pecuniam à Præpoſito fuiſſe promiſſam, & datam abſque vllo ſuperioris, & arbitri mandato. Deinde vterque intellectus ſupponit promiſſionem ab Archidiacono factam fuiſſe ſpecialiter de nullo inferẽdo grauamine circa beneficia, de quibus erat controuerſia, quod quidem ſi rectum verborum ſenſum, & rationem Iuris obſeruabimus, verum non eſſe deprehendemus, videlicet in hoc tex. nullum grauamen circa beneficia fuiſſe illatum impedito, aut litem motam, ſed circa perſonam, & res alias, vt ex eo conſtat in illis verbis, grauaminibus, &c. promiſſio autem Archidiacono generaliter facta fuit de nullo grauamine inferendo, nec reſtricta ad res aliquas, & ob id pecuniam datam, & receptam fuiſſe abſque labe ſimoniæ, quia circa ſpiritualia nulla erat controuerſia à qua propter pecuniam ceſſaret Archidiaconus, qui poſtea cœpit controuerſias excitare circa beneficia, exiſtimans promiſſionem ſuam ad ea non pertinere, tum quia generalis promiſſio, aut tranſactio ad ea non trahitur, de quibus actum, aut cogitatum non fuit *l. obligatione generali ff. de pignorib. l. iubemus C. ad Velleian.* tex. opt. *in l. ſi de certa C. de tranſact.* vbi Padil. *à n. 1.* multa congerit, obſeruat *gloſſ. verbo quod promiſit in cap. penul. de iureiur.* tum etiam quia promiſſio accipienda erat iuxta ſtatum, qui vigebat tempore, quo facta fuit, ex doctrina Bart. tenent Affict. *deciſ. 328. num.* 4. Tiraq. *in l. ſi vnquam in præf. nu.* 130. Octauian. *Pedam. deciſ. 91. nu.* 3. Cum ergo tempore factæ promiſſionis circa beneficia nullum grauamen inferretur, videbatur non poſſe ad ea promiſſionem extendi. Accedit quod non poterat plus operari generalis promiſſio circa ſuas ſpecies, quam ſpecialis circa beneficia, vnde qui aliquid in conuentione ſpecialiter deducere non poteſt, ſi generaliter conueniat, non videtur illud contrahendi animum habuiſſe, vt in ſimili reſoluũt DD. *in cap. quanto, de iudic.* Roch. *de Iurepatronat. verbo ipſe vel is, q. 29. n. 65.* Coſt. *in cap. ſi pater verbo Trebellianica nu. 7. verſ. quarto.* Cum igitur Archidiaconus abſque ſimonia non poteſt pecuniam recipere vt à controuerſia beneficiorum ceſſaret, vt omnes volunt, plane ex ſua generali promiſsione non videbatur ad ſua beneficia obligari. His rationibus ſe potuit Archidiaconus excuſare, quæ Summo Pont. dubitandi occaſionem præſtabant.

Quibus ſuppoſitis reſoluendum eſt in hoc tex. illud definiri, tranſactionem ſcilicet de nullo grauamine inferendo generaliter receptam aliquo dato, & recepto ſimoniacam nõ eſſe, vbi de beneficijs, aut alijs ſpiritualibus actum nõ fuit, quia cum nec verborum contrauentione expreſſa, nec partium intentione actuali beneficia contineat, non poteſt ſimoniæ vitium facere, quamuis adeo generalia verba ſint, vt ad beneficia quoque, de quibus actum non eſt, conuentionem trahant. Ideo autem pecuniam reſtitui iubetur ſub ea conditione, quoniam oportebat Iudici duo maxime examinare, vnum an promiſſio facta fuiſſet per verba adeo generalia vt grauamina circa beneficia comprehenderet, de quibus nulla erat contentio, nec inter partes actum

iuxta

iuxta tex. *in l. ſi pluribus 16. ff. de acceptilat.* & receptam doctrinam Bart. *in d. l. ſi de certa*, quo loco dicit quod ſi tranſactionis verba adeo ſint generalia, vt ſalua ratione recti ſermonis non poſſint reſtringi ad eas tantum res, de quibus erat controuerſia, omnes alias comprehendit, quæ ſub generalitate verborum continentur, licet de illis actum non fuerit; probat poſt alios Alex. *ibidem num. 3.* Iaſ. *num. 7. & 8.* Padil. *num. 3. in fine*, qui communem eſſe affirmat, reſoluit Abb. videndus *in cap. 1. num. 6. de tranſact.* quo pacto Archidiaconus promiſſionem potuit violare circa beneficia Præpoſitum grauans, ſin autem promiſſio non fuerat adeo generalis referenda erat ad res de quibus fuerat contentio, & non offendebatur. Alterum vero verũ iuſte, vel iniuſte grauamen inferret iuxta ſupradicta. Nec obſtat quòd etſi nulla fuiſſet ſimonia in ea conuentione, verſabatur tamen manifeſta iniuſtitia ex parte recipientis, dum pecuniam recipiebat pro eo, quod omni lege facere tenebatur, vt probat tex. *in l. 3. in princip. verſ. quoties ff. de condict. ob turpem*, Nauar. *in man. cap. 17. à num. 33.* reſpondetur enim hoc in eo tex. petitum non fuiſſe, ſed tantum de promiſſione violata actum eo fortaſſe conſilio quia nolebat Præpoſitus in controuerſiam vocare verum grauamina ab Archidiacono illata adeo fuiſſent iniuſta, vt non potuiſſet ita transigere, & ideo iuxta partis petitionem Summus Pontifex cauſam iubet definiri. Poſſet etiam tentari in hoc tex. Præpoſitum pro redimenda vexatione pecuniam dediſſe, Archidiaconum vero promiſſionem non ſeruaſſe propterea quod pecuniam receperat pro re, quam non præſtabat ad reſtitutionem vrgeri, quoniam receptum eſt, & verum eum, qui pecuniam recepit, vt aliquid faciat ſiue ex parte recipientis ſiue vtriuſque detur turpitudo, reſtituere debere ei, qui dedit, ſi id, quod promiſit non faciat, etſi iuſtum ſit, vt poſt Medin. docet Nauar. *vbi ſupra num. 30. verſ. quarto.* Nec valuit Præpoſitus de ſimonia Archidiaconi agere, quia forte non erat adeo explorata.

CAP. PER TVAS. XXXII. poſt *num. 4.* Cum delinquens de ſe confeſſus per ſuam confeſſionem criminoſus efficiatur, iam in effectu videtur probare is tex. talem eſſe audiendum aduerſus ſocium in quocumque crimine quando de illo non criminaliter, ſed ciuiliter agitur, ita in effectu *gloſſ. verbo ciuiliter*, & alij *in præſenti*, apertius Abb. *num. 8. in cap. 1. de confeſſ.* Dec. *in cap. quoniam in fin. de teſtibus.* Rum. *conſ. 105. lib. 4.* Menoc. *de arbitr. caſu 474. num. 66.* Facit pro hac opinione quia rationes relatæ *in l. fin. verſ. nemo, C. de accuſat.* in quibus prohibitio interrogationis fundatur, nullo modo conueniunt caſu, quo aduerſus confeſſum delinquentem actio ciuiliter intentatur, eo quòd tunc temporis cum de ſola partis ſatisfactione, & re familiari tractetur non eſt cur dicatur propter conſortium ſocij delinquentis veniam pœnæ ſperare, nec eiuſdem priuilegio poſſe liberari. Igitur ſupradicta prohibitio procedit ſolummodo quando controuerſia criminaliter mouetur. Licet enim reſponſio delinquentis facta in iudicio ciuili reciperetur, & faceret probationem ad faciendam condemnationem, nihilominus tamen attento Iure talem effectum habere non poteſt in iudicio criminali aduerſus ſocium contra quem recepta eſt, vt docet Bart. *in l. 2. §. 1. ff. vi bonorum rapt.* reſoluunt Felin. *in cap. at ſi clerici num. 11.* vbi Dec. *num. 29. de Iudic.* refert alios Boſſi. *in praxi tit. de plur. violent. nu. 43.*

Ibid. *num. 7. in fine*, nouiſſime Ioann. Anton. Maſſob. *in ſua praxi habendi concurſum req. 7. dub. 36. ſecundum Roman. Imp.*

CAP. PER TVAS. XXXVII. *num. 3. in fine*, nouiſſime Sanctarell. *var. reſolut. q. 49. num. 20. in med.* vbi dicit in ſpecie huius tex. ſermonem eſſe de pacto initio cum eo, qui ad titulum Eccleſiæ aliquem præſentauit, vt ſuſciperet Ordines, in quo caſu ſuſpenſionem incurrere, & ſimoniam committere reſoluit, & paulo poſt cum Soar. *tom. 5. de cenſur. diſp. 31. ſect. 1. num. 34.* notat in hoc tex. dici incurrere præſentatum ſuſpenſionem propter pactum initum cum præſentante ſe nullam petiturum portionem ab eodem præſentante, quamuis ex ignorantia Iuris pactum illud fecerit, vt patet ex illis verbis, ibi, etiamſi in hoc nihilo illicitum ſe agere intellexerit, eſſe hoc intelligendum in foro externo, quia talis ignorantia non præſumitur iuſta, & probabilis cum ſit Iuris, & in re clara, iuxta vulgaria Iura.

CAP. CONSVLERE. XXXVIII. *n. 2. in fine*, Et ita pro adminiſtratione rerum Eccleſiæ pecuniam accipi non poſſe tenent in ſpecie Panor. & Anan. *in præſenti*, S. Thom. 2. 2. *q.* 100. *art. 3.* S. Antonin. *par. 2. tit. 1. cap. 5. §. 17.* Selu. *de benefic. p. 1. q. 7. col. 10. n. 61.* Sylueſt. *in ſum. verbo ſimonia §. 9.*

CAP. AD APOSTOLICAM. XLII. poſt *num. 13.* Videtur tamen hic tex. in concluſione ex eo deſumpta repugnantiam continere dum temporalium exactionem vetat, conſuetudinem tamen dandi laudat, & ex ea peti, & compelli iubet. Rurſus vrget in contrarium *cap. cum Eccleſia 9. hoc eod. tit.* quatenus non ſolum exigi prohibet, ſed omnem conſuetudinem improbat, idem habetur *in cap. non ſatis 8. ad fin. hoc eod. tit. & in cap. fin. de ſepultur.* Obſtat etiam quod ſæpiſſime funerales pompæ maximo cum apparatu celebrantur, & procul à parochia, collegia etiam & Sacerdotes aliunde vocantur, qui nulla ratione tenentur. Rurſus cantores, & alia huiuſmodi adhibentur, quæ ad exequias neceſſaria non ſunt, pro quibus dubium non eſt, vel tanquam ſuſtentationem, vel quaſi mercedem laboris temporalia peti poſſe.

Communis DD. reſolutio habet pro ipſis exequijs, quoniam actiones ſunt ſpirituales, quidquam exigi non poſſe abſque vitio ſimoniæ, vt citata Iura probant, ſi tamen libere, & pie offerri conſueuit poſſit recipi etiam temporale, quo exequiæ, & alia ſpiritualia miniſtrantur: quod ſi eo tempore non offerantur peractis libere exequijs poterũt officio Iudicis compellere hæredes, vel executores, vt laudabilem conſuetudinẽ obſeruent, & cõſuetas oblationes perſoluãt, ita q̃ ſpiritualia miniſtrãtur etiã prætextu conſuetudinis exigere nõ liceat, nec

pignus, aut cautionē petere, poſtea vero officio Iudicis liceat ad obſeruantiā cōſuetudinis agere, quæ ſi ab exactionibus initium habuit tanquam irrationabilis non excuſabit, quo caſu intelligendæ ſunt auctoritates ſupra adductæ, quibus conſuetudines improbantur. Sin autem à pia fidelium deuotione incœperint, laudabiles erunt, & obſeruandæ, & ita tex. hic procedat, ita *gloſ. verbo laudabilem, in præſenti*, & poſt Hoſtien. & alios antiquos reſoluit Abb. *ibidem col. fin.* Anan. *num. 6.* teſtatur communem Felin. *num. 2.* eandem etiam reſolutionem latius probant idem Abbas Anan. & Felin. *in cap. ſuam, hoc eodem tit.* & colligitur ex S. Thom 2. 2. *quæſt.* 100. *artic. 3. in corpore.* S. Antonin. *p. 2. tit. 1. cap. 5. §. 22.* Syluest. *verbo ſimonia quæſt. 11.* Sot. *de Iuſtit. lib. 9. quæſt. 6. artic. 2.* Sed hæc communis reſolutio quamuis in ſe vera ſit, non tamen propoſitas tollit difficultates, adhuc enim dubitari poteſt an omnis exactio prohibeatur in exequijs? vtrum etiam vera ſemper cōmittatur ſimonia ab exigentibus? an id præſumatur, aut prohibeatur tantum lege humana? item vtrum in omnibus prohibitio procedat indiſtincte, an vero in ijs tantum, quæ ex officio ad exequias tenentur?

Quapropter apertius, & verius reſoluendum eſt eodem pacto circa exequias eſſe diſtinguendum, etenim ſi temporalia tanquam pretium exigantur, vera ſimonia erit, ſin minus vera ſimonia non erit, nam leges Canonicæ non ſolum ſpiritualium venditionem, ſeu appretiationem diuinis legibus interdictas prohibuerunt, ſed etiam omnes illos actus, qui venditionis imaginem habent, qualis eſt exactio antequam ſpiritualia conferantur, pactio, & his ſimilia, non quia in his vera ſimonia committatur, ſi intentio ad aliam cauſam referatur, quæ à pretio ſpiritualium ſit diuerſa, ſed quia talis exactio, & conuentio adeo ſunt commutationi, & dationi ſimiles, vt non leuis ſit præſumendæ ſimoniæ coniectura, aut certe manifeſtam habeat cupiditatis, & ſcandali rationem, ideoque merito mala, & quæ mali ſpeciem habent, vel occaſionem in re tam periculoſa ſanctiſſime prohibuerunt. Vnde præcitata Iura, quæ in exequijs mortuorum temporalia exigi vetant, & conſuetudines damnant, non ſolum intelligenda ſunt quando verè in ratione pretij exiguntur, ſed etiam abſolute ſi exactio, & pactio interueniat, nec præceptum legis effugiet qui rectam habuerit intentionem recipiendi ex conſuetudine ſi contra legis mādatum exigat, aut paciſcatur, leges enim prædictæ non ſolum ſimoniam præſumunt ex eo facto, vt Syluest. & alij exiſtimant, ſed etiam factum ipſum ſua prohibitione efficiunt ſimoniacum, vt infra declarabitur. Cum ergo id, quod iuxta laudabilem conſuetudinē abſque vlla exactione vltro à fidelibus offertur, aut poſt miniſterium petitur nullam habeat mali ſpeciem, cum manifeſta cauſa ſit ob quam recipitur, merito tex. *in præſenti* idem permittit, ſic Sacrorum Canonum prohibitionem in hac re declarans. Inſuper eſt hic diſtinguendum vtrum exequiæ ab illis fiant, qui ex officio tenentur, an vero ab illis, qui nulla ratione ſunt obſtricti, etenim de illis tantum præcitati Canones ſunt intelligendi, qui ex officij neceſſitate faciunt, nam cum ab Eccleſia, & parochianis congruam ſuſtentationem habeant, ſic quod exigunt pro eo ad quod tenentur non ratione ſuſtentationis, quam habent, nec ratione accidentalis laboris, qui illis iam incumbit, videntur exigere, ſed pro ipſis ſpiritualibus ſimoniace, vel ſaltem auare id facere ab Eccleſia iudicantur, etiamſi prætextu conſuetudinis petant, cum poſſint poſt peracta ſpiritualia abſque vlla mali ſuſpitione recipere. Poſteriori vero caſu quando ad exequias vocantur alij, qui obſtricti non ſunt, nullum eſt inconueniens, vt vel ad ſuſtentationem, vel tanquam mercedem laboris accidentalis, ſi ibi reperiatur, temporalia exigant, de his enim prohibitio prædictorum Canonum non agit, quod poſt alios recte aduertunt Syluest. S. Antonin. & iuniores *vbi ſupra*. Nec etiam locum habent cum aliàs in exequijs adhibentur, quæ neceſſaria non ſunt, & à ſpiritualibus diſtinguuntur, vt recte docet Sot. dicto loco, quod vero poſt Caietan. ait Nau. *d. cap. 23. num. 66.* conſueta dari etiam ante exigi poſſe ad euitandas lites, tutum non eſt, niſi de ijs intelligatur, qui ad exequias non tenentur propter expreſſam Canonum prohibitionem, quæ etiam prætextu conſuetudinis contra peti non patiuntur, & propter omnium DD. traditionem, qui contrarium citatis locis affirmant, & vltra eos S. Tho. 2. 2. *quæſt. 86. art. 1. ad vlt.*

Quod vero ad conſuetudinem attinet licet Abbas, & communis dictis locis ita diſtinguant vt ea, quæ initium habuit prauum nunquam excuſet, & de hac intelligatur prædicta Iura, quæ conſuetudinem improbant, quæ vero à pia deuotione proceſſit iuſta ſit & obſeruanda, & de hac loquatur tex. *in præſenti*. Illud adhuc difficultatis ſupereſt, quod vix poterit conſtare iuxta Doctorum diſtinctionem, quando conſuetudo bona ſit, aut praua, tum quia adeo eſt inueterata, vt memoriam hominum excedat, vt DD. fatentur, tum etiam quia materia ſubiecta videtur poſtulare, vt oſtendamus cōſuetudinem offerendi aliquid proprijs miniſtris, qui ex officio tenentur, à deuotione incœpiſſe. Vnde dicendum eſt quòd ſi conſuetudo, & vſus habeat vt temporalia tempore, quo ſpiritualia miniſtrantur, ab obligatis miniſtris pacto, vel exactione petantur, nec antea ſpiritualia conferantur, quàm temporale illud præſtetur, quātumuis longæua fuerit, veluti irrationabilis improbatur, quia ab inuitis videtur extorqueri, & ſimoniam præſeferre, vel ſaltem expreſſam imaginem ipſius, taleq; videtur fuiſſe eius initium, qualis eius vſus nunc reperitur, & de hac plane agunt citata Iura, quorum verba huic ſenſui maxime conueniunt. Sin autem conſuetudo ita habeat vt eius vſus ſit, vt aliquid à fidelibus libere ſine exactione per lōgum tempus offeratur, & ita recipiatur, nec præterea ſpiritualia denegentur, quod ante temporalia non præſtentur, tunc laudabilis eſt conſuetudo, & à pia deuotione iudicabitur incœpiſſe, & ita intelligatur tex. *in præſenti*. Nec oportebit vnquam

initium

Google

initium conſuetudinis aliter expendere quàm ex ipſius vſu, & progreſſu, quicquid DD. inuoluant, nec etiam locum habent Canones, qui conſuetudinem exigendi improbant in ijs, qui non tenentur ex officio, ſi ratione ſuſtentationis, vel laboris accidentalis exigant iuxta ſupradicta.

Verum adhuc dubitant DD. quo pacto circa oblationes huiuſmodi, quæ in exequijs & alijs officijs diuinis offeruntur proprijs miniſtris, conſuetudo quantumuis longæua poſſit neceſſitatem imponere, etenim receptum eſt per actus omninò liberos, qui meræ facultatis appellantur, abſque contradictione conſuetudinem vel præſcriptionem, introduci non poſſe, vt probat tex. *in cap. Abbate 25. verſ. ad hoc autem, de verbor. ſignif. l. 1. §. denique Marcellus l. ſi in meo 21. ff. de aqua pluuia*, docet Bart. *in l. cum de in rem verſo ff. de vſuris*, late poſt alios Rip. *in c. cum Eccleſia a num. 43. de cauſa poſſeſ. & in l. quominus 132. ff. de flumin.* Cou. *in reg. poſſeſſor p. 2. §. 4. num. 6.* Menoch. *de arbitr. caſu 160. a n. 3.* Qua ratione qui diu eleemoſynam præſtiterunt aliquibus perſonis nunquam cogi poterunt, & qui diu obtinuerunt nunquã alios prohibebunt, vt reſoluunt Dec. *conſ. 215. nu. 2.* Ruland. *conſ. 21. n. 13. lib. 2.* Aym. *conſ. 134. n. 6.* Grammat. *deciſ. 145. n. 1.* Perſonal. *in trac. de adipiſc. poſſeſſ. n. 162. & ſeqq.* Mouent difficultatẽ Innoc. & alij in præſenti, fatentur idem Innoc. & Zabarel. conſuetudinem hanc nullo tempore neceſſitatem imponere, aiuntque in hoc tex. ſingulos nolentes cõſuetas oblationes dare cogi non poſſe, eos tamen qui voluerint conſuetudinem euertere perſuadendo alijs ne id faciant, per Epiſcopos compelli, quæ intelligentia confunditur ex illis verbis tex. ibi, præcipimus obſeruari, & optime refutatur per Abb. hic, *& in d. cap. ſuam inf. hoc tit.* & Soccin. *in tract. de oblation. lib. 3. q. 6.* varijs modis reſpondent, inter quos receptum eſt ex actibus meræ facultatis in fauorem Eccleſiæ conſuetudinem introduci poſſe arg. *tex. in c. ex parte, de cenſib.* ita Anan. & Felin. *n. 4. in d. cap. ſuam*, Curt. iun. *in l. ſi certis annis n. 28. C. de pactis*, Anch. *conſ. 47.* Corn. *conſ. 226. n. 3. lib. 4. de rei.* Pedam. *99. n. 43.* qui alios pleroſque citant. Verum fauor Eccleſiæ efficere non poteſt, niſi aliud addatur, vt actis meræ facultatis ex tempore neceſſitatem imponant, repugnat enim naturalis ratio vt quis ad id compellatur inuitus, quod ſemper libere abſque animo ſe obligandi fecit. Obſtat etiam quod iuxta hanc communem ſententiam ſequeretur idem eſſe dicendum in quacunque pia præſtatione, quod DD. negant. Quare alijs duobus modis præcitati DD. intelligunt tex. *in præſenti*, & aliter Roman. *conſ. 344. n. 1. & 2.* Paul. *conſ. 363. lib. 1.* Dec. *vbi ſuprà*, ſed nemo difficultati ſatisfacit.

Ego igitur omiſſo intellectu, quem in Collectan. ad hunc tex. præſtiti, qui iuxtà ſupradicta vix ſuſtineri poteſt, dicendum puto quod licet per actus meræ facultatis non inducatur conſuetudo, vel aliqua obligatio, id tamen procedit ſi nihil aliud appareat, vnde neceſſitas dandi, aut animus ſe obligandi colligatur, quod ſi appareat quamuis prima facie actus ſecundum naturam ſuam facultatis videatur, nihilominus recte conſuetudo, & obligatio iudicabitur introducta, ſeu potius per diuturnum tempus cenſebitur ea præſtatio, ſeu obligatio conſtituta, hoc enim caſu magis ex præſumpta partium voluntate obligationem conſtitutam, quam conſuetudine, ſeu præſcriptione acquiſitam verius exiſtimo iuxta tex. *in d. l. cum de in rem verſo, & l. ſi quis diuturno in princip. ff. ſi ſeruitus vindicetur l. 2.* ſic intelligenda de conſtituta ſeruitute per ſcientiam, & patientiam diuturni temporis, *C. de ſeruit. & aqua*, quicquid varijs in locis ea de re Doctores contendant. Conſtabit autem voluiſſes partes diuturna præſtatione obligationẽ facere, ſi aut reciproca ſit, qualis inter dominũ, & vaſſallum, ſeu colonum diuturna præſtatione contrahitur, vt prædictis locis DD. reſoluunt, vel quando ipſi præſtanti hoc vtile fuerit, aut neceſſaria alia dandi cauſa; vel coniectura obligandi appareat. Cum autem oblationes, quæ fiunt Sacerdotibus, non ſemper ſint liberæ facultatis, ſed aliquando neceſſariæ Iure naturæ debitæ ante vllam legem ſcriptam, vel decimas introductæ iuxta illud *Exodi 23. Deuteron. 16. Eccleſiaſt. 20.* notatur *in cap. omnis Chriſtianus, de conſecrat. diſtinct. 1.* & quatuor neceſſitatis caſus tradit D. Thom. ab omnibus receptus *d. art. 3.* Soccin. *vbi ſupra*, Syluest. *verbo decimæ quaſt. 2.* Sot. *de Iuſtit. lib. 9. quaſt. 3. art. 1.* iuxta quæ videtur in propoſito populi conſuetudo naturalem illam obligationem certis diebus, & actibus determinare, vel ſaltem ita conſtituere, vt Sacerdotes ad corporalem reſidentiam, & illa miniſteria ſpiritualia melius peragenda alliceantur, maioremque habeant ſuſtentationem, vt aptiores ad illud munus reperiantur, & ne deficientibus decimis in egeſtatem deueniant, quæ omnia efficaces ſunt obligationis coniecturæ, quod videtur ſentire Syluester *vbi ſupra*.

Sufficit autem ad huiuſmodi conſuetudinem inducendam decennium, tum quia conſuetudines præter Ius etiam in foro Canonico decem annis præſcribuntur ex doctrina *gloſſ. 1. in capit. vltimo de conſuetud. in ſexto*, reſoluit Abbas *in cap. vlt. num. 11. de conſuetud.* Felin. *in cap. ſtatuimus num. 1. de maiorit. & obedien.* Roch. *de conſuetud ſect. 3. num. 28.* Aym. *de antiquit. par. 4. princip. num. 7.* Duen. *reg. 139.* tum etiam quia conſuetudo hæc contra laicos inducitur, quo caſu ſecundum Ius Ciuile ſiue contra, ſiue præter Ius decem anni ſufficiunt, communis ex Iaſ. *in l. de quibus, num. 41. ff. ad legibus* Aym. *vbi ſupra num. 9.* & ita in terminis huius conſuetudinis circa oblationes reſoluunt Abbas *in dicto cap. ſuam*, Felin. *in præſenti, in fine*, & à reliquis probari affirmat Roch. *vbi ſupra num. 3.*

CAP. IACOBVS. XLIV. *num. 3. prope med.* ibi, *num. 175.* S. Thom. *2. 2. quaſt. 100. art. 4.* Sot. *de Iuſtit. lib. 9. quaſt. 7 art. 1.* Syluest. *verbo ſimonia q. 12. verſ. 2* Nau. *in man. c. 23. num. 101.*

Ibid. poſt *num. 3.* Verum in hac materia quinque concluſionibus omnem difficultatem dirimi poſſe cenſeo, quarum prima ſit. Si vacanti beneficio onus aliquod temporale ſit impoſitum quòd certa pars fructuum, aut pecuniæ quantitas in-

O 2 pius

pios vſus reſeruetur, vel ad ſuſtentationem miniſtrorum nulla facta conuentione, id erit abſque vlla controuerſia licitum, & ab omni mali ſuſpitione alienum. Probatur concluſio quoties nihil temporale pro ſpiritualibus exigitur, nullaue pactio fit, aut conuentio, nulla eſt ſimoniæ labes, ſed ſic cõtingit in propoſito, igitur, &c. probatur etiam euidenter *ex cap. vnic. §. vlt. vt Eccleſiaſtica benefic.* facit *cap. ſi propter, de reſcript. in 6.* & omnes ſupracitati DD. hanc concluſionem admittunt etiam nulla extante conſuetudine, aut lege, & proculdubio eſt.

Secunda concluſio. Si vacãti beneficio hoc temporale onus appoſitum non ſit, ſed à perſonis recipiendis, inſtituendis, aut benedicendis exigatur nulla id conſtitutione, aut conſuetudine permittente, ſiue illud in profanos, aut proprios, aut in vſus pios conuertatur, ſimonia merito iudicabitur. Probatur concluſio, quando temporalia ab eo exiguntur, cui ſpiritualia miniſtrantur, ſimonia ab Eccleſia iudicatur, quoniam talis exactio pretij rationem habet, ſed vbi nulla lex, aut conſuetudo id permittit, manifeſta fit exactio ab eo, qui recipit ſpiritualia, igitur ſimonia iudicabitur, maiorem probat *cap. quicquid, cum multis ſeqq. 1. q. 1.* vbi omnis exactio damnatur, & gratioſa tantum oblatio permittitur, idem probant *cap. non ſatis, c. cum in Eccleſia hoc tit.* Minor patet, conſequentia bona eſt, auctoritas vero expreſſa eſt *in cap. ex multis, hoc eod. tit.* vbi Summus Pont. omnem exactionem prohibet etiamſi in vſus pios fiat, quam citati DD. intelligunt vbi nulla lex, aut conſuetudo viget, in idem facit *cap. tua nos, hoc eod. tit.* & hanc concluſionem omnes ibidem admittunt nemine contradicente.

Tertia concluſio. Si ex lege, aut conſuetudine à recipiendis Canonicis, clericis inſtituendis, alijſve ſimilibus aliquid in proprios, aut recipientium vſus exigatur, ſimoniæ crimen incurritur, lexque, aut conſuetudo nullius erit momenti. Probatur, lex, aut conſuetudo Iuri Diuino, aut rationi contraria, & quæ manifeſtam præbet delinquendi occaſionem nullius eſt momenti *cap. vlt. de conſuetud. cap. vlt. de præſcript. cap. erit autem lex 4. diſtinct.* Hæc autem conſuetudo, aut lex, quæ aliquid temporale exigit ſub ea forma, repugnat Iuri Diuino, quia ſimoniam permittit, repugnat rationi, quia manifeſtam continet cupiditatem, & auaritiam, & præbet occaſionem delinquendi, quia ſub legis, aut cõſuetudinis prætextu poterũt paſſim celari ſimoniacæ exactiones, & ſaltem negari non poteſt quin horũ trium aliquod in his legibus, aut cõſuetudinibus reperiatur, igitur, &c. Probatur item concluſio auctoritate *d. cap. cum in Eccleſia*, vbi nec ratione legis, aut longæuæ conſuetudinis licet aliquid recipere temporale à perſonis Eccleſiaſticis ponendis in ſedem, aut inſtituendis, improbaturq; conſuetudo quaſi Iuri Diuino, & rationi contraria; id ipſum facit Pontifex *in cap. in tantum, hoc titulo in fine*, ibi, prauam conſuetudinem, tex. *in præſenti*, ibi, conſuetudine non obſtante; hanc etiam concluſ. omnes DD. admittunt citatis locis, & hodie comprobata eſt in Conc. Trid. *ſeſſ. 24. de reformat. c. 14.* quo loco damnantur conſtitutiones Epiſcoporum, & conſuetudines, quibus aliquid à recipiendis Canonicis, ſeu inſtituendis Clericis exigitur in alios, quàm in pios vſus conuertendum.

Quarta concluſio. Si lex, aut conſuetudo temporale aliquibus caſibus recipi, aut præſtari iubeat, iuſte fiet ſi ſpiritualia libere conſerantur, nec ideo ſubtrahuntur, quod prius temporalia data non ſint. Quod ſi ita exigatur pecunia, vt non aliter ſpiritualia miniſtrentur, quàm ipſa prius perſoluatur, illicita erat exactio, & irrationabilis lex, aut conſuetudo ſi ita fieri patiatur. Probatur concluſio, licitum eſt percipere ab his temporalia, quibus ſpiritualia conferuntur ex pia lege, & laudabili conſuetudine, ſed cum lex, aut conſuetudo aliquid in pios vſus præſtari iubet gratis tamen, & liberaliter prius conceſſis ſpiritualibus, pia eſt, & laudabilis. Igitur, &c. Maior probatur *in cap. ad Apoſtolicam, hoc. tit.* Minor patet, conſequentia bene colligit. Probatur etiam hoc prius membrum concluſionis auctoritate D. Thomæ *2. 2. q. 100. art. 3. in corpore*, & ibi etiam conſentiunt omnes DD. & aperte comprobatur ex Concil. Trident. *vbi ſupra*. Poſterior autem pars ſic confirmatur; quoties per ſubtractionem ſpiritualium temporalia prius exiguntur, expreſſa eſt venditionis ſpecies, ſed in his caſibus omnis exactio, quæ venditionis ſpeciem habet, interdicitur, nec lege, aut conſuetudine defenditur. Igitur, &c. Maiorem probat tex. *in d. cap. in tantum, verſ. cum verò*, ibi, expreſſius exprimat venditionis ſpeciem, qui prius pretium, &c. facit tex. *in cap. veniens, hoc eod. tit.* obſeruat S. Thom. *vbi ſupra*. Minorem vero probat *tex. in cap. audiuimus, hoc tit.* aperte agens eo caſu, quo ſpiritualia denegantur antequam præſtentur temporalia, probat etiam hoc poſterius concluſionis membrum S. Thom. *vbi ſupra, & in 4. diſt. 25. q. 5.* quem omnes Theologi ſequuntur, & Sot. *lib. 9. de Iuſtit. q. 6. art. 2.* & ad terminos huius concluſionis reducendum eſt decretum Concilij Tridentini *vbi ſupra*, quod licet improbet abſolute conſtitutiones, & cõſuetudines, quibus aliquid exigitur in vſus non pios, non propterea approbat omnes, quibus exigitur in vſus pios, quinimo in ijs etiam iubet euitari quicquid ſimoniæ habent, vel habuerunt, atque ideo plane locum habet quando in vſus pios debitis modis temporale recipitur, idque fiet ſi liberaliter conceſſis ſpiritualibus poſtea temporalia petantur iuxta doctrinam Sancti Thomæ, & ſupradictam concluſionem. Huic etiam concluſioni conuenit tex. *in cap. quam pio 1. quæſt. 2. ad finem* ibi, accedat gratis, & vltra S. Thom. & alios Theologos *vbi ſupra*, Sylueſt. *verbo ſimonia. quæſt. 9.* Viger. *de inſtitut. cap. 5. §. 6. verſ. 9.* Victor. *in relect. de ſimonia num. 27.* & teſtimonium Theologorum, qui in hac materia conſtanter docent nunquam licere per ſubtractionem ſpiritualium exigere etiam ad pios vſus temporalia, quoniam licet ex iuſta cauſa petantur, habet talis exactio venditionis ſpeciem, oblatis tamen gratis, & libere ſpiritualibus docent illi licitum eſſe ſecundum legem, aut conſuetudinem temporalia petere ex cauſa iuſta, in eadem ſententia eſt Card. *in præſenti ad fine,*

& in

Digitized by Google

& in d.cap.ad Apoſtolicam col.2. ad med. hoc tit. & iuxta hæc intelligendus eſt Dec. *in cap. cum M. de conſtitut.* & ſub diſtinctione huius concl. vtriuſque partis argumenta dirimuntur, & communis ſententia defenditur, quibus adde vix probandum eſſe, quod de cautione exigenda ait Card. *dict. loco*, quoniam durum eſt, & ſcandalo plenum.

Quinta concluſio. Conſtitutiones, & conſuetudines, quibus aliquid temporale in vſus non pios ante vel poſt ſpiritualia exigitur, vel etiam ad pios per ſpiritualium ſubtractionem extorquetur, ita demum ſacris Canonibus improbantur ſi ab illis recipiantur temporalia, qui ex officio ſpiritualem illud miniſterium confirmandi, aut inſtituendi, vel ſimile tenentur exhibere, quod ſi non teneantur, nõ vti ſuſtentationis ſtipendium antea peti, & in proprios vſus poterunt cõuerti. Probatur concluſio ea ratione, quod non licet ſimoniacam receptionem iudicare niſi eo caſu, quo non apparet honeſta recipiendi cauſa, vt per ſe patet; ſed tunc demum non apparet cauſa iuſta quando ab illis exactio fit, qui ex officio tenẽtur, ſiquidem cũ aliunde habeant ſuſtentationis ſtipendium, nempe ex fructibus beneficij, vel ſalario officij, ſi pro actibus particularibus pecuniam exigant non ad ſuſtentationem, ſed quaſi pretium, vel ſaltem ex auaritia videntur exigere. Ergo, &c. quod ipſum euincunt omnia Iura præcitata, quibus cõſuetudines improbantur, agũt enim de Epiſcopis, Archidiaconis, & alijs Prælatis ad quos confirmatio, inſtitutio, receptio, & alia huiuſmodi pertinent, vt ex illis videre licet, & ſic etiam loquitur Concil. Trid. *vbi ſupra*.

Ex quibus illud licet colligere, quod vt in ijs inſtitutionibus, confirmationibus beneficiorum, & Canonicorum receptionibus aliquid temporale iuſte recipiatur à perſonis, tria ſimul requiruntur, primum vt conſtitutione, aut conſuetudine id receptum ſit: ſecundum vt in pios vſus conuertatur: tertium vt non exigatur prius per ſubtractionem, aut moram ſpiritualium, quæ tria ex præpoſitis concluſionibus, præſertim ex vltima colliguntur, vt per S. Thoma, & omnes Theologos, atque etiam noſtros Canoniſtas ſi recte expendamus.

CAP. SI QVIS. XLVIII. *num.3. in princ.* ibi, vt per, Nau. *in man.cap.27.num.158. & conſ.17. de temp.ordin.* Tolet. *in inſtruct. Sacerd.lib.1. cap. 48. verſ. quinta habetur num.6.* Auil. *de cenſur. par.3. diſp.5.dub.4.concl.1.* Gonzal. *ad reg.8.Cancel.glo.5. §.10.nu.27.* Nicol.Garc. *de benefic.p.2. cap.5. n.31.* Soar. *tom.5.de cenſur.diſp.31.ſect.1.nu. 34.* nouiſſime Sanctarel. *vari.reſolut.q.49.num.20.in princip.*

Ad Lib. V. Tit. VI. de Iudæis, &c.

IN rub. *num.2.* ibi, per totum, Farinac. *fragm. crimin.p.2.lit.I.à nu. 603.* Filliuc. *tom.2. tract. 22. cap.5.*

CAP. MVLTORVM. II. *num.4.* ibi, *num. 17. lib.1.*, Decian. *tract.crimin.lib.5.c.13.n.15.* Maſcar. *de probat.concl.944.nu.19.* Lancellot. *de attent. p.2. cap.12. limit.11. num.8.*

Ibid. *eod.num.4.* in med. ibi, *nu.17.* vbi dicit *gloſſam in præſenti* non eſſe veram, Menoch. *remed. 9. recup.num.288.* vbi propterea dicit Iudæos humaniter fauendos eſſe, Roland. *conſ.35.num.18.cum ſeqq.& à num.51.lib.2.* Farin. *fragm. crimin.par.2. lit.I. num.603.*

CAP. AD HÆC. VIII. *num.2.* ibi, *à nu.2.* Filliuc. *tom.2.tract.22.cap.5.num.126.*

CAP. SICVT IVDAEI. IX. *num.5. lin.8.* ibi, oſtendunt, vltra illos vide Cardin. Tuſch. *lit.I.verbo Iudæus concl. 371. num. 58.* Farin. *fragm. crimin. par.2.lit.I.n.614.*

Ad Lib. V. Tit. XI. de Infantibus expoſitis, &c.

IN rub. *num.fin.* ibi, *num. 15. & 16. & conſ. 96. & de præſumpt. lib.6. præſumpt. 54. num.29.* Sayr. *de cenſur. lib. 6. cap. 10. num. 39.* Salas *1.2. tract.8. diſp. vnic. ſect.24. num. 246.* Armendar. *in addit.ad recopilat.legum Nauarræ lib.4.tit.29.l.1. §.2. de hoſpital.& infantib.expoſitis nu.1.* Sanctarel. *variarum reſol. q.44.* Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi p.3.alleg.51. num.150.*

CAP. SI A PATRE. VNIC. *num.2.in fine*. Et Iudicis arbitrio ſunt puniendi, Menoch. *de arb. caſu 396. num.5.* Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſol. 28.* Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi par.3.alleg. 51. num. 144.* & me citato Sanctarel. *vari. reſolut. q.45. num.1.* vbi *num. 8.* cum Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſol. 28. nu.2.* reſoluit pœnam latam contra parentes exponentes filios comprehendere etiam eoſdem quando exponunt filios ſpurios.

Ibid. *num.3. in fine.* Sanctarel. *d.q. 45. num.2.*

Ibid. *num.7. in fine* ibi, afferentia, quod etiam docent Surd. *de alimentis tit. 6. quæſt. 18. num. 19.* Azor. *inſtitut.moral. par.2. lib. 2. cap.26. quæſt.2.* Ego ipſe *d. alleg. 51. num. 157.* & me citato Sanctarel. *d. quæſt. 45. num. 4.* Stephan. Gratian. *d. cap. 267.*

Ad Lib. V. Tit. XII. de Homicidio, &c.

IN rub. *in fine.* Vincent. Filliuc. *tom.2. tract. 28.*

CAP. SICVT DIGNVM. VI. *num.6. in fine.* An, & quando irregularitas contrahatur ab eo, qui ebrius exiſtens aliquem occidit, aut mutilat, vide Cou. *in Clem.ſi furioſus in princip.p.3. num.3.* Nau. *in man.cap.27.n.230.* Soar. *de cenſur. diſp.46. ſect.1.n.12.* Sayr. *eod.tract.lib.6.cap.17.nu.34.* Auil. *eod.tract.p.7.rub.de homicidio directe volunt.ſect.1 dub.15. verſ.ſecunda concluſio.*

Ibid. *n.7. in fine.* Et an, & quando dormiens irregularitatem contrahat homicidium patrando vide Sayr. *d.lib.6.c.17.nu.36. & ſeq.* Auil. *eod.tract.p.7. rub.de homicid.caſuali diſp.6.ſect.1.dub.14.* Farin. *fragm.crimin.p.2.lit. I. num.419.*

CAP. EX LITTERIS. XV. *n.2.* ibi, *verſ.quinto*, Sayr. *de cenſuris lib.7. cap.6.nu.3.& 4.* Maiol. *de irregularit.lib.5.cap.48.§.3.n.11. verſ.ille quoque, qui campanis pulſandis.* Farin. *fragment. crimin. p.2.lit.I. num.509.*

CAP. SIGNIFICASTI. XVI. *num.* 2. ibi, verſ. ſimili modo, Maiol. *de irregularit. lib.* 5. *cap.* 48. *§.* 3. *num.* 13. *verſic. præterea ſi parum diligenter*, vbi dicit quod iſto caſu incurritur irregularitas ſi equitans parum diligenter equi habenas cuſtodiat, vt pote vel quia illas contractàs, vel inutiles ad cohibendum, & effrænatum equum habeat, ſecus ſi adhibita debita diligentia, debitiſque habenis equo adhibitis inconſiderate, & imprudenter aliquis equi frænum fregerit, & ob id furens equus aliquem interfecerit, Cou. *in Clem. ſi furioſus, par.* 2. *§.* 4. *num.* 6. *verſ. poſterior,* Sayr. *de cenſuris, lib.* 7. *c.* 6. *num.* 1. *& num.* 25. vbi loquitur de fratre Franciſcano, qui equitando caſu inopinato puerum occidit, Auila *eod. tract. par.* 7. *diſp.* 6. *ſect.* 1. *dub.* 1.

Ibid. *nu.* 4. ibi, vt per Felin. *bie nu.* 2. Roman. *conſil.* 398. *in fine, & conſil.* 76. *num.* 5. Guid. Papæ *deciſ.* 614. Grammat. *voto* 10. *num.* 28. Aym. *de antiq. par.* 4. *num.* 153.

Ibid. *eod. num.* 4. *in fine,* Gratian. *reg.* 270. *n.* 2. Cacheran. *deciſ.* 71. *num.* 24. *& deciſ.* 101. *nu.* 24. Mandoſ. *ad reg* 5. *Cancel. q.* 4. *num.* 2. Sanch. *de Matrim. lib.* 1. *diſp.* 62. *num.* 6. & plures, quos refert Sanctarel. *vari. reſol. q.* 48. *num.* 11.

CAP. SIGNIFICASTI. XVIII. *num.* 10. ibi, *num.* 29. Nicol. Garc. *de beneſic. par.* 7. *cap.* 11. *ſub num.* 8. Farin. *fragment. crimin. par.* 2. *lit. I, num.* 449.

CAP. SICVT. XX. *num.* 3. *in fine*, ibi, verbo abortus, Auil. *de cenſur. par.* 7. *diſp.* 6. *ſect.* 3. *dub.* 3. Farin. *fragm. criminal. par.* 2. *lit. I, nu.* 438. vbi *num.* 439. reſoluit irregularitatem multò magis incurri ab eo, qui abortui cauſam dat percutiendo mulierem prægnantem.

Ibid. *num.* 4. *in fine*, Farin. *d. lit. I, num.* 441.

Ibid. *num.* 6. *in fine*, Nau. *in man. cap.* 27. *n.* 183. *& num.* 221. Cou. *in Clem. ſi furioſus, par.* 1. *in initio num.* 3. Farin. *in praxi crimin. q.* 122. *n.* 139. *cum ſeqq. & fragm. crimin. par.* 2. *lit. I, nu.* 443. vbi *num.* 442. cum gloſ. *in præſenti* docet quod irregularitas licet incurratur ab eo, qui abortui cauſam dat hoc tamen intelligitur ſi fætus erat animatus, ſecus ſi non dum animatus, vbi inter alios citat Auilam *d. ſect.* 4. *dub.* 1. Sayr. *d. lib.* 7. *c.* 1. *num.* 12. *& c.* 2. *num.* 5. & Soar. *tom.* 5. *diſp.* 44. *ſect.* 2. *num.* 13. aduertentem Conſtit. Sixti V. volentem illo caſu irregularitatem intrare etiam quod fœtus non ſit animatus, eſſe correctam, & ad viam Iuris reductam à Greg. XIV.

CAP. IOANNEM. XXIII. *num.* 2. ibi, *n.* 18. Farin. *fragment. crimin. par.* 2. *lit. I, num.* 509.

Ibid. *num.* 3. *in fin.* ibi, *num.* 32. Ideoque irregularitas non incurritur ex homicidio ſequuto ex eo, quòd quis rei licitæ operam dabat, ſi is omnem adhibuit diligentiam ne homicidium ſequatur, alias ſecus, vt per Nau. *in man. cap.* 27. *num.* 299. Sayr. *d. lib.* 7. *c.* 5. *a num.* 8. Soar. *tom.* 5. *de cenſur. diſput.* 45. *ſect.* 5. *à num.* 1. Auil. *eod. tract. par.* 7. *diſp.* 6. *ſect.* 1. *verſ. ſecundo*, Nicol. Garc. *de beneſic. par.* 7. *c.* 11. *num.* 53. Farin. *fragment. crimin. par.* 2. *lit. I, num.* 507.

Ad Lib. V. Tit. XVI. de Adulterijs, & Stupro.

CAP. SI SEDVXERIT. I. *nu.* 7. *prope fin.* ibi, eam dotare. Quia tamen in hoc mire variant DD. ſecurius duxi in hac re tenendam eſſe ſententiã, quã olim amplexa eſt Rota *in Taurinen. Matrimonij*, 24. *Ianu.* 1590. coram D. Penia, quæ ſic ait. Quantum ad primam partem dubij domini conformiter cenſuerunt Boninum præciſe, & abſolute non eſſe cogendum ad Alaſinam ducendam iuxta *c.* 2. *de adulter.* vbi præceptum de ducenda, & dotanda Virgine deflorata non ponitur copulatiue, vt *in c.* 1. ſed diſiunctiue, tametſi veteres Canoniſtæ, Innoc. Hoſt. Butr. Zabarel. & plerique alij *in d. cap.* 1. *de adulter.* tenuerint defloratorem etiam inuitum Iudicis anctoritate cogendum ad Matrimonium contrahendum, ſpeciale ibi eſſe dicentes ratione delicti, vt quis inuitus nuptias inire cogatur. Nihilominus contrariam ſententiam eſſe receptam teſtatur Gom. *ad l.* 80. *Tauri, num.* 8. *verſ. ſed bis non obſtantibus*, Clar. *in §. ſtuprum, num.* 3. *verſ. ſed quaro qua ſit pœna*, ſenſit Panor. *in d. c.* 1. *de adulter.* Cou. Ioan. Gutier. S. Antonin. & alij paulo ante relati per tex. *in c.* 2. *de adulter.* per quem temperatur diſpoſitio *c.* 1. iubentis virginem defloraram & ducendã, & dotandam ſimul, nam ex duobus illis Capitulis ſimul iniunctis domini cenſuerunt hanc deduci ſententiam menti Legislatarum conformem, vt qui Virginẽ deflorauit cum ea præciſe Matrimonium contrahere non compellatur, ſed cauſatiue, Anch. *in cap.* 1. *de adulter. not.* 2. *num.* 3. *& q.* 5. S. Antonin. *par.* 2. *tit.* 2. *cap.* 6. *§.* 1. *verſ. hodie autem*, Ruin. *conſ.* 189. *num.* 8. *lib.* 2. Ioan. Gutier. *canon. quæſt. lib.* 1. *cap.* 37. *num.* 11. Nec obſtat ſi dicatur, quod *c.* 1. *de adulter.* eſt deſumptum ex veteri teſtamento *Exodi c.* 22. vbi recenſentur præcepta iudicialia, quòd cum fuerit relatum in Ius Canonicum per poreſtatem habentem debet præciſe ſeruari, S. Thom. *par.* 2. *q.* 104. *art.* 5. Syluest. *in ſum. verbo Luxuria, q.* 5. Pariſ. *conſ.* 68. *num.* 106. *lib.* 4. Imol. *in c. cum tanto, num.* 7. *&* 8. *de conſuetud.* quoniam dixerunt domini quòd idem legislator, qui in corpus Iuris Canonici reduxit, & viuificauit, illud præceptum ex veteri teſtamento, quod aliàs erat mortuum, ſtatim *ſub eod. tit. de adulter. c.* 2. appoſuit aliam diſpoſitionem diſiunctè in qua cenſetur voluiſſe præceptum *c.* 1. obſeruandum cum illa qualitate, de qua *in c.* 2. Hæc in illa deciſ.

CAP. INTELLEXIMVS. VI. *num.* 3. *in fine*, ibi, *num.* 35. *cum ſeqq.* nouiſſimè Hieron. Buccaron. *de different. inter iudicia ciuilia, & crimin. differ.* 132. *num.* 1.

Ibid. *num.* 5. *in med.* ibi, *num.* 34. quibus adde Anton. Scap. *in tract. de iure non ſcripto, lib.* 1. *tit. de perſonis, & rebus Eccleſiæ, cap.* 50. Baiard. *ad Clar. §. adulterium, num.* 18. Farin. *in praxi crimin. q.* 141. *n.* 104. Hieron. Buccar. *d. differ.* 132. *n.* 2.

Ibid. *num.* 8. *in fine*, nouiſſimè Hieron. Buccaron. *d. differ.* 132. *nu.* 1.

Ad

Ad Lib. V. Tit. XVII. de Raptoribus, &c.

CAP. IN ARCHIEPISCOPATV. IV. *num. 7. in fine.* Furcarum erectio eſt actus Iuriſdictionalis de mero imperio, Maſcard. *de probationib. concl. 946. num.* 10. Auendan. *de exequendis mand. p. 2. c. 21. n. 3.* qui poſt Fabr. *in §. retinendæ num.* 23. *Inſtit. de interdictis*, dicit quod furca erecta ab extraneo Iudice poteſt armata manu demoliri. Merũ enim & mixtum imperiũ nemo exercet in Regno abſque expreſſa & ſpeciali conceſsione, Afflict. *in prælud. conſtit. q. 6. num. 4. & deciſ.* 122. Franch. *deciſ. 116. n. 3.* Tapi. *ad l. fin ff. de conſtitut. Princip. p. 1. cap. 2. n. 3.* An autem ſimpliciter iuriſdictione conceſſa illud veniat? quæſtio eſt dubia, in qua licet negatiuam partem tueantur Afflict. *in conſtit. ea, quæ decus num. 13. & in c. 1. §. fin. num. 9. de pace tenenda*, Tap. *d. c. 2. ſub num. 42. verſ. ſequor tamen*, Intrigl. *de feudis cent. 2. art. 80. n. 5.* affirmatiuam magis communiter tenent DD. vt fatentur Iaſ. *in l. imperiũ ff. de iuriſd. omn. Iudic.* & alij, quos refert Roland. *conſ. 42. ſub num.* 20. *vol.* 2. quam ſequitur Dec. *in d. l. imperium num.* 26. vbi Purpur. *num. 61.* Abb. *in cap. quod ſedem*, vbi Felin. *col. fin.* & Alciat. *num. 41. de offic. Ordin.* Bald. *in d. l. fin. n. 6.* vbi Iaſ. *num. 9.* Cou. *practic. cap. 1. num. 10. verſ. primum*, Pereg. *de iure fiſci lib. 1. tit. 2. num. 88.*

Ad Lib. V. Tit. XIX. de Vſuris.

CAP. SALVBRITER. XVI. poſt *n. 12.* De materia huius tex. adeſt deciſio Rotæ in *in vna Tiburtina dotis 9. Iunij* 1623. coram D. Nauarro, cuius particulam multa vtilia pro ſupradictorum intellectu continentia hic referre operæpretium duxi, & ſequitur. Secundò quia fructus percepti tempore Matrimonij, & dilatæ ſolutionis dotis iuſte in ſtipulationem fuerunt deducti, DD. magis communiter *in cap. ſalubriter*, Cou. *lib. 3. var. cap. 1. num. 3. verſ. quarto, in fine.* Bald. Nouell. *de dote 7. p. princ. n.* 3. Roderic. *de annuis redditib. lib. 3. q. 8. num. 14.* Ozaſc. *deciſ. 132. num.* 1. Seſſe *in deciſ. Regni Aragoniæ 68. num. 10. cum ſeqq.* Hieron. Leo *Valent. deciſ. 62. à num. 15.* & fuit dictum *in Romana dotis 10. Decemb.* 1600. coram bonæ mem. Litta.

Tertiò quia ij fructus iure percipi poſſunt ex cauſa donationis ex dote, vbi ſocer tradens genero pignus ob dilatam ſolutionem dotis donare præſumitur fructus pignoris ad alendam filiam, quia ſicut donauit quantitatem dotalem, ſic & potuit fructus dare non computandos in ſortem, Medin. *de contract. lib. q. de vſuris §. ad cap. ſalubriter*, quem refert Cou. *vbi ſupra, verſ. cæterum*, Barthol. de Medina *in ſum. §. 22.* Mercad. *in opuſculo de vſuris*, meus collega Ouetenſis non minus pietate quàm doctrina clarus Nau. *in man. c. 17. n. 203.* Felician. *de cenſib. lib. 5. n. 10. & 20.* quia donatione conſtitui poteſt annuus redditus, facit *l. vlt. C. de rerum permut.* Roman. *conſ. 302. n. 1.* præcipue quia nullum mutuum verum, vel palliatum poteſt hic conſiderari.

Quartò, & vltimo hæc concluſio iuſtificatur ratione ſtatuti, vel municipalis legis, vt in *ſtatuto Vrbis 137. lib. 1.* & obſeruantia Regni Aragonum ex Seſſe *vbi ſupra num. 28.* & foro Regni Valentiæ, vt teſtatur Hieron. Leo *in d. deciſ. Valentina 62.* quæ ſtatuta valida, & iuſta, & frequenti calculo recepta teſtatur meus Ouetenſis Nauar. Roch. de Curte *in c. vlt. q. 1. n. 19. de conſuet.* Afflict. *deciſ. 284.* Cæpol. *conſ. cauſarum ciuilium 5.* Ricci. *lib. 2. receptarum ſentent. verſ. conſuetudo, ſeu ſtatutum*, & Gemin. *in tit. de vſuris ad l. curabit C. de action. empti n. 91.* in fortioribus terminis tenet prædictos, fructus vere retinerià creditore vltra ſortẽ propter irregularem moram in cuius odium potuit ſtatutum hoc diſponere, ſed ne noſtrum egrediamur limitem tenet Nau. *in cap. ſi fœneraueris 14. q. 3. in 2. not. num. 67.* hanc opinionem expreſſis ijs verbis; & per hanc eandem rationem poſſunt defendi ſtatuta terrarum, quibus cauetur, vt qui dotem promittit, & hæredes eius quouſque illam ſoluant, maritus, qui recipit eam, & hæredes eius, quouſque illam reſtituant vxori viduæ, aut ſeparatæ, certum quid ex centum ſingulis annis ſoluant, quia, ſicut dictum eſt, non iubent illud ſolui, vt vſuram mutui veri, vel palliati, ſed vt quoddam debitum certum ſubrogatum loco debiti incerti, quod pro conſeruatione dotis tacite promiſit, qui eam dedit, & etiam tacitè repromiſit eandem accipiens.

An vero eadem militet ratio ſecundo tempore poſt mortem vxoris cum ceſſent onera Matrimonij? maior eſt dubitandi occaſio, quæ reſpiciunt perſonam mulieris tantum, vt fuit dictum *in Bononien. dotis coram* Card. Pamphil. 4. *Iunij* 1597. & in eadem cauſa coram Card. Lancellotto 24. *Maij* 1600. *& in Nepeſina laudi* 10. *Martij* 1614. corã D. meo Caualerio, & late proſequitur Modern. *diſcept. forenſ. c. 427. lib. 3.* ceſſare etiam videtur ratio à DD. conſiderata quòd fructus debeantur reſpectu oneris matrimonij licet in ſe pugnent interpretes *in l. 1. & rub. ff. ſoluto matrim.* & Rota tenuit etiam per exiſtentiam filiorum durare onera matrimonij defuncta vxore, vt in *Senogalien. dotis coram bonæ memor. Card. Pamphilio*, Modern. *de obligat. Cameral. deciſ. 10 n. 6. & in d. Romana dotis* coram Litta, Card. Tuſch. *verbo dos concl. 741. n. 118.* & fuit dictum *in Romana dotis* coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, & confirmata coram D. meo Pirouano.

Tamen certò certius eſt præmiſſam concluſionem negatiuã non procedere quãdo vir non poterat agere ad dotẽ propter dilationem conuentã, vt in terminis legati, (quod nec vtiq; fauorabiliter interpretari debet) Surd. *conſ. 23. & de aliment. tit. 8. priuil. 29. n. 6.* Rot. *in recent. deciſ. 773. p. 2. n. 6.* & fuit dictũ *in Rom. ſeu Comen legati pij 27. April. præteriti* corã D. meo Caualerio, quia tali caſu ſi nõ ſuſtinetur iſta exactio fructuum ratione oneris Matrimonij poſt mortem vxoris, ſaltem ſuſtinebitur vel virtute iuramenti, & obligationis Cameralis *ex d. cap debitores*, & ex infra relatis, vel ex promiſſione facta conuentione *l. 7. §. ait prætor* cum concord. *ff. de pactis*, *l. 1. tit. 11. lib. 1. fori Caſtellæ*, vel ex æquitate, quia nihil imputari poteſt viro ſi dotem nõ exegit ſtante dilatione cõuenta, vt in pũcto fuit

dictum

Digitized by Google

dictum *in Bononien. pecuniaria, 16. Iunij 1624.* coram Reuerendiſſimo D. Patriarcha, & conducunt maxime deducta *in Romana dotis, 9. Decembris, 1619.* coram D. meo Remboldo, & in terminis quã do fructus fuerint deducti in cõuentione inter partes quòd debeantur etiam ſoluto matrimonio firmauit Rot. *in Romana fructuum dotis coram bona mem. Penia, 12. Iunij 1606.* & ita tenet Modern. *diſcept. forenſ. declarando, diſcept. 427. in addit. eod. lib. 3. fol. 678.* Hæc in dicta Tyburtina dotis.

Ad Lib. V. Tit. XXVII. de Clerico excommunicato, &c.

CAP. LATORES. IV. *n. 2. in fine.* Vnde pro uenit verſiculus ille, ob populũ multũ crimen pertranſit inultum, refert Fuſc. *de Viſitat. lib. 2. c. 15. nu. 53.*

CAP. ILLVD. V. poſt *nu. 1.* In tex. ibi (*diuina ſibi fecit, &c.*) Notatur ad hoc quod irregularitatis pœnam præſcriptam contra clericos maioribus, vel minoribus Ordinibus inſignitos, qui excommunicati, vel ſuſpenſi Diuina celebrauerint, incurrunt etiam illi, qui auctores ſunt, vt alios ſe præſentibus Diuina faciant, notant *gloſ. verbo celebrare in Clem. 2. de priuileg.* recepta ſecundum omnes ibi, vt per Nau. *in man. cap. 27. nu. 244. in fine,* Vgolin. *de cenſur. tab. 1. c. 14. §. 1. num. 11.* Henriq. *in ſum. lib. 14. cap. 7. §. 3. iuncta lit. Y,* Salzed. *ad Bernard. in pract. cap. 33. lit. A, in princ.* quicquid dicat Soar. *tom. 5. diſp. 11. ſect. 3. num. 5. & diſp. 34. ſect. 4. num. 10.*

Ibid. *nu. 3. in princip.* ibi, ad hoc, quod fama plenè probat excommunicationem prolatam, & producit plenam notitiam, vt ligatus abſtinere teneatur, & ab alijs euitetur, idem probat tex. *in cap. cum deſideres 15. verſ. ſecunda quaſtioni, de ſentent. excom.* tradũt *gloſ. verbo in hoc,* Abb. *num. 4.* & alij *in præſenti,* Felin. *nu. 2. in cap. cum contingat, de reſcript.* Duen. *reg. 299. limit. 19.* Villadieg. *de irregul. c. 2.* Cou. qui alios refert *in cap. alma mater, par. 1. §. 2. num. 4.* nam cum notitia cenſurarum non ſit neceſſaria niſi ad tollendam excuſationem ignorantiæ, quæ aliàs ab obſeruantia cenſuræ poteſt excuſare iuxta *reg. ignorantia in 6.* & notitia per famam ſufficiat ad prædictam excuſationem tollendam, neceſſariò dicendum eſt interueniente prædicta notitia statim dari obligationem abſtinendi à communione, pront colligitur ex hoc tex.

CAP. APOSTOLICÆ. *num. 2. in fine,* Vgolin. *de cenſur. tab. 1. cap. 14. §. 1. num. 12.* Salzed. *ad Bernard. in pract. c. 33. lit. A. verſ. excuſabitur,* Soar. *tom. 5. diſp. 11. ſect. 3. nu. 5.*

CAP. SI CELEBRAT. X. poſt *num. 3.* Ego tamen breuiter dicendum puto huiuſmodi electionem, ſi de facto fiat de excommunicato minore excommunicatione mero Iure validã eſſe, vt reſoluunt multi ex hoc tex. *in verſ. ſi tamen,* ibi electio eſt irritanda, quaſi donec per ſententiam irritetur, valeat, ita Felin. *in cap. dilecta num. 4. ad fin. de exception.* Richard. & alij, quos refert, & ſequitur Soar. *tom. 5. diſp. 24. ſect. 2. à num. 21.* Tolet. *lib. 1. cap. 17. num. 4.* Verum contrariam ſententiam, quod ipſo iure non valeat, tenent Hoſt. cuius ſententiam magis communiter receptam teſtatur, & ſequitur Cou. *in cap. alma mater, par. 1. §. 8. num. 3.* Vgolin. *de cenſuris tab. 3. c. 6. §. 3.* Viuald. *in candelabro aureo, tit. de excommunicat. num. 48.* qui mouentur ex ratione, quam tex. reddit, quæ videtur tconcludere non ſolum illicitam, & irritandam, ſed pro iure inualidam eſſe electionem huiuſmodi, ſiquidem ad ea ſuſcipienda eligitur à quorum ſuſceptione priuatus eſt. Ad verba autem tex. ibi, irritanda, reſpondent ſecundum ſubiectam materiam eſſe explicanda, irritã eſſe declaramus, vt in multis alijs locis gloſſatores explicarunt, *gloſ. vlt. in cap. & ſi Chriſtus, de iuretur.* cum ſimilibus. Sed priori ſententiæ adhærendum exiſtimo, quòd ſcilicet electio mero iure valeat, tum ex verbis huius tex. quæ non poſſunt ſine violatione aliter intelligi; tum quia ex ratione manifeſte comprobatur, vel enim huiuſmodi electio eſt nulla ipſo iure, vel ſpeciali Iuris Pontificij conſtitutione, vel ratione ſubiectæ materiæ, & ex defectu alicuius cauſæ eſſentialis, Iuris Pontificij auctoritas neceſſariò non concludit ſi aduertas electum ad beneficia non directe eligi ad Sacramenta ſuſcipienda, ſed potius ad ea conferenda ſubditis, atque ita licet aliquando contingat neceſſarium eſſe ſuſcipere, vt alijs conferat, hoc tamen non eſt quod directe, & principaliter agitur, & perconſequens ſtando in mero Iuris rigore illud, quod minus principale, eſt attendi non debuit, nec ſufficiebat ad actum annullandum ex reg. *l. 1.* ibi, prima enim ratio *ff. de auctorit. tut.* cum multis ſimilibus, quæ adducit Mantic. *paralip. dialogo 47.* Ex quibus atque etiam ex ratione, quod lex Canonica ſolum irritandam decernat, & pœnæ extendendæ non ſint reg. *in pœnis, lib. 6.* cum vulgaribus, merito ſequitur veriorem eſſe in rigore primã opinionem contra communem.

Vtrum autem ſupradicta huius tex. deciſio procedat in beneficijs ſimplicibus, vel alijs, quæ nullo modo in ſuo munere requirunt alicuius Sacramenti ſuſceptionem, vt ſcilicet ſi ad ea eligatur minori excõmunicatione ligatus, electio debeat irritari? Partem affirmatiuam tuetur Soar. *d. ſect. 2. num. 24. & ſeq.* ea ratione, quia deciſio huius tex. generalis eſt, ideoque generaliter intelligenda iuxta reg. *l. 1.* ibi, prætor enim ſimpliciter ait, *ff. de adulterib.* cum ſimilibus. Verum contraria ſententia negatiua tenenda videtur: ratio enim, qua tex. nititur ibi, cum ad ſuſceptionem eorum eligatur, &c. minime conuenit his beneficijs ſimplicibus, quorum inſtitutio non ordinatur ad Sacramenta ſuſcipienda, neque etiam conferenda; ſed ſolum ad diuinas laudes Deo recitandas, ideoque ſimplicia dicuntur, neque requirunt quod quis ad Sacerdotium promoueatur, vt argumento tex. *in cap. vlt. de præbendis* cum ſimilibus, explicat Rebuff. *in praxi benef. par. 1. tit. ſæculare beneficium quotuplex, nu. 12.* Petr. Greg. *ſyntagm. Iuris, lib. 17. c. 13. à num. 6.* & perconſequens dictum huius tex. per eius rationem debet reſtringi iuxta celebrem reg. tex. *in l. cum pater, §. dulciſſimis, ff. de legat. 2.* cum ſimilibus, de quibus Mantic. *de coniect. vltimarum volunt. lib. 6. tit. 14. nu. 10.* Aluarad. *de coniecturata mente defuncti, lib. 4.*

Digitized by Google

lib. 4. cap. 4 à princ. & omnino refert innumeros Molin. *de primog. lib. 1. c. 5. n. 9.* quod præcipue in propoſito admittendum eſt cum materia pœnalis ſit & odioſa, ſcilicet de irritanda electione, & perconſequens reſtringenda iuxta *reg. odia, & reg. in pœnis lib 6.* Nec obſtat quod Soar. conſiderat, ſcilicet omnia beneficia etiam ſimplicia ex intentione Eccleſiæ ad hunc finem ordinari vt diuina Sacramenta beneficiarius ſuſcipiat, & celebret: negamus enim cum ex dictis conſtet inſtitutionem ſimplicium beneficiorum ſolum dirigi ad recitationem diuinarum laudum, facilius autem ex eadem ratione conſequitur eam deciſionem ad electionem officij ſecularis trahi non poſſe cum illis ea ratio longe minus conueniat, atque ita in illis nobiſcum libenter conſentit Soar. *d. loco n. 14.*

Vtrum denique ſi minori excommunicatione ligatus ad beneficium eccleſiaſticum ignoranter eligatur debeat electio irritari? Partem affirmatiuam tuetur *gloſ. verbo ſcienter, hic,* quam ſequuntur DD. communiter in præſenti, vt teſtatur & ſequitur Cou. *num. 3.* Vinald. 49. Vgolin. 2. Soar. *ex num. 15. dictis locis,* qui eo mouentur fundamento, quia in ijs, quæ reſpiciunt ipſius excommunicati commodum, nihil refert an actus fiat ſcienter, an ignoranter iuxta doctrinam Innoc. *in cap. cum dilectus, de conſuetud.* iunctis ijs, quæ circa *Extrauag. ad euitanda* notant DD. facit reg. tex. in *l. ignorantia 7. ff. de Iuris & facti ignor.* dum probat ignorantiam acquirere volentibus non prodeſſe, & perconſequens cum valere electionem interſit excommunicati volentis acquirere beneficium, ad quod electus eſt, merito quòd ipſe, vel electores excommunicationẽ ignorauerint, prodeſſe non debet quò magis valeat electio. Confirmatur deinde quia ratio, quam tex. reddit, videtur ponere defectum in perſona ipſius electi, quem habilem reddere non poteſt ſola ignorantia, ac ſubinde cum ratio generalis ſit, per eam ampliari debet deciſio etiam ad ignorantes iuxta reg. *l regula §. fin.* ibi conſtitutionis initiũ generale eſt, *ff. de Iuris, & facti ignor.* cum alijs, quæ late exornant Mantica, Aluarad. & Molin. *ſupra citatis locis.*

Verum contraria ſententia, quòd electio ignoranter facta de ligato minori excommunicatione valeat, tenet Raymund. gloſſator antiquus, quem refert, & ſequitur Syluest *verbo excommunicatio 4. num. 4.* & plures, quos etiam ſequitur Henriq. *in ſum. lib. 13. cap. 3. §. 3.* iuncta *lit. V. & ſeq.* Mouentur primò ex auctoritate huius text. *in eodem verſic. ſi tamen,* ibi, ſcienter, & perconſequens ad ignorantes trahi non debet, iuxta reg. tex. *in cap. pœnæ, de Pœnit. diſt. 1.* cum ſimilibus. Secundò confirmatur ex dictis, reſoluimus enim rationem, qua vtitur Pontifex *in præſenti in dict. verſ. per ſe,* non concludere, nec ponere defectum in cauſa aliqua eſſentiali, qui ſufficeret ad electionem inualidandam, & perconſequens cum ſit lex noua, & pœnam imponat, ſuccedit *reg. quæ à Iure* cum vulgaribus, quæ docent ex identitate rationis in pœnalibus, vel exorbitantibus non fieri extenſione de caſu ad caſum. Neque hac ſecunda opinione retenta obſtant quæ pro communi adduximus ſi aduertas aliud eſſe quærere an quando actus nullus eſt propter Iuris impedimentum, vel perſonæ inhabilitatem valeat actus ab ignorante geſtus, eoque caſu eſt veriſſimum ignorantiam non prodeſſe, quia habilem non facit eum, qui ex Iuris impedimento inhabilis eſt, & procedit prædicta doctrina Innoc. *in d. cap. cum dilectus num. 5. de conſuetud.* quam ſingulariſſimam dicit Felin. *in cap. Rodulphus, num. 43. poſt med. de reſcript.* & propterea collationem beneficij factam excõmunicato ignoranter inualidam eſſe merito reſoluit *gloſ. penult. ad med. in cap. Apoſtolica, hoc tit.* recepta per omnes ibi, vt teſtatur Cou. *in cap. alma p. 1. §. 7. num. 3.* aliud vero eſt quærere an pœnæ per legem impoſitæ ſcienter facientibus extendi debeant ad ignorantes? in quo caſu certum eſt ad ignorantes probabiliter non extendi, neque etiam ſecundum magis receptam ſentẽtiam ad ignorantes craſſe, vt reſoluit *gloſ. verbo, putabat* per tex. ibi *in l. 1. §. ſi quis ff. ne vis fiat ei,* cum multis alijs, de quibus Tiraq. *de pœnis temper. cauſa 14. num. 7.* & fatetur D. Barboſ. *in prælud. l. ſi mora num. 9. ff. ſoluto matrim.*

Ibid. *num. 4. in fine.* Nam vltra illam generalem rationem quòd hoc caſu irregularitas Iure expreſſa non ſit, vt eſt neceſſarium iuxta reg. tex. *in cap. is, qui, 18. in princ. de ſentent. excom. lib. 6.* oſtenditur efficaci ratione, quia verum eſt eos ſolos hanc irregularitatem contrahere, qui geſſerint actum Ordinis, à cuius exercitio per cenſuram prohibiti ſunt, vt deducitur ex *c. ſi quis Epiſcopus 7. 11. q. 3. & c. 1. de re iudic. lib. 6. & ex c. is cui* 20. ibi, in ſuo officio, *de ſentent. excom. eod. lib.* Nau. *in man. c. 27. n. 244.* Cou. *in cap. alma mater p. 2. §. 2. num. 3.* late Vgolin. *de cenſur. tab. 1. c. 14. §. 1.* conſtat autem per minorem excommunicationem non prohiberi exercitium alicuius Ordinis, ſed ſolum partitipationem paſſiuam Sacramentorum, vt infra notabitur, ergo rectè decidit Pontifex ſic celebrantes irregulares non eſſe. Neque obſtat quod minori excommunicatione ligatus celebrando grauiter peccat, vt fatetur Pontifex *in præſenti*; reſpondetur em peccare quatenus celebrando paſſiue participat, quę participatio ei non competit ratione ſui Ordinis, ſed potius communis eſt tàm Clericis quàm laicis, conſtat autem ad hanc irregularitatem contrahendam neceſſarium eſſe vt fiat actus aliquis clerico ratione ſui Ordinis competens, non ita ſi fiant actus, quos etiam laici facere conſueuerunt, quare meritò hanc rationem ad hunc tex. poſt Abb. Henric. & alios communiter ibi, explicarunt Cou. *d. §. 8. n. 1. & in Clem. ſi furioſus p. 1. verſ. quinto,* Vgolin. *de cenſur. tab. 3. c. 8. num. 3.* Nau. Sot. & alij, quos refert communem teſtatus Henriq. *lib. 13. cap. 3. §. 1. iuncta lit. M.* quibus adde Salzed. *in pract. Bernardi c. 33. lit. D.* Soar. *de cenſur. diſp. 24. ſect. 2. num. 3.* Rationem vero differentiæ inter hunc caſum, & illam de quo *in d. cap. is cui,* de eo, cui eſt interdictus ingreſſus Eccleſiæ, vide per Cou. *d. verſ. quinto.*

Ibid. *num. 6.* ibi, *verbo excommunicatio 4. n. 1.* Archid. *in cap. vir cum propria 33. quæſt. 4.* à quo non diſſentit, immo memoriæ tenendum monet Cou. *d. §. 8. num. 2. verſ. ſed etſi,* & Adrian. *de*

Cla-

Clauib. q. 3. ex auctoritate huius tex. dum ſimpliciter inquit peccare conferendo, quod magis propriè adaptatur peccato mortali, accipiendo verbum peccat à principaliori ſignificatione, iuxta reg. *cap. pen. de ſentent. excom.*

Ibid. eod. *num.6.* ibi (*cap. 6.§. 2.*) & *vi* difficultatis preſſus cogi ſe eidem adhærere concludit Soar. *tom.5. diſp. 24. ſect.2. num.7. & 9.* ad litteram huius tex. reſpondentes procedere in eo, qui non ſolũ confert, ſed conferendo ſimul ſuſcipiendo participat, ideoque peccare, vt hic tex. habet, non quatenus confert alijs, ſed quatenus ipſe ſibi ſuſcipit, atq; intelligunt *verſ. peccat autem*, conſonare principio textus, vbi de celebrante agitur.

Ibid. eod. *num.6. in fine*, expendentes etiam illã rationem, quia licet excommunicati minori excommunicatione nullum legis præceptum directe offendant, ac ſubinde non peccent mortaliter, non tamẽ ſeruant debitum rationis modum à lege intentum; ſed potius irreuerenter agunt ea tractando, & alijs conferendo, quæ lex prohibet ab ipſis ſuſcipi, quam irreuerentiam ſufficere ad culpam venialem notant ex doctrina S. Thomæ, *par. 3. q.64. art.6.* recepta ex multis de quibus Henriq. *lib.1.cap.29.§. 2. & 3.*

Ibid. *num. 7. in fine*, Cou. *in cap. alma mater, par.1. in initio, num. 4. & §. 8. num. 1.* Soar. *tom. 5. diſp. 24. ſect. 1. & ſeqq.* & cum hoc tex. conſonant *cap. pen. de ſentent. excom. cap. 2.* ibi, tantum à Sacramentorum participatione, *de exception.* Verum obſtat tex. difficilis *in cap. vlt. 3.q.4.* dum de minori excommunicatione loquens inquit eam à fraterna ſocietate ſeparare, & deinde quia varijs in locis variæ reperiuntur excommunicationes, quæ aliqua tãtum priuant eccleſiaſtica communione, & perconſeqnens ad maiorem reduci non poſſunt, & tamen cõmunio, qua priuant, alia eſt longe diuerſa à Sacramentorum participatione, *c.1. in fine 34. diſt.* ibi, à veſtro collegio excommunicatus abſcedat, *c. Epiſcopi 6.* ibi, communio illis vſque ad tempus ſynodi, *11. q. 3.* cũ ſimilibus, de quibus *gloſ. verbo ſuſpenſi in Clem. cupientes, de pœnis*; quorum difficultate preſſus Vgolin. *de cenſur. tab.3. cap. 1.* multis contendit varias eſſe excommunicationis ſpecies, vnam, quæ priuat Sacramentorum participatione, aliam vero, quæ priuat fraterna ſocietate, vel aliqua alia eccleſiaſticæ communionis parte, & ita interpretatur tex. *in d. c. vlt.* cum ſimilibus, quæ proxime retulimus, contra quẽ tamẽ inſtat irrefragabiliter tex. in *d. c. 2.* cũ ſimilibus, in quibus per illam taxatiuam, tantum, explicant minorem excommunicationem ſola priuare Sacramentorum participatione. Quare aduertendum eſt, quòd licet negandum non ſit dari poſſe tanquam poſſibiles varias minoris excommunicationis ſpecies, potuit tamen Eccleſia ſub alio modo, & forma minorem excommunicationem inſtituere, illique hunc, vel illum effectum, vel plures hoc, vel illo caſu tribuere ſecundum tamen præſentem Eccleſiæ vſum certum eſt vnam tantum inſtituiſſe, illique vnum ſolum effectum tribuiſſe, ſcilicet quod à Sacramentorum ſeparet perceptione, vt conſtat ex *d. c. 2. & d. c. pen.* cum ſimilibus, quinimmo ſecundum antiquiorem Eccleſiæ vſum vnam tantum fuiſſe excommunicationem minorem, vnumque illius effectum probabilius eſt cum communi ſententia, vt conſtat ex præcitatis.

Neque obſtant quæ in contrarium adduximus, nam *ad d. cap. vlt. 3. q. 4.* reſpondent Archid. Turrec. Alexandrin. & alij communiter ibi, quod cum in Sacramentorum participatione fideles inter ſe fraternitatem, contrahant, vt Deum patrem vocare poſſint, vt inquit tex. *in cap. ad menſam 11.q.3.* qui per minorem excommunicationem ab hac Sacramẽtorum participatione ſeparatur, recte etiam à fraterna ſocietate dicitur ſeparatus, vnde etiam intelliguntur plura Iura antiqua, vbi minor excommunicatio ſimpliciter excõmunicatio dicitur *c. de presbyterorum, 17. q. 4. cap. Sacerdote, de conſec. diſt.1.* cum iam hodie de ſola maiori intelligi hoc nomen, excommunicatio ſimpliciter prolatum decidat tex. *in c. pen. de ſentent. excommun.* Cuius rei ratio eſt, quia in primitiua Eccleſia ardentior erat zelus charitatis, quæ poſtea paulatim cæpit frigeſcere, ac ſubinde primis illis temporibus grauiſſimum reputabatur priuari ſanctiſſimæ Euchariſtiæ, & aliorum Sacramentorum perceptione, ideoque hac Sacra Communione priuatus non immerito ſimpliciter excommunicatus illis temporibus dicebatur, vt ex alijs notant Henriq. *in ſum. lib.13.c.2.§.1.*

Ad alia reſpondetur pœnas de quibus ibi propriè cenſuras Eccleſiaſticas non eſſe, neque ad excommunicationem ſtricte qua cenſura eſt poſſe reduci; & quod attinet ad *d. cap. Epiſcopi*, quo præcipuè nititur Vgolin. patet quia priuatio communionis reliquorum Epiſcoporum ibidem ad tempus certum præſcribitur, ſcilicet vſque ad tempus ſynodi, ſicut *in c. in loco, 5. q. 4.* fertur excommunicatio etiam ad tres dies, & *in cap præſenti 5. q. 7.* ad vnum, vel duos, quod longe abeſt à propriæ cenſuræ ratione, quæ eſſe noſcitur vt minime ad tempus præfinitum durare debeat, ſed tantum donec durauerit contumacia *c. ex litteris, de conſtitut.* Rurſus de intrinſeca cenſuræ ratione eſt quòd priuet bono aliquo ſpirituali, qua tale eſt, iuxta principia in materia cenſurarũ, plane tam *in d. c. Epiſcopi*, dum illi priuantur aliorum Epiſcoporũ communione, quàm *in d. cap. 1. 34. diſt.* dum veneratorem à collegio ſuo excommunicat, non priuantur iſti bono aliquo ſpirituali; ſed vel collegij, aut coepiſcoporum communione circa negotia communia, qua ciuilis communio eſt, vt benè ſenſit *gloſ. vlt. in d. c. 1.* quòd vero ille tex. vtatur verbo, excommunicatus, non inconuenit, ponitur enim ibi in generali ſignificatione, quatenus ſignificat, & idem importat ac excluſus, ſeu exterminatus.

Ad tex. vero in *cap. placuit, 18. diſt.* 10. dum non venientem ad ſynodum iubet Eccleſiæ communione eſſe contentum, reſpondetur quod ſi prohibitio illa reſpectu aliarum Eccleſiarum cenſura eſt eccleſiaſtica magis reducitur ad interdictum quaſi reſpectu earum ſit prohibitus, inductus cenſeatur; deinde verius eſſet cum *gloſ. vlt.* ibi, cui ſimilis vlt. *in d. cap. præſenti.* pœnam de qua ibi cenſuram non eſſe, neque bono ſpirituali priuare, neque Sacramentorum, & diuinorum perceptione etiam in alijs Eccleſijs ſolumque impedire ne ille Epiſcopus, qui ad ſynodum venire contempſit, ad negotia communia cum alijs

Epiſco-

Epiſcopis admittatur , quòd cenſuræ non conuenit ex dictis . Quæ omnia licet in rigore veriſſima exiſtimem, non tamen inficior valde probabile eſſe ſecundum antiquum Eccleſiæ vſum diſtingui poſſe duplicem illam minoris excommunicationis ſpeciem, quam tradit Vgolin. *dicto loco* , & ante eum Anan. *in rub. num. 4. & 5. huius tit.* quamuis iam certum ſit ſecundum præſentem Eccleſiæ vſum vnum tantum eſſe minoris excommunicationis modum , qui conſiſtit in ſola Sacramentorum perceptionis priuatione iuxta *d. c. 2. d. c. pen. & tex. in præſenti* .

Ad Lib. V. Tit. XXXI . de Exceſſibus Prælatorum .

CAP. PERVENIT. I. *num. 3. in fine* , Eſt igitur in hoc tex. ſancitum in grauibus, cauſis in quibus procederetur ad ſententiam ſuſpenſionis fore neceſſarium Capituli iudicium, ideſt conſenſus , vt explicant Felin. poſt alios *in cap. irrefragabili ſub num. 3. verſ. ſed dic quod immo ; de officio Ordin.* quamuis in leuibus ſufficiat conſilium, vt poſt Salzed. *in pract. crimin. canon. cap. 3.* tradit Fr. Emman. *loco cit.* Ad quod poſtea forſan animaduertens Concil. Trid. *ſeſſ. 25. de reformat. c. 6.* diſpoſuit vt Capitulum initio cuiuslibet anni eligat ex Capitulo duos de quorum conſilio, & aſſenſu Epiſcopus, vel eius Vicarius tàm in firmando proceſſu, quàm in cæteris omnibus actibus vſque ad finem cauſæ incluſiuè corã notario tamen ipſius Epiſcopi , & in eius domo , aut conſueto tribunali procedere teneantur , vnum autẽ tantum ſit vtriuſque votum , poſſitque alter Epiſcopo accedere hoc cum Epiſcopus extra viſitationem proceſſerit , de quo vide Franc. Leon. *in theſauro fori eccleſiaſt. par. 2. c. 2. num. 64.* Ricc. *in collect. deciſ. par. 4. collect. 751. & in praxi fori eccleſiaſt. deciſ. 566. in 1. edit. & reſol. 488. in 2. edit.* Mantic. *deciſ. 180. per totam* , Garc. *in addit. ad ſuum tract. de benefic. par. 4. cap. 5. num. 96.* Illud quod in Concil Trid. nouè ſtatutum eſt de adhibendis his duobus adiunctis , ſeruatur in Capitulis exemptis , prout, in Sacra Congreg. Concilij & Rota deciſum fuiſſe teſtatur Seraphin. *deciſ. 743.* Aloyſ. Ricc. *reſol. 488. n. 6. & 7.* Et habere locum tàm in delictis grauibus , quàm in leuibus , cum in omnibus neceſſe ſit vt cum adiunctis procedat Epiſcopus , fuit dictum in Rota, *in vna Chartaginen. iuriſdictionis, 27. Nouembris 1585.* coram Illuſtriſſimo Seraphino, vt patet in eius *deciſ. 710.* vbi etiam quod poſſit procedere ex officio, refert Aloyſ. Ricc. *d. reſol. 488. num. 4.* vbi *num. 5.* ampliat vt procedat etiam in leuibus, in quibus non eſt opus tela iudiciaria , ſed in his opus non eſſe adiunctis dicit Seraphin. *deciſ. 710. num. 1. & 4.* Quos quidem duos Canonicos à Capitulo initio anni eligendos , ſi quando pro formando libello , ſeu alijs actibus ſine fraude tempore Diuinorum officiorũ eos abeſſe contingat , priuandos non eſſe quotidianis diſtributionibus tanquam abſentes propter Eccleſiæ vtilitatem ex officio ſibi attributo reſoluit Monet. *de diſtribut. quotid. par. 2. q. 8. nu. 19.* Limitatur tamen prædicta Concilij Trid. diſpoſitio vbi ageretur de crimine per totum Capitulum perpatratum , vt nec quidem ſuperſint duo innocui , qui poſſint adhiberi , hoc enim caſu Epiſcopus procederet ſolus ex his , quæ cenſuit Rot. apud Seraphin. *deciſ. 1050. n. 1. & 4.* prout nec obtineret illud decretum ſi procederetur contra aliquem Capitularem , qui accidentario eſſet ſubiectus liberè , & abſolutè poteſtati Epiſcopi, idem Seraphin. *deciſ. 1058. à num. 2.* Hinc etiã non inepte me aduertiſſe cenſeo iſtos adiunctos omnino aſſumendos eſſe ex perſonis , quæ verè ſint de Capitulo, non inſpecto an ſint tales de Iure communi , quales ſunt ſoli Canonici , vel potius de Iure ſpeciali , quales ſunt dignitates , vel etiam portionarij , ſeu beneficiati Eccleſiæ, vt ex mente S. Congreg cenſuit Rota *deciſ. 708. num. 6. & per tot. par. 2. recent.* Deinde aduerto concordias deſuper in contrarium initas inter Epiſcopos , & Capitula non obſtare , ipſaſq; ſublatas eſſe per Concil. Trid. *ſeſſ. 6. c. 4.* in illis verbis , concordijs, quæ tantum ſuos obligant auctores , quod ſanè eſt accipiendum , vt non intelligatur de concordijs circa modum procedendi factis , & ſpecificè confirmatis per Sedem Apoſt. prout ſæpe fuit per S. Congreg. reſponſum, Seraphin. *d. dec. 475. num. 3.* & Mantic. *deciſ. 202. num. 10* id atteſtantes.

Ad Lib. V. Tit. XXXIII. de Priuilegijs, &c.

CAP. PORRO. VII. *num. 11.* ibi, *nu. 9. de reſcript.* Tap. *ad l. fin. ff. de conſtit. Princip. cap. 6. in fine, num. 12.*

Ibid. *num. 13. in fine* , Iſta vero quæſtio an priuilegium Principis ſtrictè, vel large ſit interpretandum, ſolet in præſenti à Doctoribus excitari , inter quos illa reſolutio magis communiter tradi ſolet, quòd priuilegium latiſſimè debet interpretari, dum tangit Iura concedentis , ſtricte vero quatenus concernit tertij præiuditium, ita Innoc. *in cap. cum dilecti , de donation.* Hoſt. Ioan. Andr. & Abb. *not. 3. in præſenti* , Bald. *conſil. 456. lib. 3.* Hippol. *ſing. 483.* Surd. *conſ. 140. num. 73. & 74.* Fariu. *conſil. 45. num. 28. vol. 1.* Cancer. *lib. 3. vari. cap. 3. nu. 165.* Morot. *conſil. 20. num. 13.* Maluaſ. *conſil. 18. n. 26.* à Ponte *conſil. 2. num. 21.* Carol. Bardel. *conſil. 137. num. 4. & conſil. 182. num. 28. vol. 2.* Giurb. *deciſ. 23. num. 7.*

CAP. ACCEDENTIBVS. XV. *num. 4.* ibi, *concl. 1321. num. 2.* adde Corbul. *de iure emphyt. cauſa 15. ob non ſolutionem canonis , q. 4. n. 2.* Felician. *de cenſib. tom. 2. lib. 3. c. vlt. num. 5. verſ. ſed an probatis* , Cenci. *eod. tract. par. 2. c. 2. q. 4. art. 6. à num. 26.* vbi *num. 27.* cum Menoch. Corbul. Caſſan. & alijs hoc intelligit dummodo ſint tres ſolutiones diſtinctæ , & ſeparatæ , & de illis appareãt tres apochæ , & dummodo dictæ tres ſolutiones ſint pro tribus annis proxime præteritis , & immediatè præcedentibus , ſecus ſi reſpiciant tres annos iam retro effluxos , & interpellatc decurſos . Intellige etiã dummodo contineant ſolutiones pro tribus annis , nec ſufficeret , quòd continerent ſolutiones pro tribus ſemeſtribus , Alex. *conſil. 105. num. 3. lib. 3.* quem ſequuntur Foler. *in ſua pract. cenſuali in verbo quæ quidem, num. 73. ad finem* , Cenci. *d. art. 6. nu. 30.*

Digitized by Google

n.30.eū ſeqq. contra Menoch. *de præſum.lib.3.præſ. 139. num. 13.* cuius tamen Menoch. opinionem in practica ſequi poſſe cenſeo, vbi locationes de ſemeſtri in ſemeſtrem fieri ſolent. Intellige etiam niſi creditor recipiens tres vltimas ſolutiones proteſtaretur expreſſe ſe illas recipere abſque præiuditio præteritorum terminorum, & quod vult ſibi eſſe ſaluum ius quoad præteritum, Maſcard. *concl. 1321. num. 13.* Menoch. *d. præſ. 139. num. 30.* Cenc. *d. art. 6. num. 40.* vbi *num. 41.* quòd creditor recipiens ſimpliciter tres vltimas ſolutiones cenſetur renuntiaſſe præterito credito, *& num. 42.* quòd probatio reſultans ex apochis nocet ſolum ei, qui apochas fecit, & non alijs.

Ibid. *num. 8. in fine.* Ad illud vero quòd priuilegium immunitatis perditur per actum in contrariū, vide Gozadin. *conſil. 23. num. 7.* Ozaſc. *deciſ. 91. num. 5.* Bart. *in l. 1. C. de ijs, qui ſponte munera ſubeunt, lib. 10.* vbi voluit quòd immunis ſemel ſponte ſoluens perdit immunitatem, quia ſibi parat præiuditium, Alex. *conſil. 136. col. 4. vol. 2. & cōſil. 109. circa fin. vol. 3.* Feſtaſ. *de collect. in 5. par. c. 1. num. 32.* Crot. *conſil. 64. num. 20. cum ſeq.* Surd. *conſil. 262. num. 17. & conſil. 419. num. 7.* Carol. Bardel. *conſil. 22. num. 13.* quorum aliqui pro maiori parte referunt doctrinam Angeli *in l. 1. §. ſi quis tutor, num. 2. ff quando appel. ſit,* qui ait per illum textum quòd ſi immunis patiatur ſe in extimo deſcribi, niſi appellet, ſibi præiudicat, neque prodeſt allegare priuilegium, quia amiſiſſe dicitur, ſubdens quod ibi eſt tex. peregrinus, & communiter ignoratus, cuius doctrinam ſequuntur citati à Feſtaſ. *d. cap. 1. num. 31.* Balb. *de præſcript. in 4. par. q. 30. num. 7.* Menoch. *conſil. 702. num. 9.* Surd. *conſil. 262. num. 16. & conſil. 419.* Intellige quoad ſoluta tantum, quæ repeti non poſſunt, ſecus vero quoad futuras ſolutiones pro quibus cogi non poteſt, niſi per tempus legitimum fuerit præſcriptum, quia priuilegium immunitatis non continet actum momentaneum, nec conſumatur per vnicum actum, ſed habet cauſam ſucceſſiuam, *l. 2. in princip. &* ibi *gloſ.* & Bart. *ff. de priuileg. veter.* Guid. Papæ *deciſ. 387.* Anton. Gabr. *de iure immun. concl. 1. num. 10.* Syluan. *conſil. 66. num. 27.* Natt. *conſ. 446. num. 16. vol. 2.* Burſat. *conſil. 16. num. 82. vol. 1.* Ozaſc. *deciſ. 91. num. 22.* Feſtaſ. *d. c. 1. num. 32. & ſeq. & num. 38.* Surd. *conſil. 262. num. 78. & 79. & conſil. 419. num. 32.* vbi hoc declarat, & eſt cōmunis, & indubitata doctrina ex Zaz. *conſil. 16. n. 9. & 10. vol. 1.* relatus à Burſat. *vbi ſup.* Quinimo vbi ſolutiones ſunt reiteratæ, & per tantum tempus, quod ſufficit ad præſcriptionē, derogant priuilegio quoad illum caſum, & actum in quo ſunt factæ ſolutiones, non quoad alios caſus, & ideo habens immunitatem ab oneribus ſi aliqua ſubit, quoad ea nō quoad cætera ſibi præiudicat, Felin. *in cap. cum acceſſiſſet, num. 29.* vbi etiam Dec. *col. pen. de conſtit.* Pute. *deciſ. 188. num. 3. vol. 2.* Tapia *ad l. fin. ff. de conſtit. Princip. par. 2. c. 2. num. 16.* Feſtaſ. *d. cap. 1. num. 34.* Anton. Gabr. *commun. tit. de iure immun. concl. 1. num. 9.* Menoch. *de præſumpt. lib. 6. præſ. 41. num. 6.* quia non præſumitur, quòd quis velit ſuo renuntiare priuilegio, Dec. *conſil. 308. nu. 8.* Tap. *d. c. 2. num. 24.* Carol. Bard. *conſil. 22. n. 40.*

CAP. QVIA CIRCA. XXII. *num. 5. in fine*, ibi, de decimis. Vnde per hunc tex. tenet Bart. *in l. damni, §. ſi quis ædes,* & ibidem Imol. *ff. de damno infecto,* quòd priuilegium exemptionis ſuper decimis, vel collectis non ſoluendis porrigitur ad prædia quæſita poſt conceſſionem immunitatis, ſequuntur Alexand. *conſil. 178. num. 15. vol. 2.* Natt. *conſ. 66. num. 13. & conſ. 160. num. 23. & conſil. 328. num. 4.* Pariſ. *conſil. 68. num. 7. & 10. vol. 1.* Burſat. *conſil. 16. num. 97. vol. 1.* Feſtaſ. *de collectis, par. 4. q. 21. num. 62.* Bertaz. *in conſil. ciuili 27. num. 30.* Menoch. *conſil. 106. num. 269.* Surd. *conſil. 262. num. 5.* Ozaſc. *deciſ. 136. num. 1.* Anna Fili. *ſing. 698. & conſil. 61. num. 15. vol. 1.* Rimin. *iun. conſil. 223. nu. 28. vol. 2.* Tap *in l. fin. ff. de conſtitut. Princip. par. 1. c. 4. num. 6.* Camill. Borrel. *de præſtantia Regis Catholici, cap. 33. n. 22.*

Ad Lib. V. Tit. XXXVIII. de Pœnitentijs, &c.

CAP. QVOD AVTEM. IV. poſt *n. 4.* In ead. gloſ. (*Vt proſint*) ibi (*cum peccatum per contritionem, &c.*) Notatur ad hoc quòd ad conſequendam Indulgentiam non neceſſariò requiritur vt præcedat confeſſio actualis, vt per Nau. *in comment. de Iubileo not. 18. à num. 8.* Soar. *tom. 4. de Pœnit. diſp. 52. ſect. 3. num. 1* Rutil. Benzon. *de Iubileo, lib. 5. c. 15. dub. 4.* Hieron. Gratian. *in ſimili tract. par. 2. cap. 2. & 12.* Pinel. *de Indulgent. cap. 13.* Filliuc. *tom. 1. tract. 8. c. 9. q. 8. num. 143.* Bonacin. *de Sacram. diſp. 6. q. 1. puncto 5. nu. 6.*

CAP. IN NOVA. X. *num. 3. in fine*, ibi *puncto 5. num. 5.* D. Thom. *in addit. ad 3. par. q. 39. art. 1.* Victor. *relect. 2. de poteſt. Eccleſiæ, q. 2. n. 3.* Sot. *in 4. diſt. 25. q. 1. art. 2. concl. 1.* Angles *in floribus Theologicis, quæſt. de Clauibus, art. 1. diffic. 5.* Henriq. *lib. 1. c. 21. §. 2. lit. N, cum ſeqq. & lib. 6. cap. 21. §. 3. & lib. 10. cap. 16. §. 1. lit. A,* agenſq; de poteſtate cenſurarum latè Soar. *de cenſur. tom. 5. diſp. 2. ſect. 3. num. 2.* hinc notantes fœminas ipſo Iure diuino incapaces eſſe eorum, quæ ſunt Ordinis, & perconſequens irregulares non eſſe ratione ſexus, vel etiam ob quamcunque cauſam ſuperuenientem, quæ eſſet ſufficiens in viris ad irregularitatem contrahendam, eſt etenim irregularitas impedimentum Canonicum, ideſt legis Canonicæ, & dicuntur irregulares, quia excipiuntur à regula ſecundum quam omnes, qui capaces erant, attenta Lege diuina poterāt promoueri: at vero ſexus fœmineus ipſa Lege diuina impeditur, & incapax eſt ſuſcipiendi Ordines, & perconſequens in eum irregularitas non cadit, aduertit Sot. *vbi proxime art. 2. in princ.* & multis adductis latè Henriq. *d. lib 14. cap. 2. in princip.* eleganter Soar. *tom. 5. diſp. 40. ſect. 7.* multipliciq. ratione latè confirmat Viuald. *in candelabro aureo, par. 3. c. 3. à princ.* cum quo aduerte quòd licet in fœminis propriè non detur irregularitas, ſed magis incapacitas ex ipſa Lege diuina ex dictis, reſpectu tamen Religionis ſuſceptæ, vel ſuſcipiendæ multa poſſunt conſiderari impedimenta propter quæ aliquę

mulieres

mulieres inhabiles fiāt ad aliqua officia religionis, vel ad religionem ipſam, quæ diligenter proſequitur Viuald. *d. par. 3. cap. 4. à num.* 4. Quæ omnia confirmantur ex auctoritate Geneſ. 1. *cap.* 3. ibi, ſub viri poteſtate eris, qua ſatis oſtenditur ſtatim ab initio generis humani fuiſſe ſexum fœmineum virili ſubiectum, ſubindeq; neque etiam profana munera, in aliqua Republica bene gubernata fœminis fuiſſe demandata probat *l. 2. ff. de regulis Iuris*, vbi notāt ſcribentes omnes, & multi, quos late refert Duen. *reg.* 308. & ex Philoſophis, atque bonis Auctoribus multa late cumulat Iuſtus Lipſius *polyticorum lib. 2. cap.* 3. Facit etiam quia minime decebat pulchritudinem Eccleſiaſticæ hierarchiæ feminas admitti ad Eccleſiaſticos gradus, & Eccleſiæ regimen, ex ratione, quæ colligitur ex Paul. 1. *ad Corinth.* 11. ibi, Chriſtus caput eſt viri, & vir caput eſt mulieris, quia non vir ex fœmina primò, ſed fœmina ex viro ſumpta eſt; facit etiam ratio tex. *in l. 1. §. ſexum ff. de poſtulando*, & quæ DD. communiter ibi notant ex adductis à Duen. *reg. 311*.

Non obſtat, quod Abbatiſſæ, & Præfectæ monialium Eccleſiaſticam iuriſdictionem habere noſcuntur *cap. dilecta, de maior. & obed.* quia reſpondetur prout ibi addidi. Ad varia autem loca, quibus probatur mulieres prophetaſſe *Exodi 15. Iudic. 4. & 4. Regum cap. 22. Act. 21.* reſpondetur nullum eſſe inconueniens mulieres prophetare, neque nobiſcum pugnat huiuſmodi argumentum, prophetia enim donum Dei eſt, ſeu gratia gratis data, quod fœminis, atque laicis poteſt pariter conuenire, non ita poteſtas ſpiritualis ex ſupra poſitis rationibus, reſoluit poſt Sot. Cardin. Bellarm. *tom. 2. de Sacramentis in genere lib. 1. cap. 25. verſ. ad loca illa pro fœmina*, & multi alij.

CAP. OMNIS VTRIVSQVE SEXVS. XII. *num. 2. in fine.* Aduerte tamen minus rectè docuiſſe Panor. *in præſenti num. 19.* teneri Pontificem ex hoc tex. quia erat lex Concilij vniuerſalis, quæ ligat Pontificem tanquam ſuperior, quem meritò reprehendit Nauar. *d. princip. num.* 33. & conuincitur ex receptis ſententijs, de quibus Victor. *relect. 4. num. 3. cum ſeqq.* Vnde facile reſolues illorum quæſtionem, qui diſputant an poſſit Summus Pont. diſpenſare in hoc præcepto Eccleſiaſtico de confitendo ſemel in anno propter aliquam iuſtam rationem, veluti cum eremita viuente extra humanum conſortium, vel ſimile? ex dictis enim veriſſima apparet pars affirmatiua, nam certum eſt præceptum hoc quoad temporis determinationem eſſe Eccleſiaſticum, & poſitiuum, conſtat autem in præceptis Eccleſiaſticis data iuſta cauſa poſſe Pontificem diſpenſare ex reg. tex. *in cap. propoſuit, de conceſſ. præben.* cum ſimilibus, ergo quamuis Pontifex diſpenſare non poſſit in præcepto diuino de confitendo in articulo neceſſitatis, poterit tamen diſpenſare in Eccleſiaſtico de confitendo ſemel in anno, comprobat poſt D. Thom. Sot. *in quarto, diſtinct. 18. quæſt. 1. art. 5.* & alij, quos refert, & ſequitur Soar. *tom. 4. diſputatione 36. ſection. 1. num. 5.*

Ibid. *num. 4. in fine.* Et quod non habentes Conſcientiam peccati mortalis confiteri non teneantur venialia etiam ex hoc præcepto Eccleſiæ reſoluunt DD. cōmuniter in hoc tex. vbi *gloſ. verbo omnia*, Nau. *in man. cap. 21. num.* 34. S. Thom. *in addit. ad 3. par. q. 6. art. 3. ad 2.* expreſsè Victor. *de Sacramen. num.* 128. Viuald. *in candel. aureo, vbi de Confeſſione à nu. 51.* Pro qua ſententia ſic arguit S. Thomas, *dicto c. omnis* præcipitur omnia peccata confiteri, ſed impoſſibile eſt, vel ſaltem nimis difficile omnia venialia confiteri, cum in ea frequentius cadant etiam iuſti, iuxta illud ſepties in die cadit iuſtus *Prouer. c. 14.* refertur *in c. ſeptiēs, de Pœnit. diſt. 3.* igitur nō fuit intentio Cōcilii generalis obligare ad Confeſsionem venialium iuxta *c. erit autem lex*, ibi, poſsibilis, 4. *diſtinct.* Deinde facit quia Pontifex in hoc tex. præcipit peccata proprio Sacerdoti cōfiteri, conſtat autem venialia poſſe Sacerdoti cuicunque confiteri, quamuis proprius non ſit, vt Eccleſiaſtica conſuetudine receptum fatentur rationem late controuertentes Nau. *in cap. placuit n. 22. & in man. c. 2. n. 5.* multi de quibus Henriq. *lib 6. c. 8. §. 6.* Soar. *diſp. 24. ſect. 2. n.* 8. & late *diſp. 26. ſect. 5. à princ.* Tandem quia in hoc tex. imponitur pœna grauiſsima illi, qui ſemel in anno non confitetur, vt ſcilicet viuēs ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur, mortuus vero Eccleſiaſtica careat ſepultura, præter pœnam excommunicationis ſynodalibus conſtitutionibus ſtatutam, quæ ſanè pœnæ duræ ſunt ſi incurrantur propter ſolam Cōfeſſionis omiſsionem venialium contra tex. *in c. afferamus in fine 24. q. 1.* cū ſimilibus, de quibus Mancu. *dial. 128. à princip.*

Ibid. *nu. 7.* ad hoc quod idem cēſetur parocus ad coniungendos Matrimonio atque ad Confeſsiones excipiendas ex Sanch. colligit Baſil. Pont. *in ſuo nouiſſimo tract. de Sacramen. Matrim. lib. 5. c. 13. §. 1. n. 6. in princ.* Et de Vicario Epiſcopi, quod ſit proprius Sacerdos ad audiendas Confeſſiones iuxta hunc tex. tenet idem Baſil. Pont. *d. lib. 5. cap. 11. n.* 10 Et quod poſsit ex generali cōceſsione facultatem, ſeu licentiam Confeſsionem audiendi aliis concedere notat contra plures Sanch. *de matrimon. lib. 3. diſp. 29. n. 15.* ſequitur Narbona *de appellat. à Vicario ad Epiſcopum par. 1. nu.* 203.

Ibid. *num. 8. in fine.* late Baſil. Pont. *in ſuo nouiſſimo tract. de Sacramento Matrimony c. 13. §. 1.* de proprio parocho in ordine ad Matrimonium.

CAP. NE PRO DILATIONE. XVI. *num. 2. in fine.* Quamuis autem Nau. *in man. cap. 27. n. 260. verſ. quinto*, reſoluat poteſtatem hanc eligendi Cōfeſſorem dari Epiſcopo ex ipſa Lege diuina, Sotus vero *in 4. diſt. 18. q. 4. art. 2. verſ. Epiſcopi*, & recentiores omnes, ſi credimus Henriq. *lib. 6. cap. 8. §. 4. lit. I.* dicant poteſtatem abſoluendi Epiſcopos dari Confeſſori ab ipſis Epiſcopis, vt in Romano Pont. agnoſcunt S. Tho. *in 4. diſt. 19. q. 1. art. 3. quæſtiunc.* 2. Bonau. Sot. Ledeſm. Medin. & alii, quos referunt, & ſequuntur Henriq. *d. c. 8. §. 3. cum ſeq.* Soar. *diſp. 27. ſect. 2. à n. 1.* verius eſt dari priuilegium hoc Epiſcopis, atque etiam poteſtatē Cōfeſſori à Papa, ſeu lege Canonica, vt bene probat hic tex. ibi, permittimus, ex quo notauit *gloſ. in præſenti* ante hanc permiſsionem non potuiſſe Epiſcopos eligere Confeſſorem ſine ſui ſuperioris licētia; habent enim Epiſcopi, & alii inferiores Prælati ſuperiorē, cui ſicut in iu-

P

in iudicialibus, ita in hoc foro ſubijciuntur, Epiſcopus ſcilicet Metropolitanum, Archiepiſcopus Primatem *cap. ſi clericus 11. q. 1. cap. 3. de foro comp.* notat *gloſſ. verbo except. in cap. paſtoralis, in princ. de officio Ordin.* iuncto arg. tex. *in c. vlt. in fine, de cēſib. lib. 6.* & colligitur expreſſe ex hoc tex. ibi, præter ſui ſuperioris licentiam, atque ita poſt Turrecrem. Palud. S. Antonin. Syluest. & alios, quos citat, hanc eſſe magis communem ſententiam teſtatur Soar. *d. nu. 4.* & ſequitur Henriq. *d. lit. I. ad finem,* quamuis idem Soar. *diſp. 25. ſect. 2. nu. 10.* dicat non eſſe Epiſcopos Archiepiſcopis ſubiectos in hoc foro, motus quia non habet Archiepiſcopus poteſtatem in ſubditos ſuffraganeorum, ergo nec in ipſos ſuffraganeos, non aduertens differentiam, quæ inter vtroſque reperitur, de qua *gloſſ.* & ſcribentes omnes *in d. cap. paſtoralis*.

Epiſcoporum autem nomine intelliges ſiue conſecratus ſit, quamuis Epiſcopatum non habeat, veluti titularis, aut qui Epiſcopatui renūtiauit, in omnibus enim verificatur rigor verborum, quibus vtitur tex. *in præſenti,* ibi, Epiſcopus, ſiue etiam non conſecratus, poſtquam enim fuerit confirmatus iā habet Epiſcopatum, & eius adminiſtrationem, nulliq; parocho ſubijcitur *c. noſti, c. tranſmiſſam, cum ſimilibus de elect.* proſequuntur in eiſdem terminis Henriq. & Soar. *dictis locis*.

Prælatorum autem nomine intelliges illos, qui propriè, & ſtricte tales ſunt, hoc eſt, qui aliis præſunt cum iuriſdictione fori contentioſi, iuxta doctrinam *gloſ. vlt. in c. 2. de iudic.* quā ſequuntur, & explicant DD. communiter ibi, Abb. *n. 6.* Dec. 34. Rip. *nu. 30.* Coſm. *in pragm. ſanction. tit. de elect. in princ. verbo Prælatis,* non ita illos, qui ſine iuriſdictione fori exterioris aliis præſunt, veluti parochi, licet lato ſumpto vocabulo prælati dicātur *in c. tua, de cler. ægrot.* ex quo notant omnes proxime citati, atque ideo ſecundum Iuris ſcripti rigorem (ſemota conſuetudine) non poſſe eligere Confeſſorem bene contra Syluest. & Angel. reſoluit Soar. *d. ſect. 2. nu. 7.*

Exemptos vero intelligunt Hoſt. & Abb. eos, qui ſoli Pontifici immediate ſubijciuntur, ſed melius cū Syluest. & Soar. *n. 9.* intelliges omnes illos, qui Epiſcopo ſubiecti non ſunt, licet alios habeant ſuperiores, vt concludunt verba huius tex. ibi, præter ſui ſuperioris licentiam, ad quem caſum reducuntur prælati nullius diœceſis; in Abbatiſſis tamen contrarium reſoluit Henriq. *d. c. 13. §. 3.* Decanis autē, Archidiaconis, & ſimilibus dignitatibus Eccleſiæ Cathedralis ex conſuetudine idem conceſſum poſt alios explicat Henriq. *d. lib. 6. c. 7. §. 5.* circa Vicarium generalem Epiſcopi pugnant inter ſe Henriq. *d. cap. 13. §. 3.* & Soar. *d. ſect. 2. nu. 8.*

Ad Lib. V. Tit. XXXIX. de Sententia excommunicationis.

CAP. SVPER EO. I. *num. 6. in princip.* ibi, §. 3. *nu. 11.* Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. p. 1. lib. 4. c. 6. n. 9. verſ. quarto,* Vgolin. *de cenſur. tab. 1. c. 17. §. 3. à princip.* Soar. *tom. 5. diſp. 5. ſect. 1. à n. 17.*

Ibid. *eod. num. 6. in fine.* Quando vero impuberes doli capaces ſunt diſtingunt DD. vel enim agimus de excommunicatione Iuris, & hos ligari certum eſt, ideoque abſolutione indigent tex. *in præſenti,* & *in cap. quamuis,* & *in cap. vlt. hoc eod. tit.* vbi propter teneram ætatem eis conceditur, vt abſolui poſſint ab Epiſcopo etiam in caſibus Papæ reſeruatis, notant Nau. *in man. cap. 27. num. 88.* Sot. *in 4. diſt. 22. q. 2. art. 3. ante fin.* Soar. *d. ſect. 1. num. 19.* & *diſp. 22. ſect. 1. à nu. 63.* Vnde colliges in terminis decreti Conc. Trid. *ſeſſ. 25. de Regular. cap. 5. verſ. nemini,* ibi, cuiuſcumque ætatis ſub excommunicatione de qua ibi comprehendi impuberes doli capaces cœpta monaſterii monialium ingredientes ex prædicta ratione, reſoluit eleganter Nauar. *commento 4. de Regular. num. 59.* quem ſequitur Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom. 1. quæſt. 46. art. 1.* & poſt eum Soar. *to. 4. de Relig. lib. 1. cap. 10. num. 1.* Ludou. Miranda *in manuali Prælat. tom. 2. q. 2. art. 1. concl. 1.* Ego ipſe *de officio,* & *poteſt. Epiſcopi par. 3. alleg. 102. num. 32.* & me citato nouiſſime D. Bonacina à me multis nominibus commendandus *in tract. de clauſura q. 4. puncto 1. nu. 5.*

CAP. A NOBIS. XXVIII. *num. 4. in fine.* Vnde ſimili modo reſponderi poteſt hæreticos *in cap. ſi quis 5. de hæretic.* & *in cap. ſanè il ſecundo, 24. quæſt. 2.* poſt mortem non propriè excommunicari, ſed potius declarari excommunicatos deceſſiſſe, quia ſcilicet viuentes crimen commiſerunt, cui à Iure impoſita eſt ſtatim excommunicatio, vt conſtat ex tex. *in c. excommunicamus, de hæretic.* Nec eſt vllum inconueniens, quod Eccleſia orationibus, ſuffragiis, & honore ſepulturæ priuari poſſit eos, quos hæreticos impœnitentes deceſſiſſe iudicat, quemadmodum etiam propter alias cauſas id feciſſe conſtat ex tex. *in cap. fin. 88. diſtin. cap. 2. verſ. qui verò, cap. cum ad monaſterium in princ. de ſtatu monach.* quia ſcilicet eo modo non directe, ligantur defuncti, ſed potius viui dum eis præcipitur ne ad orationis communionem, & ad ſepulturam admittant ſic defunctos, vt bene notauit Caſtro *de iuſta hæreticorum punit. lib. 2. cap. 20. ad finem.* Licet enim iuſtiſſimis rationibus poſſit Eccleſia contra hæreticos defunctos, atque etiam Ciuilis Reſp. contra læſæ maieſtatis reos, & in aliis criminibus exceptis inquirere, vt defunctorum damnetur memoria, eorum filii notentur infamia, & quoad confiſcationem, & alias pœnas, non ita per cenſuras Eccleſiaſticas, ratio differentiæ eſt quia aliæ pœnæ tendunt ad punitionem, & ſatisfactionem Reip. offenſæ, ideoq; ſæpe atrocitas criminis poſtulat vt ad aliorum exemplum defuncti crimen puniatur, quod tamen oportet fieri per pœnas ſuæ poteſtati proportionatas, quales ſunt confiſcatio bonorum, infamiæ, & memoriæ condemnatio, non ita per cenſuras, quarum finis eſt non punire præterita crimina, ſed in futurum corrigere, quæ correctio in defunctis neque dari neque operari poteſt, vt per ſe patet, ſunt præterea Eccleſiaſtica vincula, quæ animas ligant *c. nemo 11. q. 3.* & perconſequens cum Eccleſia ligare non poſſit animas ſeparatas, & homines ſub terra ſepultos, non recte de aliis pœnis ad cenſuras reſpectu defunctorum ſumi poteſt argumentum.

CAP.

CAP. CVM ILLORVM. XXXII. *n.7.* ibi, *cap. 41. per totum*, adde nouiſſime Barthol. à S. Fauſto *in theſauro Religioſorum, lib. 5. q.220.*

Ibid.*n 8.*ibi,*n.2.*vide addita *ad c.41.ſup.de reſer.*

CAP. SI ALIQVANDO XLI. *nu. 3. in fine*, ibi, *num. 38.* ſed difficultate non caret hæc reſolutio, quia,vt infra dicetur,Papa cum excommunicato ſine cauſa communicans peccat,quo dato vt excludamus peccati coniecturam,iuxta reg. *cap. ſtote, de regulis Iuris*, videbatur dicendum, quòd Papa communicans cum excommunicato eum vult abſoluere. Vnde neceſſe eſt vt dicamus *tex.in præſenti* loqui in Pontifice ignoranter communicante cum excommunicato, in quo caſu nulla poteſt conſiderari culpæ ratio, vt probat *cap. quoniam multos, 11. q. 3.* Tota difficultas eſt circa *Clem. vlt. hoc tit.* vbi dicitur quòd Papa ſcienter cum excommunicato communicans nõ videtur eum abſoluere; ſed omiſſis multis, quæ de illius intellectu tradunt DD. ibi, Caiet. 2. 2ᵉ *q. 100. art. 6. in reſp. ad 7.* Cou. *d. §. 1. num. 2.* Vgolin. *de cenſur. tab. 1. c. 20. §. 2. num. 2.* & alij de quibus Henriq. *lib. 14. c. 29. §. 2. lit. O, cum ſeqq.* recurrere oportet ad diſtinctionem, de qua intra, nam ſi Papa ex iuſta cauſa participet cum excommunicato non peccat, ſubindeque non poſſumus ex illa ratione colligere abſoluere voluiſſe excommunicatum, ſi vero nulla ſubeſt cauſa, & nõ vult abſoluere, peccat ex prędicta reſolutione, vt in terminis poſt Guillelm. & alios antiquiores cõcludit Imol. *in d. Clem. vlt. num. 5.*

Ibid. *num. 4. in fine*, Cuius quæſtionis reſolutio deprehenditur ex alia generali Doctorum controuertentium vtrum Princeps lege ſua ita obligetur, vt contrafaciens peccatum committat,quæ opportunius tractatur in materia de legibus,illud ad noſtrum propoſitum annotare ſufficiat veriorem eſſe Theologorum,& noſtrorum communem ſententiã, quæ partem tuetur affirmatiuam docens Principes ſuis legibus obligari quoad vim directiuam, ideſt quatenus eſt regula communis dirigens, & ordinãs membra Reipubl. tanquam partes in ſuum totum ex tex. *in cap. regula 3. diſt.* & quatenus lex continet id,quod iuſtum eſt, & æquum, & totius Reip. bono, & ſtatui magis conueniens, atque ita probat tex. *in cap. iuſtum 9. diſt. & in l. digna vox, C. de legib. & in l.ex imperfecto 23. §.vlt.ff.de legatis 3.* tex. opt. *in l. 3. C. de teſtam.* adducit multa ex bonis Auctoribus Iuſtus Lipſius *lib. 2. politic. cap.10.* Neque obſtat ratio *ex l. pen. ff. de arbitr. & l.ſi quis 22. in princ. ff. de legat. 3.* quod nemo ſibi ipſi poteſt legem imponere, à qua non poſſit recedere, quæ etiam quoad effectum de quo agimus, videbatur vrgere; nam facile reſpondetur in his terminis Principem non tam lege ſua obligari, quàm lege naturali, quæ præcipit, vt Princeps illud in ſuis actibus obſeruet,quod æquitas, & rationis honeſtas præſcribit, & quod in ſubditis ſuis iuſtum, & Reip. conueniens conſtituit, vt benè inquit tex. *in d.cap. iuſtum.* Quare iuxta hanc receptiſſimam doctrinam peccare Papam, qui ſine iuſta cauſa cum excommunicato communicat,reſoluunt Cou. *d. §. 1. num.5.*Soar.*tom.5.diſp. 5.ſect.4. num. 5.*

CAP. INQVISITIONI. XLIV. *n.2. in fine*, Cou. *de ſponſal. par. 2. c. 7. §. 2. num. 7.* S.Thom. *2. 2. q. 104. art. 5. & q. 105. à princip.* Nau. *in cap. ſi quis autem, num. 81. de Pœnit. diſt. 7.* quamuis enim Eccleſia ſecundum allegata, & probata iubeat fieri plenariam reſtitutionem, dum de impedimento non conſtat in foro exteriori, neque illud exiſtere præſumitur,niſi probetur,nihilominus mulier in Conſcientia tali præcepto obedire non tenetur, nec poteſt.

CAP. SACRO. XLVIII. *num. 4. in princ.* ibi, *in præſenti*, Henriq. *conſ. 58. à nu. 6.*

Ibid. *num. 5. in fine*. Sed diſtinctione opus eſſe probabilius nunc mihi videtur, nam vel agitur de monitione Canonica, ideſt trina, de qua in hoc tex. & certiſſimum eſt quod ſine illa valent cenſuræ, quamuis iniuſtæ ſint, vt ex tex. *in cap. Romana, verſ. ſed nec, hoc tit. lib.6.* notauit ibi *gloſ.verbo iniuſta, & gloſ. verbo probari poſſit, in præſenti* cum ſimilibus, quas referr, & communiter receptas teſtatur Cou. *d. §. 9. nu. 7.* Vgolin. *de cenſur. tab. 1. cap. 18. num. 4.* Gutier *canonic. lib. 1.c.4. num. 4. & lib. 2. cap. 16. à princip.* Soar.*de cenſur. diſp. 3. ſect. 12. à princip. & num. 3.* A qua tamen generali doctrina excipiuntur aliqui caſus, in quibus lex Canonica ſpecialiter decernit nullas eſſe cenſuras prolatas ſine trina monitione. Primus eſt quando Iudex maiorem excommunicationem profert in participantes cum excommunicato, vt decidit *cap. ſtatuimus,hoc tit. lib.6.* explicant Nau. *in man.c.27.n.4.verſ.quintus,*& poſt Vgolin.Gutier. *d. cap. 4. num.31.*Soar. *num.4.dictis locis*. Secundus,quando cauſa alicui delegato committitur adiecta clauſula, vt Canonica monitione præmiſſa cenſuras proferat, quamuis enim quando ſimpliciter cauſa delegatur verior ſit ſententias cõtra nonnullos, quod cenſuræ a delegato prolatæ ſine trina monitione valeãt, vt communis de Ordinarijs reſoluit, vbi tamen clauſula illa adijcitur cenſetur ſuperior delegans formam præſcribere, qua omiſſa annullatur ſententia iuxta reg. tex. *in cap. cum dilecta, de reſcript.* ex quibus cum communi ſententia ita reſoluit Cou. *n. 8.* & poſt Nau. Vgolin. *num.4.* Soar. 6. *dictis locis*, qui ſatisfaciunt argumento ex reg. quod ea, quæ tacite inſunt ſi exprimantur nihil operantur,de qua in *l.3.ff. de legat.1.* cum ſimilibus.

Quando vero agitur de vna monitione vtrum ſcilicet valeant cenſuræ, hoc eſt nulla omnino monitione præcedente, tota eſt controuerſia: Partem enim affirmatiuam, quod valeant tenere vidẽtur Nau. *d. c. 27. num.11.* Vgolin. *d. num.4.* Pro quibus primò facit doctrina gloſſarum *in præſenti, & in d. cap. Romana*; deinde vrget tex. *in cap. cum ſit Romana,§. vlt. de appellat.* dum inquit Apoſtolum Paulum excommunicaſſe quendam abſentem, & irrequiſitum. Tandem facit tex. difficilis *in cap. illud, de clerico excom.* ibi, monitione non præmiſſa, iuncto fine, vbi clare probatur excommunicationem ſic latam valuiſſe. Sed contraria ſententia verior, & receptior eſt, vt docent Vict. *in ſum. §. 335.* Viuald. *in candelab. aureo, vbi de excom. munic. num. 115. & 118.* Henriq. *cap. 17. §. 3.*

Digitized by Google

Gutier. *d.c.16.n.18.* Saa *verbo excommunication n.7.* Soar. *ſect. 12. n. 6. dictis locis*, & efficaci ratione oſtenditur, quia cenſuræ omnes contumaciam requirunt neceſſariò ex principijs in materia cenſurarum, quæ ſanè non aliter poteſt apparere, quàm ſi monitus ab Eccleſia eam non audiat, vt ex dictis conſtat, Neque contrarium voluit Nau. intelligitur enim ſecundum Viuald. quod loquatur de trina monitione ſine qua cenſuras valere concedimus, patetque ex eod. Nau. *d.n. 11.* bene reſoluente nullum eſſe præceptum Iudicis pro exequutione ſententiæ iubentis ſoluere ſub excommunicatione ipſo facto intra certum terminum, ſi non adijciatur clauſula iuſtificatiua, quam vſus Eccleſię obſeruat, vt intra eundem terminum proponat iuſtas cauſas, ſi quas habuerit cōtra tale præceptum; quod etiam plene reſoluit idem Nau. *in cap. cum contingat cauſa 8. nullit nu. 4.* iunctis reſolutis *cauſa 5. num. 9.* Gutier. *canon. lib. 1. c. 4. n. 18.*

Non obſtat *d. cap. cum ſit Romana §. vlt.* nam omiſſa reſponſione Butrij, Felini, & aliorum, quos refert Cou. *d. §. 9. n. 6.* exiſtimantium peccatum ibi fuiſſe notoriū, ac proinde monitionem neceſſariam non eſſe; melius reſpondetur D. Paulum prius, ſæpiuſq; monuiſſe Corinthium illum notorie in fornicatione perſeuerantem, quod S. Thomas colligit ex verbis eiuſdem Pauli ead. *epiſt. 1. ad Corinth. 5.* vbi poſt illa verba, ego quidem abſens corpore, &c. tradere huiuſmodi hominem Sathanæ, inferius addit, ſcripſi vobis in epiſtola ne commiſceamini fornicarijs, & infra, nec cibum ſumere, atque ita aperte mentionem facit alterius epiſtolę in qua excommunicādum fornicarium illum monebat, quod etiam Vgolin. confirmat ex verbo, irrequiſitum, quo Pont. vtitur *in d. §. vlt.* quod natura ſua repetitionem, ſeu reiterationem importat. Nec etiam obſtat difficilior tex. *in d. cap. illud*, reſpondent enim DD. communiter contumaciam ibi fuiſſe notoriam, vt per Cou. *d. n. 6.* Ego vero aduertendum duxi excommunicationem ibi latam fuiſſe non ab Epiſcopo executore, ſed ab ipſo Romano Pont. cum clauſula, niſi infra viginti dies, vt ex tex. ibi, niſi dictus Epiſcopus infra viginti dies, &c. eum excommunicatū publice denuntiaret, quæ clauſula, niſi infra vigenti dies, ſufficienter habet monitionem, vt reſoluunt DD. de clauſula iuſtificatiua agentes, atq; ideo quamuis pars allegaret defectum monitionis Pontifex in deciſione ad id minime attendit, ſed ſolum dubitandi rationem ponit in modo probationis, quod ſcilicet ſententia ad partis notitiam peruenerit per ſolam famam.

Ibid. *n. 6.* prope fin. ibi, trina vero monitio, in his enim caſibus, quibus generali ſententia, ſeu ſtatuto fertur excommunicatio ſufficiens reperitur monitio cum lex, ſtatutum, ſeu ſententia ſemper clamet, & moneat ſubditos à peccato illo abſtinere, *l. Arriani C. de hæretic.* quo pacto intelligenda eſt communis DD. reſolutio aſſerens pro futuris culpis per generalem ſententiam cenſuras ſine monitione ferri poſſe, vt docuerunt Innoc. *in præſenti*, & Felin. *n. 5.* Nau. *d. cauſa 5. nullit.* Gabr. *commun. lib. 2. ſub tit. de citat. concl. 1. n. 155.* Vgolin. *d. c. 18. num. 2. ad fin.* Qua etiam ratione beneficiarius nonſoluens penſionem in termino in Bullis præfinito ſine alia monitione excommunicationē ipſo facto apponi ſolitam incurrere debuit, quia dies illa monet, & interpellat *c. potuit, in fine, de locato*, quamuis ſtylus Curiæ obſeruet, vt non cēſeatur incurſa niſi penſionarius declarauerit, vt teſtatur Caſſad. *deciſ. 2. n. 3. de locato*, Nau. *in man. c. 23. num. 104. & c. 27. n. 15.* Salzed. *ad Bernard. in pract. c. 33. lit. A. verſ. erit ſimiliter*. Ex dictis etiam facile intelligitur difficilis *tex. in d. c. reprehenſibilis*, ibi, niſi forte, &c. vt ſcilicet intelligatur de cenſuris à Canone ipſo iure prolatis, in quibus ſpecialis monitio neceſſaria non eſt, ſed ſufficit illa generalis, dum lex ſemper clamat, & monet, vt optime interpretatur Cou. *d. n. 5. ver. trina*, Vgolin. *d. c. 18. n. 2. verſ. 3.* quicquid anxie in illius interpretatione laboret Soar. *tom. 5. diſp. 3. ſect. 10. à num. 13.*

Ad Lib. V. Tit XL. de Verborum ſignificatione.

CAP. OLIM. XVI. poſt *num. 4.* Notari paſſim ſolet tex. hic ad hoc quòd Canonico, vel beneficiario abſenti ex cauſa ſtudij debentur quotidianæ diſtributiones vbi in eis tantum conſiſtit præbenda, & nulli alij ſunt fructus groſſi, vt per *gloſ. pen. in c. 1. de clericis non reſid. lib. 6. gloſ. in cap. licet 32. de præbend.* vbi Abb. & alij communiter, Rebuff. *de priuileg. ſcholar. priuil. 31. n. 12.* Horat. Lut. *eod. tract. priuil. 98. verſ. primo limita*, Aym. *conſ. 135. n. 24.* Pariſ. *conſ. 32. a num. 7. lib. 4.* Benn. *de priuileg. Iuriſconſult p. 1. priuil. 15. n. 8.* Licet enim hæc ſententia vera ſit ex alijs fundamentis, de quibus per citatos, & ex nonnullis Illuſtriſſ. Cardin. S. Conc. Trid. declarationibus, tamen non probatur in hoc tex. qui non agit de priuilegio, quo beneficij fructus concedebantur abſenti, ſed de litteris ad beneficium eccleſiaſticum, & de mandato Pontificis, qui magiſtro iam Canonico in Eccleſia, in qua non erant præbendæ diſtinctæ, aut numeratæ, vt bene aduertunt *d. gloſ. pen.* & fere omnes citati, mandauerat conferri præbendam de communibus prouentibus eiuſdem Eccleſiæ perinde ac illam habebant alij Canonici inſeruientes, quod ſi hi conferre nollent ad mandati executionem deputauit executorem, cui Decretalis hæc dirigitur, quia vero Canonici non bene interpretabantur mandatum contendentes per illud magiſtro non deberi ea, quæ in victu, & veſtitu conſiſtebant, de quibus Papa ſpeciatim non egerat in mandato, reſpōdet etiam hæc deberi ſicut vni ex alijs inſeruiētibus Canonicis, cum Principum beneficia latiſſime ſint interpretanda, ſic ſane nec tex. dicit Magiſtrum abſentem fructus aliquos percepturum, nec vllum eſt verbum de priuilegio ea in re conceſſo, immo fere omnia, quæ ſunt in tex. agunt de mandato ad collationem ad præbendam, quod cum non emanauerit contra Ius commune non priuilegium, ſed beneficium Principis eſt, & latiſſimam recipit, interpretationem. Quod ſi obijcias mandatum, & litteras huiuſmodi ad eccleſiaſticum beneficium, quantumuis beneficium Principis dicantur, tanquam odioſas ob ambitionem fuiſſe reſtringendas in *cap. quamuis 4. in princ. de præbend. lib. 6.*

Digitized by Google

lib.6. Vel poteſt hic tex. intelligi de mandato circa præbendam conferendam ei, qui iam erat in Canonicum receptus, in qua ſpecie odium, & ambitio ceſſare videntur; quia viget maxime æquitatis ratio, & oppoſito ſequitur abſurdum, vt aperte probat *c. relatum 9. in fine, & cap. dilectus 19. verſ. quia vero de præb.* Vnde iuxta prædictum intellectum nō probat tex. ille Canonico, vel beneficiario abſenti ex cauſa ſtudij deberi quotidianas diſtributiones vbi in eis tantum conſiſtit præbenda, & nulli alij ſunt fructus groſſi.

CAP. QVÆRENTI. XX. poſt *num.* 1. In tex. ibi, (*diſcretus Iudex, &c.*) Notatur ad hoc quod cenſuras ferre poſſunt omnes, & ſoli illi, qui Eccleſiaſticā habent iuriſdictionem fori exterioris S. Thom. *in 4. diſt. 18. quæſt. 1. ad 3.* Abb. *in cap. ab excommunicato, num. 5. de reſcript.* Couar. *in cap. alma mater par. 1. §. 11 num.* 1. Nauar. *in man. c. 27. num. 5.* Vgolin. *de cenſur. tab. 1. cap. 2. §. 19. à nu. 1.* Valent. *tom. 4. diſp. 7. ſect. 17. puncto* 3. Soar. *tom. 5. diſp. 2. ſect. 2. à num. 6.*

Ibid. *num. 5. in fine.* Aduertēdum tamen eſt duobus modis ferri ſuſpenſionem, fertur enim aliquando in puram vindictam criminis, aliquando vero propter ſolam contumaciam, & ſub ratione medicinæ, vt quis à peccato reſipiſcat; prioris exemplū adducitur ex tex. *in cap. cum in cunctis, §. fin. de elect.* vbi eligētes ſcienter indignum per triennium ſuſpenduntur, & *in cap. 2. de rebus Eccleſ. lib. 6.* vbi ſimilis pœna imponitur Prælatis, qui bona Eccleſiaſtica laicis ſubijciunt, & in multis alijs, quæ late adducit Nau. *d. cap. 27. à nu. 154.* Vgolin. *de cenſur. tab. 4. c. 3. per totum.* Poſterioris exemplum eſt *in c. nullus, & in c. præter 32. diſt.* vbi ipſo iure ſuſpenſus eſt ſacerdos notorius fornicator quouſq; pœniteat *c. ſi quis presbyter 81. diſt.* ex quibus ita colligunt DD. cōmuniter reſoluentes ſic ſuſpenſos celebrantes fieri irregulares per tex. ibi *in cap. veſtra, & in cap. vlt. de cohabit. cleric.* vt teſtatur Bern. & Salzed. *in pract. cap. 82. nu. 2.* Henriq. *d. lib. 3. c. 36. §. 1. in princ.* Soar. *diſp. 31. ſect. 4. à nu. 4.* quamuis contradicat Gutier. *canonic. lib. 2. cap. 7. nu. 85.* Inter hos autem modos ea eſt maxima differentia nam in priori ſuſpenſio lata in vindictam culpa ſiue ad tēpus certū, ſiue in perpetuum cenſura Eccleſiaſtica non eſt, ſed ſolummodo quādo modo poſteriori ſcilicet ſub ratione medicinæ profertur. Ratio eſt facilis ex dictis circa cenſuræ definitionem in qua neceſſario requiritur quòd feratur principaliter ad ſubditi correctionem, quod licet conueniat poſterioribus ſuſpenſionibus, minime conuenit prioribus, atque ita poſt Innoc. Abb. atque alios diſtinguunt Vgolin. *d. tab. 4. cap. 5. §. 2.* Soar. *diſp. 25. ſect. 1. à nu. 2. & ſect. 2. à n. 3.*

Ibid. *poſt num. 6.* Duo ex hoc tex. DD. communiter notant, primum eſt excommunicationē, ſuſpenſionem, & interdictum cenſuras eſſe Eccleſiaſticas, earumq; appellatione cōtineri in reſcriptis, & alijs diſpoſitionibus, quæ cenſurarum faciunt mentionē, Soar. *de cēſur. diſp. 1. ſect. 3.* Auil. *eod. tract. p. 1. diſp. 2.* Bonacin. *eod. tract. q. 1. puncto 1. n. 4.* Probatur ex definitione cenſuræ, quæ eſt ſententia priuans bono aliquo ſpirituali per Eccleſiaſticam poteſtatē prolata principaliter ad ſubditi correctionem, optime enim per genus, & differentias naturam explicat definiti iuxta regulam bonæ definitionis, quam tradunt noſtri per tex. *in l. 1. §. dolum ff. de dolo, & in l. omnis definitio ff. de regulis Iuris:* quæ omnia conueniunt excommunicationi, ſuſpenſioni, & interdicto, vt apparebit ſi ſingulas cenſuras, ſingulaſq; definitionis particulas breuiter percurramus.

Quòd autē ſententiæ ſint probatur ex rub. & per totum ſup. *de ſententia excomm.* & *ex c. ſententia, paſtoris 11. q. 3. & ex cap. cum ab Eccleſiarum, & ex cap. ad reprimendam, de offic. Ordin. & ex cap. 3. §. ſententias, de appellat. in 6. & ex cap. Romana, de ſententia excomm. eod. lib.* cum multis alijs in quibus excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum ſimpliciter, & abſolutè ſententiæ appellantur, ex quibus Iuribus cenſuras vere, & proprie eſſe ſentētias reſoluit Gom. *in c. 2. §. ſtatuto n. 10. de conſtit. lib. 6* quicquid contrarium teneat *gloſ. in ſum. 2. q. 1.* & poſt Abb. *in rub. de re iud. in fine,* Felin. *in rub. de ſententia excom. n. 2.* Vnde in reſcriptis, & ſtatutis, quæ de ſententijs faciunt mentionem cenſuras comprehendi teſtatur cōmunem Gutier. *lib. 1. canon. c. 5. n. 32.* quamuis DD. communiter tenentes cenſuras proprie ſententias non eſſe, contrarium etiam in hoc caſu ſubinferant, ſed illorum fundamentis plene ſatisfacit Gom. *citato loco num.* 11.

Quòd vero priuent bono ſpirituali clare cōſtat, nam in excōicatione patet, quæ mortem ſpiritualē inferre dicitur *in c. per venerabilem*, ibi, moti præcipitur, *qui filij ſint leg.* per eam ſeparatur excōicatus à Chriſti corpore *cap. audi, cap nihil 11. q. 3.* & Sathanæ traditur *c. omnis Chriſtianus, ead. quæſt.* Et in interdicto apparet quia remouet à loco vſum Diuinorum, & Sacramentorum, *c. non eſt, de ſponſalib. c. alma mater, in princ. de ſent. excom. lib. 6.* Atq; etiam in ſuſpenſione, quia priuat vſu Ordinis, Officij, & Eccleſiaſticæ poteſtatis *c. 1. in fine, de re iud. lib. 6.* cum multis ſimilibus, de quibus *gloſ. verbo ſuſpenſi in Clem. 3. de pœnis.*

Quòd vero proferri debeant per Eccleſiaſticam poteſtatem apparebit ex reſolutis per DD. citatos *in princip. addit.* ad hunc tex. Denique quòd omnes principaliter ad ſubditi tendant correctionem probatur ex *d. cap. reprehenſibilis*, vbi omnes diſciplinæ Eccleſiaſticæ nomine appellantur, & deinde quia ratio correctionis, ſeu diſciplinæ in hoc conſiſtit, vt eatenus pœna duret donec reſipiſcat ſubditus in quem profertur, ceſſet vero vbi primum Eccleſiæ obedierit, quod plane cernitur in omnibus prædictis tribus, in excommunicatione probat tex. *in c. 1. de iud.* ibi, donec, & in interdicto probat *cap. ex litteris, de offic. deleg.* ibi, donec eidem, &c. *& c. non eſt, de ſponſalib.* ibi, donec, de vtroque probat tex. *in cap. quamquam in fine, de cenſib. lib. 6.* in ſuſpenſione eſt tex. *opt. in Clem.* 1. ibi, ſuſpenſi donec deſtiterint, *de decimis*, adducit multa ſimilia *gloſ. verbo ſuſpenſi in d. Clem. fin. de pœnis*, atq; ita interrogatus Pontifex Innoc. III. quid nomine cenſuræ intelligeretur, reſpondet intelligi excommunicationem, ſuſpenſionem, & interdictum, vt conſtat ex tex. *in præſenti.*

Secundum notabile, quod DD. ex hoc tex. deducunt,

Digitized by Google

cunt, habet nullam aliam eſſe Eceleſiaſticam cenſuram præter illas tres, vt per Vgolin. *de cenſur. tab. 1 c. 26. à n. 1.* Viuald. *in candel. aureo* vbi *de excomm. n. 3.* Henriq. *in ſum. lib. 13. c. 2. à princ.* Soar. *tom. 5. diſp. 1. ſect 3.* ſed hoc non ita pertranſit indubitatũ quin grauiſſimi Doctores exiſtimauerint præter tres illas dari alias Eccleſiaſticas cenſuras, exemplum ponunt in vitatione à Diuinis, quæ in vſu eſt frequentiſſimo, & interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ dicitur *in cap. is, cui 20. de ſententia excom. lib. 6.* in qua reperiuntur omnia, quæ continentur in prædicta cenſuræ definitione, ſicut etiam contineri inquiunt in ceſſatione à Diuinis, & tamen neque hæc, neque illa eſt excommunicatio, ſuſpenſio, vel interdictum, & in irregularitate contracta propter culpam idem reſoluit Sot. *in 4. diſt. 22. q. 3. art. 1. verſ. 2. deſcrimen*, quem ſequuntur alij, de quibus ſupra. Et generaliter vltra prædictas tres reperiri multas alias cenſuras, ſcilicet omnes pœnas, quæ bono ſpirituali priuant ſi ſolum ad contumaciam conuincendam proferantur, reſoluunt alij adducentes pœnam de qua *in c. placuit, il 2. 18. diſt.* ibi, Eccleſiæ ſuæ cõmunione debent eſſe contenti, & *in c. quorundam, in fine 34 diſt.* ibi, à veſtro collegio, &c. quæ pœnę excõmunicationes nõ ſunt, vt addidi ad *c. ſi celebrat, de clerico excom.* & tamẽ ipſis cõueniunt omnia, quæ in dicta cenſuræ definitione continẽtur Tandem vrgere videtur ſtylus Curiæ Romanæ, ſecundum quẽ in Bullis ſemper apponitur clauſula faciens poteſtatem abſoluendi ab excommunicatione, ſuſpenſione, & interdicto, alijsq; cenſuris, vt refert Rebuff. *in praxi benef. tit. de forma noua prouiſionis in princip.* ibi, Teq; à quibuſuis, &c. quæ clauſula omnino eſſet otioſa in ea parte, alijsq; cenſuris, ſi præter illas tres nulla alia cenſura reperiretur.

Verum à communi ſententia non eſt recedendum tum ex dictis, tum præcipue propter auctoritatem huius tex. quam non effigiunt, qui dicunt non reperiri in illo taxatiuã, tantũ, vel ſimilem, conuincitur enim hoc ſi aduertas quod Innoc. III. magiſtraliter reſpondit ad quæſtionem ſibi propoſitam quid cenſuræ nomine intelligatur, eſſe tres, quæ reſponſio eſſet diminuta ſi præter tres illas aliæ reperirentur; ſicut etiam eodem fundamento conuincitur alia ſolutio, quod hic tex. agat ſolummodo de intellectu clauſulæ per cenſuras eccleſiaſticas in reſcriptis apponi ſolitæ, clauſulæ enim in reſcriptis appoſita non alium, ſed illum, & eundem habet ſenſum, quem habet ex ſe, & abſolutè ſumpta, niſi aliunde de mente concedentis aliud appareat, vt probat tex. *in c. ad audientiam, in fine, de decimis*, & deducitur ex generali regula tex. *in l. non aliter, ff. de legatis 3.* cum multis copioſe adductis per Tiraq. *in l. ſi vnquam, verbo libertis, num. 17.*

Argumenta vero, quæ pro contraria parte adduximus facilem habent ſolutionem, quia omnes illæ pœnæ, de quibus in argumento, vel cenſuræ eccleſiaſticæ non ſunt, vel ad vnam ex prædictis tribus reducuntur, ceſſatio namque à Diuinis proprie cenſura non eſt, vt infra probabo. Irregularitas vero etiã propter culpam cenſura non eſt, vt contra Sot. ſtatim oſtendam. Vitatio à Diuinis ad interdictum, vel ſuſpenſionem poteſt reduci, vt colligitur ex tex. *in d. c. is, cui*, ibi, ab ingreſſu Eccleſiæ lata ſuſpenſio; quemadmodum etiam de reliquis Iuribus in argumento citatis ſentit gloſ. *verbo ſuſpenſis in Clem. 3. de pœnis*, poteſt etiam reduci ad excommunicationẽ minorem, quemadmodum & pœna de qua *in d. c. placuit*, in quo Epiſcopus ſuæ Eccleſiæ communione iubetur eſſe contentus, & *in d. cap. quorundam, cum ſimilibus*, in quo priuatur fratrum conſortio, erat enim certum excommunicationis genus, quod olim in Eccleſia fuit, quia licet non priuaret vt maior excommunicatio, neque participatione Sacramentorũ vt minor, quia tamen priuabat aliqua communione non ſic proprie dicebatur excommunicatio, notat *gloſ. per tex.* ibi, *in cap. præſenti, 5. q. 2.* quamuis iam hodie in vſu non ſit, explicat poſt Sylueſt. Victor. *in ſum. num. 330.* & poſt Caſſian. Viuald. *de excommun. nu. 80.* durare tamen adhuc huius excommunicationis veſtigium apud monachos nigros S. Benedicti, & in alijs Religionibus colliges ex relatis per Hẽriq. *in ſum. lib. 13. c. 3. §. 4.* iuncta *lit. L*, Ad argumẽtum vero ex ſtylo Curiæ reſponderi poteſt non eſſe otioſa verba illa, vt ſcilicet Papa explicet concedere poteſtatem abſoluendi non ſolum ab illis tribus principabilioribus cenſuris, ſed etiam ab alijs, quæ ad illas reducuntur, & alijs nominibus ſolent appellari. Deinde non eſſe inconueniens ad maiorem declarationem multiplicare vèrba, & voces ſynonimas iuxta reg. tex. *in l. quæ dubitatiònis tollendæ cauſa, 81. ff. de regulis Iuris*, cum ſimilibus, quæ ibi adducit Deci. & notauit *gloſ. verbo, & filio*, ibi, potius eſt declarare, quàm addere, *in cap. 1. de Summa Trinit. lib. 6.* comprobat Mantu. *dial. 81.* & latè Cardin. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 6. à nu. 3.* præcipue cum in terminis de quibus agimus id maxime vtile ſit ad tollendas dubitationes, quæ ex contrarijs opinionibus, quas retulimus, poſſent ſuboriri.

Ex quibus primò colligitur nullam irregularitatem, ſiue cum culpa, ſiue ſine ea contractam cenſuram eſſe eccleſiaſticam. Probatur dixi de intrinſeca ratione cenſuræ eſſe quod ad ſubditi correctionem proferatur, & ſolum duret donec durat contumacia, & non corrigitur ille in quem profertur, ſed conſtat irregularitatem impedimentum eſſe de ſe perpetuum, quod non tollitur, neque ceſſat ceſſante contumacia, & quamuis proponatur emendatus ipſe irregularis, vt probat *cap. 1. cum ſeqq. 50. diſt.* tex. opt. *in cap. litteras, in fine, de temp. ordinat.* ergo merito hanc reſolutionem tenẽt Nau. *in man. cap. 27. num. 194. & 254.* Viuald. *de irregul. n. 17.* Salzed. *ad Bernard. in practic. cap. 26. lit. E, verſic. 6.* refert multos Henriq. *lib. 7. cap. 13. §. 6. & lib. 13. cap. 2. §. 1. lit. A*, Bonacin. *de cenſur. quæſt. 1. puncto 1. num. 4. verſ. quantum ſpectat ad irregularitatem*, Soar. *tom. 5. diſp. 1. ſect. 3. num. 3.* qui omnes conſequenter colligunt habentes Bullam, vel conceſſionem à Summo Pont. vt abſolui valeant ab omnibus cenſuris, minime abſolui poſſe ab irregularitate aliqua, cum ex proximè dictis conſtet nullam irregularitatem eſſe cenſuram, & vltra proximè citatos, reſoluit teſtatus ita ſtylo Rom. Curiæ obſeruari Viuald. *de irregul. nu. 331.* Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. p. 1. lib. 4. c. 13. num. 13.* Vgolin. *d. tab. c. 26. n. 2.*

Nau.

Nau.*conſ.34.num.2.de tempor.ordinat.*ampliantes etiamſi in Bulla adijciatur poteſtas abſoluendi ab omnibus cenſuris, & pœnis, quamuis contradicat Sa in *aphoriſm verbo abſolutio num.*21. Vnde ſuſtineri non poteſt reſolutio Soti *in 4. diſt. 22. q. 3. art.* 1. quem conſtanter ſequitur Gutier.*canon. lib. 1. cap.3. per totum.* Fr. Emman. *in explicat. Bullæ Cruciatæ §.9.n.64.*Banes,Medin.& alij,quos ipſi referunt, diſtinguentis inter irregularitates, quæ ſine culpa contrahuntur, & admittit cenſuras non eſſe eccleſiaſticas,& inter illas,quæ cum culpa contrahuntur,vt ſi quis celebret ſuſpenſus, vel excommunicatione maiori ligatus vt *in c. 1. in fine,de re iudic.lib.6.*& per totum *tit.de clerico excom.miniſt.* aut ſi excommunicatus, vel ab excõmunicato Ordines recipiat,*cap.1.de eo qui furtiue Ordines*, quas vere & proprie cenſuras eſſe eccleſiaſticas reſoluit, ac ſubinde virtute Bullæ, & priuilegiorum in quibus conceditur poteſtas abſoluendi ab omnibus cenſuris ab iſtis etiam irregularitatibus abſolui poſſe: quia hæc diſtinctio aperiſsime conuincitur ex prædictis fundamẽtis in quibus refellendis licet totis viribus Gutieres inſudauerit, minime tamen ipſis ſatisfacit,nihil enim aliud ex ipſius dictis colligitur,quàm quòd fundamenta communis ſententiæ concludunt ſolũ in irregularitatibus, quæ contrahũtur ſine culpa,quod ex dictis falſum apparet, conſtat enim omnia æque concludere etiam in irregularitatibus,quæ ex culpa contrahuntur, tum illud quod irregularitas pœna ſit ſua natura perpetua, quod cenſuris minime conuenit; tum aliud quod abſolutio non dicatur de irregularitate; tum denique illud ex ſtylo Romanæ Curiæ.

Secundò colligitur depoſitionem perpetuam à beneficio, vel officio, aut ab vtroque cenſuram eccleſiaſticam non eſſe. Probatur ex dictis eodem diſcurſu, cùm enim cenſura neceſſariò proferri debeat ad ſubditi correctionem, ſolumq; duret eius durante contumacia, ceſſet vero eadem ceſſante, depoſitionem vero natura ſua perpetuam proponamus, merito fit cenſuram eccleſiaſticam non eſſe, qua ratione ita docent Nau.*d.c.27.n.152.verſ.5.*& poſt Syluest.Henriq. *d.lib.13. c.2.§.1.*iuncta *lit.* G. Iacob de Graf.*d.lib.4. c.1.n.5.* Aulla *d.p.1. diſp.5.* Bonacin.*d.n.4. in fine.*

CAP. EX PARTE. XXXIII. *num. 2. in med.* ibi, *num.* 1. Aduerte pro congrua ſatisfactione in primis exigi iuramentum de ſtando mandatis Eccleſiæ *cap.de cætero,cap.cum deſideret, de ſentent.excomm.* deinde ſi pro debito, aut offenſa notorius fuerit excommunicatus ſatisfactio realis debiti eſt neceſſaria, vel etiam expenſarum pro notoria contumacia, ſi vero fuerit dubium danda eſt ſufficiens cautio, ſcilicet cum fideiuſſoribus, vel pignoribus, vt diſtinguit tex. *in præſenti,*iuncto *cap. venerabilibus §. porro, de ſenten.excom.* vel ſaltem iuratoria cautio requiritur ſi propter inopiam nullam ex iſtis præſtare valeat, vt explicat optime Nau. *in man.c.26. n.7.* Cou. *in cap. alma p.1.§.4. n.11.* Vgolin.*de cenſur.tab.1.c.19.§.6.*& multi,quos late refert Garc. *reg.3. & 4.* qui tamen omnes notant abſolutionem præſtitam omiſſa ſatisfactione valere, niſi præſtita ſit à delegato dato ſub ea forma,vt abſoluat ſatisfacta parte, vt notat Nau.*c.27. n. 37.* de quo tamen vide late diſputantem Vgolin. *d.§.6.n.5.*& Soar.*tom.5.diſp.7.ſect.5.à n.38.*

CAP. SVPER QVIBVSDAM. XXVI. *n.4.* prope fin.ibi,*n.7.*]Ozaſc. Pedam. *deciſ 16.n.4.* Burlat.*conſ.41.n 17.& 8.*Villalob. *commun. opin. verbo præſcriptio n.*210.Ening.God. *conſ.3.n.24.& conſ.32.n.8.* Crauet. *conſ.54.n.8. & de antiq. tempor.p.4.§.abſolutis n.14.*Rimnald. *conſ 72. n. 183. vol.1.* Menoch. *conſ.2.n 71.* Scot.*tom.1. reſp.lib.4. reſp.11.n.14.& tom.2.lib.8 conſ.16.n.11.*Vnde Imperatores Romanos in quampluribus Italiæ partibus per immemorialis temporis curriculum regalia amiſiſſe teſtatur Alex. *conſ.16.vol.5.* quem citat Ferret.*conſ.141.n.3.*

Ibid. *n.6.*poſt princip.ibi,*n.7.*]Alex.*conſ.6.col.3. in princ.vol.1.& conſ.35. vol.2 & conſ.78.n.3.& 11.vol.6.*Roland.*conſ.66.n.40.vol.2. & conſ.59. n. 17.& conſ.100.n.104.vol.4.*Balb.*de præſcript.2.p.5. princ.q.6.n.6.*Cephal.*conſ.468.n.61.*Paul.Aemil.*de except.lib.1.p.1.except.1.num.*30. Decian.*conſ.11. n.168.vol.1. & conſ.44.n.18 et conſ.51.n.37.vol.2. & conſ.36.n.24.vol.5.* Rebuff. *tom.3. ad leges Galliæ tit.de conſuet.in præfat.n.45.*Burg.de Paee *conſ. 15.n.12.* Perez *l.6.gloſ.1.col.1. ad fin.tit.13. lib.3. Ordin.* Bellug.*in ſpeculo Princip. rub.19.§.in beneficijs n.9.*Anton. Cuch.*inſtit.maiorum tit.9.de conſuetud.n.145.*Morl.*in emporio Iuris p.1.tit.2.de Iuriſd.omnium Iud.in præl.n.5.*Fachin.*conſ.26. n 29. lib.1.*Gonzal. *ad reg.8.Cancel.gloſ.35.n.49* Fontanel. *de pactis nupt.tom.1.clauſ.3.gloſ.2.n.28.* Card. Tuſch.*lit.C.concl.*808.*n.1.& 2.* Hinc ait Felin. *in cap. cum nobis, de præſcript.* quòd præſumptio reſultans ex immemoriali conſuetudine dicitur Iuris & de Iure,Ioan. Garc. *de expenſis cap.9.n 20.* & per hunc tex. inquit Bald.*in cap.1.n.3.quæ ſint regalia,in vſibus feudorum* conſuetudinem hanc temporis longiſſimi,de cuius initio memoria in contrarium non exiſtit,priuilegio ex certa ſcientia à Principe conceſſo æquiparari, idem docet *gloſ.* celebris *verbo conſuetudo in cap.conqueſtus 9.quæſt.3.*& alia *verbo vſque ad hoc tempus in cap. fin. 18. q.2.* Natt. *conſ.640.n. 34.lib.3.* Molin.*de primog.lib.2.c.6.n.3.*

Ibid.*eod.n.6.prope fin.* ibi, *n. 66.* nam immemoriali conſuetudine probata meliorem titulum de mundo, vt cum noſtris loquar, quis habere dicitur, Rot.*deciſ.4.n.2.de teſtib. in antiq.& deciſ.717.n.2. p.1.diuerſ.* Bertrand.*conſ.120 n.3. vol.2.* Gozadin. *conſ.8.n.37.* Pute. *deciſ. 205. n.2.& 3.lib. 1.* Pariſ. *conſ.111.n 43.& 49.& conſ.27.n.77.vol.1.*Hieron. Gabr. *conſ.88.n.17. lib.1.*Gonzal.*ad reg.8. Cancel. gloſ.33.n.4.*

Ibid.*eod.n.6.in fine.* Et ideo quæ priuilegio ſunt acquiſibilia acquiruntur pariter ex conſuetudine, ſeu præſcriptione,immemoriali,Abb.*in cap cũ contingat num.21.*vbi Felin. *ſub n* 2.Dec.& alij,*de foro comp.* Pereg. *de iure fiſci lib.1.tit.2. ſub nu.61.* Rodolph.*de abſoluta Principis poteſt.c.2.n.13.*Hippol. Rimin.*conſ.55.n.6 tom.1.*Crau.*conſ.137.n.3.*Card. Tuſch.*d.lit C.concl.806.n.8.& concl.819. à n.1.*

CAP. TVA NOBIS. XXXII. *poſt nu.4.* Ex verbis tex.ſupra relatis iam colligitur præbendam eſſe beneficium Eccleſiaſticum, idem probat tex.

tex. *in c. dilecto, verſ. præterea, de præben.* vbi Innoc. Abb. & communiter ſcribentes, idem Abb. *n. 4.* Dec. *n. 6. & 7. in c. maioribus, illo tit. de præb.* idem Dec. *in cap. cum M. n. 31. de conſtit. & in c. ex litteris, de probat.* Prob. *in rubr. de præbendis lib. 6. n. 6.* Card. *in Clement. vlt. eod. tit. à n. 10.* S. Antonin. *p. 3. tit. 15. c. 1. §. 1.* Selua *de benef. par. 1. q. 2. n. 31.* Caſſad. *deciſ. 17. de præbend.* Rota *deciſ. 8. de conceſſ. præb.* alias 247. Gom. *de expect. n. 32.* Gig. *de penſion. q. 21. n. 3.* dicit communem Felin. *in c. cum acceſſiſſent, n. 13. de conſtit.* Sed obſtat maxime tex. *in c. penult. de Magiſt.* vbi præbenda laico confertur, tradit *gloſſ.* recepta *verbo receperunt in d. c. cum M.* Gig. *d. nu. 3.* conſtat verò beneficium Eccleſiaſticum non eſſe laico conferendum *c. 2. de inſtitut.* aduertit Selua *vbi ſupra q. 1. num. 4.* & Gomes *d. loco nu. 89.*

Pro reſolutione igitur prędictę difficultatis pręmittendum eſt præbendam dupliciter accipi poſſe, vel enim ſumitur pro iure ſpirituali recipiendi fructus ratione officij ſpiritualis, vel ſumitur prout ſignificat fructus, qui præbentur ratione prædicti officij, vel prout ſignificat illud ex quo fructus perſoluuntur, de qua agit tex. *in d. c. ex litteris*, vt decima, quæ aliquando pro iure decimandi capitur, de qua tex. *in c. de quarta, de præſcriptionib.* Aliquando verò ſumitur pro fructibus ipſis temporalibus, qui ratione decimarum perſoluuntur, de qua agit tex. *in c. peruenit 1. q. 3. & in c. 1. c. vlt. §. quod autem 16 q. 1. & in cap. 2. §. ſanè, de decimis lib. 6.* Priori modo præbenda ſumpta, ſiue canonicatui coniuncta ſit, ſiue abſque eo ſeparata conſideretur, eſt quidem beneficiũ Eccleſiaſticũ, minimè verò ſi ſecundo modo accipiatur, patet ſi expẽdatur priori modo ſumptam eſſe ius ſpiritualibus annexum, & habere omnia, quæ in definitione beneficij requiruntur, contra verò ſi ſecundo modo ſumatur, aduertit eleganter Innoc. *in d. cap. maioribus, in princip.* quicquid *gloſſ. d. verbo receperunt*, & Dec. *dictis locis* contradicant, ſequitur Caſſad. *d. deciſ. 17.* & Gom. *d. n. 32.* Ex quibus iam colliges concordiam ad hunc tex. cum tex. *in dicto cap. penult.* vt ſcilicet tex. *in præſenti* intelligatur de præbẽda priori modo accepta, prout eſt ius conſiſtens in receptione fructuum ratione officij ſpiritualis, tex. *in dicto cap. penult.* agat de præbenda prout importat fructus ipſos tẽporales, qui ratione prædicti officij perſoluuntur. vnde nil mirum ſi laico ibi poſſit aſſignari propter legendi miniſterium de quo ibi, idq; patet ex verbis ipſius tex. ibi, non quod propter hoc efficiatur Canonicus, ſed tamdiu &c. quibus verbis inſinuat Pontifex ſolum dari laico Magiſtro fructus ipſos, non verò ius illud, quo aliàs recipiuntur ratione officij ſpiritualis: ſic aliàs decima primo modo accepta beneficium Eccleſiaſticum appellatur, non vero ſi ſecundo modo conſideretur, & ſic illo modo nequaquam, iſto verò rectè laico aſſignari poteſt ex diſpenſatione ob prohibitionem tex. *in cap. 1. 16. quæſt. 7.* & *in cap. 3. de priuileg. & in cap. prohibemus, & in cap. quamuis, de decimis*, aduertit in ſpecie Couar. *variar. lib. 1. cap. 17. num. 5.*

CAP. TRANSMISSÆ. XXXIII. *n. 3. in fine.* & nouiſſime idem D. Ludouicus ſupplicauit Sacram Rituum Congreg. vt dignaretur declarare primò an Canonici Eccleſiarum Collegiatarum inſignium debeãt præcedere in Synodo Canonicis Eccleſiarũ non inſigniũ? Secundo an debeant adhuc præcedere ſi Eccleſia Collegiata non inſignis ſit antiquior in erectione? tertiò quid ſi erectio Collegiatę inſignis facta fuerit ſine alicuius pręiuditio? Sacra Rituum Congreg. ad primum reſpondit Canonicos Eccleſiarũ Collegiatarum inſignium præferendos eſſe in ſynodo, ac proceſſionibus Canonicis Eccleſiarum Collegiatarum non inſignium. Ad ſecundum itidem præferendos eſſe, etiamſi Eccleſia Collegiata non inſignis ſit antiquior in erectione. Ad tertium idem procedere, etiamſi erectio Collegiatæ inſignis facta fuerit cum clauſula ſine alicuius præiuditio, cum eo ipſo quòd Eccleſia eſt effecta inſignis gaudeat priuilegijs Eccleſiarum inſignium; refert nouiſſime Ioan. Anton. Maſſobr. *in ſua praxi habendi concurſum prel. 2. dub. 3. ſecundum Roman. impreſſ.*

FINIS, LAVS DEO.

Digitized by Google

Digitized by Google